Lymnaei
Ius Publicum
Tom. III

XXX
LIMN.
3

3

TOMVS TERTIVS
IVRISPVBLICI IMPERII ROMANOGERMANICI,

QVO TRACTATVR
DE
CIVITATIBVS IMPERIALIBVS POTISSIMVM, DE ACADEMIIS, DE COMITIIS IMPERII, DE CAMERA IMPERIALI, DE IVDICIO ROTVILENSI, DE IMPERATORIS CONSILIO AVLICO, DENIQVE DE AVSTREGIS.

AVTORE
IOHANNE LIMNAEO IENENSI.

EDITIO TERTIA.
Cum Privilegio Sacræ Cæsareæ Maiestatis.

SIC FACILE CRESCAM

ARGENTORATI,
Typis & Sumptibus FRIDERICI SPOOR.
M DC LVII.

LIBER SEPTIMVS

IVRIS PVBLICI IMPERII ROMANO-GERMANICI,

DE

CIVITATIBVS, IMPERIALIBVS POTISSIMVM,

Autore

IOHANNE LIMNAEO
IENENSI.

Cum Privilegio Sacræ Cæsareæ Maiestatis.

SIC FACILE CRESCAM

ARGENTORATI,
Typis & Sumptibus FRIDERICI SPOOR.
M DC LVII.

LIBER SEPTIMVS, DE CIVITATIBVS IMPERIALIBVS.

CAPVT I.

De nominis atque rei definitionibus, nec non divisionibus Civitatum.

SVMMARIA.

1. *Oppidi & urbis differentia.*
2. *Vrbis appellatio unde.*
3. *Ritus condendi urbes.*
4. *Vrbis significatus varii.*
5. *Civitatis vox latissimo significatu quid notet.*
6. *Cives Romani qui effecti.*
7. *Victis aliquando Romana data civitas.*
8. *Civitatis Romanæ quæ commoda.*
9. *Civitas pro incolis urbis.*
10. *Civitas pro ædificiis & urbe.*
11. *Civitate interdicta, quid veniat.*
12. *Civitas pro jure civitatis.*
13. *Civitatis ad esse requiritur, in ea ut sit Episcopus.*
14. *Civitates quæ dicantur in Hispania.*
15. *Quid obtineat in Germania.*
16. *Civitatis ad esse non requiri, in ea ut sit Episcopus.*
17. *Germania civitatibus atque ædificiis basilicis abundans est.*
18. *Civitates in Germania quando cœperint, quandoq; fuerint auctæ.*
19. Bauer *unde dictus.*
20. Burger *unde dictus.*
21. Herberg *quid notet.*
22. *Civitates etiam sine muris.*
23. *De muris aliquot notabilia.*
24. *Muri cur sancti, rationes variæ.*
25. *Portæ an sanctæ.*
26. *Pœna capitalis violatoribus murorum cur posita? ubi notatus Giphanius.*
27. *An illhac pœna violatoribus murorum civitatis Romæ tantum posita.*
28. *Transcendens muros quando pœnæ non subiaceat.*
29. *Distinctio civitatum Imperii nostri.*
30. *Autoris divisio, in civitates mediate, & immediate Imperio subiectas.*
31. *Mediatarum quædam differentia.*
32. *Immediatæ an recte vocentur Imperiales, sive Imperii?*
33. *Alii quas civitates dicant Imperiales liberas.*
34. *Hos contra disputat Autor.*
35. *Libera unde dicta.*
36. *Lapsus Matthiæ Stephani.*
37. *Villæ publicæ.*
38. *Immediatæ civitates quando & quomodo in Imperio cœperint, variæ coniectura.*
39. *Earum minor hodie, quam olim numerus.*
40. *Error Gerardi Mercatoris.*
41. *Civitates immediatæ dicuntur nobiles.*
42. *Et & illustres.*
43. *Nec non fulcra Imperii, atque sanctæ.*
44. *Immediate Imperatori sunt subiectæ.*
45. *Sunt Status Imperii.*
46. *Vocantur ad Comitia, juxtaq; in illis jus obtinent dicendæ sententiæ.*
47. *Referuntur, atque abunde refelluntur dissentientes.*
48. *Quando Civitates comitiis interesse cœperint.*
49. *Habent superioritatem territorialem.*
50. *Knichenius contrarium docuit sed male.*
51. *Pacificatio religiosa ad eas spectat, æque ac ad reliquos Imperii Status.*

1\. QVANDO accuratum Classicorum dicendi genus observamus, magnam inter oppidi, urbis atque civitatis nomina differentiam deprehendimus. Oppidum non erat aratro cinctum, angustioribusq; inclusum terminis, quam urbes. 2. Quæ vero cingebantur aratro, ab urvo, aratri parte, urbes nominatæ sunt: Alciat. *ad l. 87. ff. de V. S.* vel ab orbe, cum forma urbium rotunda esset; ut placet Isidoro *lib. 15. c. 2* 3. Condendarum urbium religio erat maxima. Conditor urbis ante omnia augurio dabat operam, ut à religione exordium duceretur. Captato augurio, qui urbem novam condebat, tauro & vacca arabat; ubi arasset, murum faciebat, ubi portam volebat esse, aratrum tollebat, (cuius ratio apud Plutarchum *in quæst. Roman. 27. p. m. 424. parte 1. moral.*) & portam vocabat à portando. Aratrum qui tenebat, laciniam togæ in humerum dextrum reiiciebat, seseq; cingebat, vel quia is sacris operantium erat habitus, inter quæ sacra & hoc opus referebatur: vel ut commodius stivam tenere posset; denique ut multitudinem civium togato, id est, pacifico habitu fovendam esse ostenderet, neque solum bellicis artibus civitates vigere, sed multo magis pace florere. Aratrum dirigebat conditor ipse; si vero mulier ponendæ urbis autor fuisset, id muneris penes architectos relinquebatur. In fodiendo glebæ interne reiiciebantur, quoniam omnis fertilitas in urbem importanda. Boves duo tantum erant, taurus scilicet & vacca, quo legitimum inter marem & fœminam matrimonium notabant; quod Rempublicam tuetur & auget. Boves illi erant albi, ut illo candore ostenderentur cives sine labe. Præterea ita juncti boves, ut vacca interior, taurus

Vomer fuit aureum, credo quod ad perpetuitatis symbolum. *Welserus*, lib. 5. rer. Aug. vid. p. 85.
Sulcus ille, quo loca murorum designabantur, dictus fuit Sulcus primigenius: Iacob. Revard. l. 2. coniect. c. 7.

exterior eſſet: mulieris enim eſt, quæ intra domum ſunt, curare; viri autem, exteriora: Iulius Cæſar Bulengerus *de Roman. Imperio lib.* 1. *pag.*2. Dempſterus *in paralipom. antiquit. Roman. Roſin lib.*1.*cap.*3.*p.*10. Lucius Iohann. Scoppa 1. *Collectan.* 28. Suevius *lib.*1.*de V.S.pag.*140. Locum, ubi ponenda mœnia, alibi alba ſignabant creta, quandoque farina alba, ut factum memorat eo loco, quo Alexandria civitas extruenda, Moreau, *au tableau des armoiries de France chap.* 11. *pag.*587. De urbis vocabuli ſignificatione hoc habeo, non tantum apud Romanos Scriptores illud pro quolibet conventu, ſed & eodem ſenſu apud Græcos uſurpatum. Themiſtocles ob id dicebat, urbes ei non deeſſe, cui triginta triremes ſuppeterent. Proprie tamen urbs de Roma, ἄστυ de Athenis, πόλις de Alexandria: Hieron. Magius *miſcell. lib.* 4. *cap.* 6. & ſola ædificia ſignificabat, ut definit Marcellus Grammaticus *cap.*5. ac interdum Cives eius nomine veniebant. Nam Pompeius dicebatur Romam in Epirum transtuliſſe, quod meliorem civium partem eo traduxerat: Plutarchus *in Pompeio*, & fuſe Dio *lib.* 41. *pag.*159. Servius Honorat. *ad illud* 2. *Æneid. Vrbem ſomno vinoque ſepultam*, & *ad illud* 8. *Æneid. Vrbem qui revehit nobis*: Dempſterus *d. tract. cap.* 2. *pag.* 8. Eadem varietate civitatis quoque nomen clarum eſt. 4.

Latiſſimo ſignificatu totum Reipublicæ alicuius corpus comprehendit; quo ſenſu omnes illi unius eiusdemque civitatis eſſe dicuntur, quos una & eadem Imperii maieſtas ſubiectos ſibi per omnes Imperii & Regni provincias habet: Ariſtot. 3. *polit.* 6. Sic cives Romani dicuntur omnes illi, qui Romano nunc parent Imperio. Olim quidem non omnes, qui in orbe Romano erant, hoc eſt, Romano ſubjecti Imperio, dici poterant Romani cives, ſed id non eo reſpectu, quaſi Romano Imperio non ſubeſſent, ſed quod non plenam juſtamque libertatem haberent: *arg.* §. 3. *Inſtit. de libertinis*; aut plena civium Romanorum jura. 5.

Hoc poſtea quoad liberos (Donell. 2. *comment.* 16.) vel quoad ingenuos (*Cuiac.* 4. *obſervat.*5. Hottoman. *ad d.* §. 3. *Inſtit. enunc.*6.) Antoninus Imperator (vide Weſemb. *in parat. t. de cenſibus, n.* 5.) quoad libertinos vero Iuſtinianus, *l. un. C. de Latina libertate toll. d.* §. 3. *Inſtit. de libertin. Novell.* 78. *in pr.* ſuſtulit, ut omnes poſtea in orbe Romano cives dicerentur & eſſent Romani, exceptis ſolis barbaris & ſervis. Hoc ſenſu Sidonius ſcripſit, Romam, verticem mundi, patriam libertatis, in qua unica totius orbis civitate ſoli barbari & ſervi peregrinantur: Lipſius de *magnitud. Roman. lib.* 1. *cap.*7. *pag.*37. Quam patriam libertatis Sidonius dicit, alii, atque adeo etiam leges noſtræ, communem dicunt patriam: *l.* 33. *ff. ad municipal. l.* 6. §. 11. *ff. de excuſat. tutor. l. ult. ff. de interdictis*. 6.

Victis etiam gentibus Romanam civitatem datam fuiſſe, hoc eſt, jus civium Romanorum, antiquo ſed laudabili inſtituto, ex Claudii Imperatoris oratione apud Tacitum *lib.*11. cognoſcimus. Quid aliud, inquit, exitio Lacedæmoniis & Athenienſibus fuit, quanquam armis pollerent, niſi quod victos pro alienigenis arcebant? At conditor noſter Romulus tantum ſapientia valuit, 7.

ut plerosque populos eodem die hostes, dein cives habuerit. Atque id sane diu retentum Romæ, ut è provincialibus honestissimos hoc beneficio civitatis obligarent, & simul se augerent, simul discrimen, & tacitum pæne dissidium (ob æmulationem inter receptos, & non receptos) inter illos conciliarent. Claudianus in Romæ laudibus: (*Stilicon.lib.3.vers.150.*)

> *Hæc est, in gremium victos quæ sola recepit,*
> *Humanumque genus communi nomine fovit,*
> *Matris, non Dominæ ritu; civesque vocavit*
> *Quos domuit, nexuque pio longinqua revinxit.*

Et Rutilius eundem in sensum: (*Itiner.lib.1.vers.63.*)

> *Fecisti patriam diversis gentibus unam,*
> *Profuit iniustis te dominante capi:*
> *Dumque offers victis proprii consortia iuris,*
> *Urbem fecisti, quod prius orbis erat.*

Hæc ita posteriori ævo, nec optimo scilicet, nec optime: præstabat electio illa & 8. secretio, ob varias causas: Lipsius *d. l.* * Donabatur autem civitas, inter alia usu togæ: *l.32.ff.de jure fisci.* & varia secum ubique trahebat commoda: † Brisson. 1. *antiquit.13.* Connan.*2.commentar.6.* Forster.*de jurisdict.Roman.lib.1.p.12. n.36.* & multis sæpe in terris opem inter barbaros, & salutem tulit, quæ inde implorationis formula sumpta fuit, *Civis Romanus sum*; ut Cicero *6. in Verrem* testis est. Eius implorationis, quam frequens fuerit usus, Brissonius *lib. 8. formular. pag.*719. demonstrat; & sacræ nos docent literæ, Divum Paulum eadem formula, verberum iniuriam deprecatum, *in Actis Apostol. c. 32. vers. 25.* Licet autem, ut paulo superius monuimus, omnes sub Imperio Romano degentes, hodie Cives Romani sint, antiquarum legum distinctione sublata, attamen reperiuntur nonnulli, quibus speciali privilegio nomen & titulus Civis Romani à Pontifice vel Imperatore concessus dignoscitur: cui vero is bono sit, & quæ 9. secum adiuncta trahat commoda, hactenus mihi non licuit expiscari. *Deinde* specialiori significatu Civitas multitudinem istam populi, quæ iisdem muris inclusa est, significat, qua notatione civitas urbem dicitur incolere. Ad quod si Pœnorum legati animum advertissent, civitas Carthaginensis urbem pulcherrimam ardere, soloque æquari non vidisset: Bodinus *lib. 1. de Republ. cap. 6.* 10. Præterea & Civitas quandoque pro urbe sumitur, hoc est, pro loco, ædificiis & structu-

* *Vide Duarenum* ad t. ff. de statu homin. *& Kerman.* ad l.31. ad municip. c. 4. p. 61.

† *Civium Romanorum commoda erant varia. Ex civium Romanor. testamentis soli cives capiebant, nec erat cum peregrinis testamenti factio:* l. 1. C. de hered. instit. *Inter vero cives nuptiæ justæ contrahebantur:* § 1. Inst. de patr. pot. *Verberibus etiam cædi cives, aut in crucem agi, aut jussi populi in eos animadverti fas non erat. In legionibus quoq, non alii, quam qui civitatem accepissent, militabant. Inter solos cives solemnes per nexum alia nationes locum habebant. Adde & honores Romæ gerere, suffragia ferre, sed & toga uti duntaxat civibus licuisse. Briss. n.* 1. antiquitat. 13.

ſtructura: *l. 21. ff. quib. modis uſusfr. vel uſus amitt.* Hinc interdicta civitate 11.
ipſum locum, non eius cives, aut habitatores interdictos, nonnulli concludunt:
Covarruvias *tom. 1. relection. c. alma pater, parte 2. §. 1. de interdicto n. 8.* Forma- 12.
liter quandoque Civitas ordinationem & jus ſignificat, quod cives habent:
Kirchner. *de Republ. diſput. 7. th. 1. lit. a.* Cauſa efficiens Civitatis hodie Impera- 13.
tor eſt, à quo jus condendæ civitatis dependere ſupra diximus: *lib. 2. cap. 9. n. 128.*
Putant alii ad civitatis eſſe requiri, ut in ea Epiſcopus ſit: Bald. *ad l. ex hoc jure, ff.
de I. & I.* Panorm. *in c. 1. n. 1. ſub fin. de privileg. & exceſſ. prælator.* & ſcribit André
Favyn, *liur. 3. des premiers officiers de la Couronne de France, chap. 5. p. 300.* civita-
tem in ſcriptis antiquorum Patrum, conciliis, atque annalibus, ſemper denota-
re Epiſcopalem & metropolitanam. *Ce mot de* civitas *dans les anciens Peres, Con-
ciles & Annaliſtes s'entend touſiours des villes Epiſcopales & metropolitaines.* Sigo-
nius *lib. 10. de Regno Italiæ p. 242.* urbes Chriſtiana conſuetudine oppida ſe voca-
re declarat, quæ proprio Epiſcopo erant ornatæ: caſtra, quæ ipſis erant urbibus
contributa. In Hiſpania quoque maxima differentia eſt inter civitatem, & 14.
oppidum, *entre cités & villes. Les cités en Eſpagne ſont celles, qui ſervent de gou-
vernement aux autres, & qui ont de plus grandes preeminences, & prerogatives, &
par ainſi elles comprennent des Archeueſchés, Eueſchés, & autres gouvernemens. Il y a
des cités, qui jouiſſent de ce titre par un privilege particulier, bien qu' elles ne ſoyent
pas grandes. Il y a bien de la difference entre cité, & ville, tant en authorité, qu' en
autres franchiſes, & immunités. Aux cités il y a d'ordinaire des gouverneurs, que
les Romains nommoient Preteurs, ou gouverneurs des cités, ou des Provinces: & ain-
ſi une cité a plusieurs villes & peuples, qui luy ſont ſubiects. Tellement que les villes
ſont les membres des cités, parce que les villes ſont ſubiectes aux cités, & les peuples
aux villes; veu meſme qu' en Eſpagne, lors qu' il y a quelques eſmotions, ou revolu-
tions en une province les villes, & peuples ſe ſousmettent à la deffenſe des cités pour ce
qui en peut advenir.* hoc eſt: Civitates in Hiſpania illæ ſunt, quæ cæteras guber-
nant, & maioribus prærogativis ſunt dotatæ, adeo ut Archiepiſcopatus Epiſco-
patus aliasq; comprehendant gubernationes. Dantur Civitates, quæ ex ſpeciali
privilegio hoc nomine gaudent, ut maxime amplæ non ſint, ſed exiguæ. Mul-
tum differentiæ eſt inter civitatem & oppidum, tum quod autoritatem, tum
quod privilegia & immunitates attinet. Regulariter Civitatibus magiſtratus
ſunt, quos Romani, Prætores, aut civitatum & provinciarum Præſides, nomina-
runt, atq; hoc reſpectu civitati plura ſubſunt oppida & numeroſus populus, in
tantum, ut oppida civitatum membra ſint, tanquam iisdem una cum ſuis inco-
lis ſubiecta. In motibus & turbis provincialibus, oppida, ac eorum inhabitato-
res defenſioni Civitatum ſe ſubiiciunt: Salazar *en ſon inventaire general des plus
curieuſes recherches des Royaumes d'Eſpagne p. 66.* In Germania noſtra Beſoldus 1. 15.
polit. 12. n. 56. allegans Ioh. Petr. Zwengel im Formularbuch *fol. 32. b.* monet, in
Cancellariis Principum ea ſola oppida, civitates inſcribi, ubi ſunt Epiſcopatus:

e.g. den Ehrſamen/Weiſen/unſern lieben beſondern/Burgermeiſtern und Raht der Statt Straßburg/ Speier ꝛc. aliis ubi nullus Epiſcopus, den Ehrſamen/ Weiſen/ unſern lieben beſondern/ Meiſter und Raht zu Ulm/ Nördlingen ꝛc.

16. Equidem ſi quæ Italis, Hiſpanis, aliisque gentibus inter civitatem & oppidum differentia eſt, cum illis ſi nobis res ſit, eam obſervare conveniens eſt: *arg. l. 4. §. 5. ff. de offic. proconſul.* at latinitatem ſi ſequimur, & noſtrum idioma, civitas atque Statt/ Epiſcopum pro anima non habet. Fuerunt quoque, ut recte habet gloſſa 1. *in c. ſi Civitas, de ſentent. excomm. in 6.* ante Epiſcopos Civitates, & poſt Epiſcoporum inſtitutionem non fuerunt in omnibus civitatibus poſiti Epiſcopi, ſed tantum in magnis (non tamen in omnibus) & populoſis, non in modicis, ne vileſceret eorum dignitas: *can. audivimus, 3. q. 2.* Cluten. *Syllog. rer. quotidian. th. 22. lit. d.* Voluit quidem Imperator, ut unaquæque Civitas proprium Epiſcopum haberet: *l. 36. C. de Epiſcop. & Cleric.* non inde tamen eſt, quod demum Civitatem eam dici voluerit, quæ Epiſcopum haberet, ſed hoc, ut quæ civitas eſſet, haberet Epiſcopum. Et meminit eadem conſtitutio aliarum civitatum, quæ proprium non habuerint Epiſcopum, quas tamen civitatum dignatur titulo & nomine. Excellentiam ſi ſpectamus, nullum ſane ſupereſt dubium, Epiſcopales civitates, reliquis quæ Epiſcopales non ſunt, hoc eſt, in quibus ſedes Epiſcopalis non eſt, ut maxime eædem ad Epiſcopi curam ſpectent, præſtantiores eſſe: at præſtantia hæc qualitas eſt, non rei dat eſſentiam. Apud Græcos Poëtæ titulus Homerum notat, apud Latinos Virgilium, cum tamen apud utroſque alii complures fuerint Poëtæ: Civitatis ita nomen κατ' ἐξοχὴν apud Romanos pro Roma erat: *§. 3. Inſtit. de jure nat. gent. & civili.* aliæ tamen præterea ſunt civitates: *l. 1. §. 1. & paſſim t. t. ff. ad municipal. l. 2. ff. de nundinis.* Ita nil obſtat, Civitatis nomen excellentiæ reſpectu à Conciliis, Patribus, aliisque illis tribui, quæ Epiſcopales ſunt; non enim inde cæteræ protinus civitates non erunt. In Germania non opus eſt ad formulam unius atque ulterius Cancellariæ ſe alligare, nec enim una & generalis ea eſt & authentica, ſed varia & diſcrepans. Imo qui hodie huius Cancellariæ ſtilus, cras eiusdem non erit, prout lubentia tulerit eorum, qui à cancellis ſunt, potiſſimum autem, qui Cancellarii munus obtinent. Parum itaque cum ſuo Zwengei Beſoldus profecerit, ni generalem Germaniæ uſum aliunde firmet. Plane Imperii Receſſus pro me habeo, qui Stätte promiſcuo nomine, tam eas dicunt, quæ Epiſcopum habent, quam illas, quæ Epiſcopum non habent. Reformation guter Policey zu Augſpurg *de anno* 1530. *tit.* Von Burgern und Inwohnern in Stätten. Et expreſſe Ulm & Nördlingen/ inter civitates re-

17. cenſentur in ſubſcriptione R. A. *de anno* 1500 *& aliis inſequentibus.* In Germania hoc notatu dignum eſt, eam, quæ olim nullas civitates, poſtea pauciſſimas habuit, hodie vel omnes, vel pleraſque regiones, civitatum numero, atque elegantia vincere. Strabo olim falſus eſt, Græcos vinci à Romanis puritate

urbium:

urbium: Idem hodie si viveret, sine dubio extenso sermone, Græcos à Romanis, utrosque autem à Germanis vinci asseveraret. Nam ita revera est, ut Boterus Italus alicubi scribit, *hora i Tedeschi auanzano di gran lunga i Romani.* Cujus autoritatem propterea adduco, ne dubitent alii, quibus Italia nunquam visa: mihi, qui eam vidi, veritas enunciati etiam citra autoritatem sancta est. Gallia, Hispania, Anglia ultro Germaniæ palmam deferunt, in qua privatorum quoque ædes in civitatibus, Principum dictarum Regionum palatiis ne hilum cedunt; ipsæ autem curiæ, Augustæ Vindelicorum & Norimbergæ noviter constructæ, & Regum quoque superant palatia. Quando 18. Civitates in Germania cœperint, in obscuro est; lucem ex parte nobis ponit Cluverius *lib.1. antiquit. Germaniæ cap.13.p.104.* & constat ex aliis, Henrici Aucupis tempore nonum quemque virum ex agro in oppida hinc inde noviter condita ac munita, translatum, reliquorumque labores in urbana horrea condita, discrimine facto inter plebem urbanam & rusticam, quarum hæc Bauren à colendo, (colere enim nobis est Bauen / & inde agrum colere 19. den Acker bauen) illam vero Burger / à Burgis (hoc est, à locis muro, vel alio 20. sepimento firmatis, daß man sich darinnen sicher verbergen können. Burg enim à Berg est; Berg vero non solum montem, sed & habitacula notat; unde Herberg / diversorium, seu ædes omnibus patulæ ad divertendum. Her 21. enim commune est, ut ex Goropio monui supra, ubi de voce Hertzog tractatio erat) quibus inhabitatores dati erant. Cur autem nonnullis quoque rusticis, seu agri inhabitatoribus, civis nomen quandoque datum fuerit, Spangenbergius explicat, *lib.1. Mansfeld. Chron. cap.121. in f. pag.111.* Cæterum ut supra 22. monui, Civitates considerari possunt & Materialiter & Formaliter. Materialiter consideratæ, aliæ sunt muris, fossis, vallove circumdatæ; aliæ apertæ, & nullo horum munimento firmatæ. Unde in propatulo est, muros civitati pro securitate esse, urbi pro decore, utrisque pro defensione, at non protinus pro essentia. Videmus enim, non solum in Anglia plerasque civitates muro cinctas non esse, sed & in Germania nonnullas ejusdem agnoscimus formæ. De Muris autem notabilia hæc sunt: I. Eos sine superioris licentia extrui non 23. posse: *l. 6. ff. de operib. publ.* II. Nec sine superioris licentia refici & restaurari posse: *l. 9. §. 4. ff. de R. D.* Bald. *ad §. civitates, de pace Const.* Rebuffus *in l. restaurationi, C. de divers. prædior. lib. 10.* III. Nec licere citra ejusdem consensum quicquam illis conjungere vel superponere: *d. l. 9. §. 4.* IV. Nec inhabitari sine permissu Principis propter fortuita incendia posse, æque ut portæ: *l. 1. ff. ne quid in loco sacro fiat.* V. Sanctos esse: *§. sanctæ, Instit. de R. D. l. 1. in pr. l. 8. §. 2. ff. eodem t. l. 2. ff. ne quid in loco sacro.* Cujus alia ratio à Iustiniano, alia à Plutarcho 24. consignata est. Imperator muros inde sanctos dici ait, quia pœna capitis constituta sit in eos, qui aliquid in muros deliquerint: *dicto §. sanctæ.* Male autem hanc rationem confictam arbitratur Gilbert. Reg. 2. *enant.* 4. & si vera sit, non

capit-

capit, cur eadem ratione moneta, in cujus falsarios & adulteratores capitis pœna constituta, sancta non dicatur. Plutarchus *inter quæstiones Romanas, quæst. 27. p. m. 463. part. 1. moral. edit. Xylandr.* muros ex Varronis sententia propterea sacros existimandos scribit, ut pro iis propugnare alacrius cives, mortemq; etiam oppetere sustineant. Portæ autem sacræ esse non poterant, cum per eas & alia necessaria, & cadavera etiam efferrentur. Itaque urbem qui de novo condebant, aratro, cui bovem marem & fœminam subiunxissent, locum, quantum erat murus occupaturus, designabant, portarumque dimensi spatia, vomere exempto aratrum earum locis intactis transferebant, quod omnem terram aratam sacram & inviolabilem censerent futuram.

25. Videmus, Plutarchum portas pro sacris non habere, atque hinc etiam in quibusdam exemplaribus, *in d. l. 1. de R. D.* portæ vocabulum omissum: Decianus *tr. criminal. tom. 1. lib. 7. c. 36. n. 3.* Sed cum rectius in aliis portæ *d. l. 1.* fuerint expressæ, & præterea in *d. §. sanctæ,* nec non in *d. l. 2. ff. ne quid in loco sacro*, portæ quoque inter res sacras manifesto relatæ, videndum est utri horum, Plutarcho an ICtis, accedendum sit. Plutarchi mentem tuentur rituales libri Hetruscorum, quibus perscriptum est, qua sanctitate sint muri, quo jure portæ, ubi sanctitate muri separantur à portis: & libris Pontificum soli muri dicuntur esse sancti: Cuiac. *ad d. §. sanctæ, n. 20.* Pro ICtis, Imperatoris est autoritas, simulque ratio, qua sancti muri, portis conveniens, nimirum, quia capite sancitum, si quis eas violavit: Hottomannus *ad d. §. sanctæ, enunciat. 2.* Distinguit Giphanius *ad d. §. sanctæ*, nec non Connan. *3. comm. 1. n. 6.* inter jus Pontificium, & inter jus civile: portas non esse sanctas jure pontificio, quoad cæremonias augurum; esse jure civili, quia inviolabiles. Arbitrabar aliquando portas non æque ut muros, sed quodammodo tantum sanctas esse. Legebam enim *d. §. sanctæ*, non ut communiter, sed hoc modo: *Sanctæ quoque res, veluti muri, & portæ civitatis, quodammodo divini juris sunt.* Dabat mihi hanc distinguendi licentiam Niellii calamus, quo *in corollario disput. feudalis tertiæ lit. K.* notatum memineram, omnes distinctiones, quæ in Pandectis passim adiectæ reperiuntur, autoritatem habere non publicam sed privatam, ut quæ in authentico Pandectarum Florentinarum non extant, sed ab iis demum, quibus à Principe Florentino cura eas Pandectas divulgandi, & pluribus excusis exemplaribus in publicum edendi demandata fuit, laudando lectorem adiuvandi studio adiectæ fuerunt. Sed non admodum nunc priores mihi arrident cogitationes; potius Giphanium & Connanum sequor; & certo ocularis sum testis, etiam authenticum Pandectarum Florentinarum, omni distinctione non carere.

26. Cæterum, quod de pœna capitali statuta in eos supra diximus, qui aliquid in muros deliquerint, plenius explicandum est. Ratio eius est *in l. ult. ff. de R. D.* ubi Pomponius refert, cives Romanos alia, quam per portas, egredi non licere, cum illud (puta si alia egrediantur) hostile & abominandum sit. Videtur hæc pœna aliis, ut & Giphanio, *ad d. §. sanctæ, vers. quia pœna capitis*, valde acerba & gravis.

gravis. Quare putant interpretes hæc accipienda de tempore belli: *arg. l.3. §. in bello 15. ff. de re militar.* Fortassis, ait *d. loc.* Giphanius, hæc duo sunt distinguenda: *delinquere in muros & transcendere muros*: ut illud sit capitale, hoc non item. Verum quando ad leges ipsas nos convertimus, & hostilem atque abominandum transcendentis conatum perpendimus, pœnam pro acerbissima non erit quod habeamus. Et eadem securitatis ratio tempore pacis ac belli habenda est, & utrobique hostilis in Rempublicam puniendus animus. Generalis sane elocutio est, cives Romanos alio, quam per portas egredi non licere, nulla belli nec pacis distinctione. In militibus illud reiterata lege declarandum erat, tum quia multi inibi qui non cives Romani, sed tantum ad securitatem civium conducti, tum quia vallum non comprehendit, aut muri castrorum non erant muri civitatis; tum denique quia vallum & muri castrorum non ea religione constructi, ac civitatum. His ergo ne quis frustra inniteretur dubitandi rationibus, *d. lex 3. § 17. ff. de rei militar.* expresse decidit, militem qui vallum transcendit, aut per murum castra ingressus est, capite puniri. Atque hæc legis dispositio non causam dedit dispositioni illi, quam in generalibus modo adductis textibus videre est, sed generalitas potius huic rationem suppeditavit. Illud *hac in l.3. § 17.* specialius quoque expressum, non tantum militibus non alio, quam per portam castrorum (quæ quales fuerint, explicat Lipsius *de re militari lib.5. pag.65.*) licuisse egredi; verum etiam nec aliunde nisi per portas castra ingredi: quod licet in *d. l. ult.* verbis expressum non sit, ratione tamen satis videtur expressum, ut locus ingrediendi civibus idem datus sit, qui egrediendi. Quod distinctionem inter *delinquere in muros & transcendere muros* attinet, sciendum est, non quidem omnem in muros delinquentem, eosdem transcendere, at vero quemlibet transcendentem muros, in eosdem delinquere: Omnem autem in muros delinquentem (quo verbo Imperator in *d. §. sanctæ,* utitur) vel muros violantem (quod tanquam priori æquipollens verbum Pomponius habet *d. l.*) capite puniri: *d. §. sanctæ, & d. l. ult.* Illud quæritur, *an pœna transcendentis muros capitalis sit, non habito respectu, cuius civitatis muri sint?* Sunt qui tantum de civitatis Romanæ muris hoc intellectum velint. Petrus Gregorius Tholosan. *lib. 35. syntagm. c.7. n.1.* Decianus *d. tr. crimin. lib.7. c.36.* transilitionem hanc ad crimen læsæ maiestatis referunt: quos si sequimur, dicendum est, hoc ad alias civitates extendi non debere, cum crimen læsæ maiestatis committatur tantum contra Rempubl. Romanam. Præterea *d. l. ult.* videtur subiecto exemplo Romuli & Remi innuere, de civitate Romana totam decisionem exaudiendam esse. Exempla enim regulam declarant: gloss. & Dd. *in §. si quis 35. Inst. d. R. D.* Cumque totius Imperii securitas à securitate Romæ dependeret, maiori hic opus fuit cautione, legisq; pœna atrociori: *arg. l.1. §. sed & si quis 5. ff. de Carbon. edicto. c. ubi periculum 3. in pr. de elect. & elect. potest. in 6.* Notum quoque est, civitatis nomine indefinite posito Romam denotari: *§. sed jus quidem 2. Inst. de I. N. G. & C. l.1. & l.2. § 1. ff.*

27.

§. 1. *ff. de O. I.* Vngepaur *exercitio Iustin. 5. quæst. 3.* Has propter atque similes rationes, hanc sententiam inter communes retulerunt, Iulius Clarus *lib. 5. §. f. quæst. 68. n. 25.* Menoch. *arbitr. iud. quæst. lib. 2. cas. 483.* & multi alii, eam ambabus ulnis amplexi sunt, quos refert & sequitur Berlichius *decis. 70.* Contra aliis visum fuit, pœnam capitalem non solum transcendentibus muros civitatis Romanæ, sed & aliarum civitatum, dictatam esse, quod & mihi placet; tum quia *d. §. sancta*, generalis, tum quia etiam illud hostile & abominabile est, quod in alias civitates & contra earundem securitatem committitur: *arg. l. pen. ff. ad l. Iul. maiest.* tum quia hoc clare evincunt verba *d. l. 8. §. fin. ff. de R. D.* quæ in municipiis quoque muros esse sanctos demonstrant. Quod si ita est, collectio hæc inde trahitur firmissima: Cuiuscunque civitatis muri sunt sancti, in eiusdem civitatis muros delinquentibus capitis pœna statuta est. Inde enim muri sancti dicuntur, quia pœna capitis constituta est in eos, qui aliquid in muros deliquerint: *d. § sanctæ.* Muri autem civitatum municipalium sancti sunt, ut diximus. Consequens ergo, seu cohærens, necessarium est, etiam delinquentibus in illos capitis pœnam statutam esse. Respondet quidem Decianus *d. loc. ad legem nostram 8.* eam non obstare, cum tantum loquatur de immissione, ne scilicet quis immittat quippiam in muros. Sed fallitur in eo vir de iure nostro meritissimus. Dictæ enim legis duplex enunciatum est, non unum. Primum est, in municipiis quoque muros esse sanctos. Alteram; prohiberi oportere ne quid in his immittatur. Posterius ex priori sequitur, tanquam ex fundamento certo, quod muris sanctis nihil possit immitti. Prioris vero ratio ex *d. §. sanctæ*, repetenda est: unde si repetita fuerit, Solis lumen clarius non erit ad medium diem, quam nostra opinio. Nec obstat, quod de crimine læsæ maiestatis adductum fuit ab adversariis. Nam & idem committi in populum Romanum potest, respectu cuiusdam civitatis municipalis: *d. l. pen. ff. ad l. Iul. maiest.* Quod attinet exemplum Romuli & Remi, illud regulam non constringit: *l. 1. §. quod vulgo, ff. de vi & vi armata*: *l. 30. ff. de damno infecto.* Nec regula propter exemplum, sed exemplum propter regulam generalem positum, ad quod omnia specialia possunt debentque referri exempla, tanquam regulæ generali convenientia. Ad tertium, tenendum est, leges omnibus hominibus eandem securitatem tribuere, non illis tantum qui Romæ sunt: *l. 28 §. 7. ff. de pœnis.* Hanc ad securitatem æqualem quoque dispositionem in turbatores & hostilia machinantes præscripsit. Quæ cum sufficiens, ut ipsam quoque Romam à periculo immunem statuat, quid quæso præcipui quærendum aliud? Sed habuit tamen aliud quoque, quod securitati magis in ipsa, quam in municipiis consuleret & prohiberet, ne facili conatu hostilis murorum fieret transcensio. Erat enim familia publica circa portam & muros disposita: *l. 1. ff. de offic. præfect. vigil.* Lipsius *lib. 1. de magnitud. Roman. cap. 4. p. 28.* Erant quoque mœnia altissima: Idem Lipsius *d. tr. lib. 3. cap. 4. pag. 113. & seq.* Civitatis nomine in legibus indefinite posito Ro-

mam

mam quandoque denotari non eo inficias, sed inde protinus generalis non conscribenda erit regula, quasi civitatis nomine sola veniat Roma. In contrarium enim infinita juris pugnant loca, ex quibus si libet inspice §. *nos autem* 5. *Instit. de Atilia.tutor.* §.*ult. Instit.quibus non est permiss.facere testament. l.2. ff.de V.S. l.9. in pr. ff. de R.D. l. 15. ff. de V.S. d.l.pen. ff. ad legem Iuliam maiest.* Poterat quidem dubitari, annon in *dicto* §.*sancta*, Civitas pro Roma sit posita, etiam inde, quod *in eodem titulo* prius, in §.*universitatis* 6. civitatum facta mentio, ne quis forte arbitraretur ad civitatem tantum, hoc est, Romam enunciatum referendum: In *d.* §. autem *sancta*, tantum civitatis mentio fiat. Verum cum aliis civitatibus conveniat, quid opus nodum in scirpo quærere? Quod autem aliis quoque civitatibus conveniat, inde est, quod & illarum muri atque portæ sanctæ sint. Atque huic opinioni tot quoque accedant interpretes, ut eadem facilitate communem quoque eam, ut alteram, dicere liceat, & communem contra communem inducere. Vid. Hottoman. Nicas. Gilken, *ad d.§. sancta*, Marc. Lycklam à Nieholt *lib.3. membra.eclog.6.* Gœdd. *ad l.5.n.17. de V.S.* Tim. Fabrum *disput. anniversar. ad Instit. disp.12. th.6.* Arum. *exercitat. Iustin. dec.4. th.8.* Romanum *singul.* 239. Gerhardum *exercit. Iustin. dec. 4. th.3.* aut si hoc non licet, præceptum tamen Imperatoris nobis suffragabitur, non ex multitudine autorum, quod melius & æquius est, judicandum: *constitut. de conceptione ff.* §. 6.

28. Donellus 4. *commentar.* 1. pœnæ capitali tunc locum esse scribit, si transcensio dolo fiat hostili animo. *d.l.ult. ibi; cum hostile sit, de R.D.* non si expediendæ salutis causa: *l.45.* §.4. *ff. ad l. Aquil.* cui subscribit Vngepaur *d. loc. arg. l.1. ff. de bon.eor. qui ante sentent.* & in exemplum trahit *c.9. v.25. Actor. Apost. c.2. vers.15. Ios. & c.24. vers.11. Proverb.* Quod quidem tunc admiserim, si alia expediendæ salutis via in promptu non sit. Quod si illa adsit, nec tamen minus muros quis transcendat, à pœna eum in totum immunem non dixerim, licet nec ordinariæ quoque subiecerim. Puniendus enim non propter malum animum, qui cessavit, sed propter malum, quod dedit, exemplum: *arg. l.3.* §.2. *ff. ad l. Cornel. de sicar.* Quod & in eo vindicandum erit, qui per lasciviam muros transcenderit. Nam & si quis banniti interficiendi causa muros transcendat, arbitrariæ eum subiicit pœnæ Nellus *tractatu de bannitis part. 2.* Ruinus 5. *consil. 2.* Hodie tamen generaliter fere in omni transcendente arbitraria pœna, relegationis, carcerum, pecuniæ, in usu est: Wesembec. *in not. ad Schneid. d.§ sancta*, & à pœna capitali quadantenus recessum.

29. Prout hodie Imperii nostri facies est, varias Civitatum distinctiones afferri videmus. Inter articulos Reformationis Friderici III. Imperatoris legimus, Civitates distingui in Reichs-Freie-vnd Fürsten-Stätte. Alii Civitates partiuntur in *Imperiales* & *Provinciales*. Imperiales rursus distribuunt in *Imperiales Liberas* & *Imperiales tantum*. Alii cunctas faciunt, aut *Liberas*, aut *Conditionatas*, aut

Municipales. * Et qui cum iisdem fere consentiunt, alii civitates triplicis esse aiunt ordinis, *Imperiales*, *Municipales* & *mixtum obtinentes statum*. Alii autem præter Imperiales & municipales recognoscunt nullas. Mihi placet totum Civitatum Imperii nostri numerum distinguere in *mediate Imperio*, & in *immediate subditas*: R. A. *de anno* 1544. §. Die Freie vnd Reichsstätte. Mediate Imperii subditæ civitates illæ sunt, quæ homagium Principi territorii præstant. Hæc præstatio cum diversimoda sit, diversam rursus mediatarum conditionem importat. Aliæ enim simpliciter & absolute homagium præstant, & mere subditæ sunt Principi suo, atque municipales sive provinciales dicuntur, Landstätte / Fürstenstätte / quandoque etiam Erbstätte. Aliæ vero & ipsæ quidem homagium territorii domino præstant, sed conditionaliter, & ab Imperatoribus in eo privilegiatæ, ut mere subditæ Principi suo non sint, sed multa libertatis obtineant axiomata; unde nec municipales proprie, nec Land- Fürsten- aut Erb-Stätte vocari, ut cæteræ, possunt, sed certo respectu Frey Stätte ab aliis audiunt. Talis esse videbatur Hamburgum, Luneburgum, atque Brunsuigum. Hamburgensis enim Civitas homagium præstat Holsatiæ Duci, ex Crantzio Hottomannus *disput. feud. c.* 24. sed tamen in cæteris eidem simpliciter subiecta non est, sed ad plenam libertatem quam proxime accedit. Quorsum ea pertinet relatio, quæ apud Crantzium est *lib.* 10. *Saxon. c.* 2. Aderant, inquit, Comites (tales quidem tunc, hodie autem Duces) Holsatiæ, querimoniam deferentes adversus Hamburgenses, qui & ipsi aderant, rei exitum videre cupientes. Comites devocabant eos in jus suum, ut ab antiquo semper habitum fuerit. Illi Imperialem desuper declarationem audire cupientes, invenire se asseruerunt in privilegiis, quod Comitibus prope nihil debentes exempti censerentur, quodque à nonnullis Imperialis Aulæ asseclæ Imperatoris haberentur. Nam divi Friderici privilegia multa illi oppido contulisse videbantur, quæ tum edebantur. Imperator interlocutus jussit Hamburgum oppidum Comitibus parere, salvis libertatibus, quas ab Imperiali culmine promeruerunt. Luneburgum quoque Principi suo, non ut reliquæ municipales, homagium præstat, sed Princeps prior jurare consuevit, se privilegia & immunitates eidem conservaturum, ut videre est in responso Academiæ Friburgensis, quod extat *in parte* 1. der gerichtlichen Acten der Statt Braunschweig Huldigung betreffend / *p.* 208. & *seqq.* Idem dicendum de Civitate Brunsuicensi, quæ & ipsa quidem homagium Principi suo præstat, si Princeps prior juraverit de conservandis privilegiis; in cæteris, privilegiis egregiis exornata, adeo ut anno 1599. 27. Septembri, Spiræ

30.

31.

* *Qui hodie, aut heri de civitatibus aliquid literis mandarunt, dum quisque tempori & causæ inservire studet; in fingendis ac refingendis earum formis adeo variant, remque apertam & planam ita involvunt, ut certi ferme nihil ex iis constitui possit.* *Paurmeister*, de Iurisd. Imper. Rom. lib. 2. c. ult. n. 13.

Spiræ decretum, Ducique Brunſuicenſi pure & ſine clauſula mandatum fuerit, ut ille à cognitionibus & proceſſibus cauſarum, quæ civitatis regalia tangunt, abſtineret omnino. Sunt & aliæ, de quibus dubito an plane immediatæ ſint, & in ſpecie de Colonia Agrippina, cum videam eam Archiepiſcopo Colonienſi juraſſe, ſed & juraſſe Imperatori. De huius generis Civitatum ſubiectione atque libertate, non aliunde quam ex ipſarum judicandum eſt privilegiis, quæ & in aliquibus usque eo exurgunt, ut licet immediatæ ratione homagii non ſint, attamen inter Status Imperii fuerint relatæ. Immediate Imperio ſubditæ civitates ſunt illæ, quæ ſoli Imperatori obedientiam & fidelitatem jurant. Et hi juſto titulo Imperiales vocari merentur. Abbas quidem Trithemius *de origine Francorum*, relatus à Goldaſto *in polit. Imperial. part. 10. diſcurſ. 1. pag. 540.* arbitratus eſt, exiſtimantes, Civitates iſtas Imperiales eſſe, non recte loqui, aut ſentire, cum ſint potius Regales. Et Goldaſtus *in ration. ad conſtitut. Ludovici, tom. 2. Conſtit. Imperial. pag. 388.* ſcripſit; Hoc reſcriptum poteſt eſſe juſto argumento, regnum Galliæ, quale tum Carolus Calvus poſſidebat, & Germaniæ, cui Ludovicus iſte præerat, nunquam fuiſſe Imperatori Romano ſubiectum, tanquam Imperatori, ſed bene interdum, ut hodieque, tanquam Regi & Principi Germanorum. Quare ſi contingeret, ut Imperium Romanum transferretur in aliam nationem, Regnum Germaniarum foret liberum & abſolutum, nec Imperio Romano eſſet amplius ſubiectum; nec Rex Germaniarum recognoſceret illum Imperatorem, ut ſuperiorem, ſed ut amicum forte, vel fratrem; quemadmodum legimus Carolum Magnum recognoviſſe Impp. Græcorum. Et in eo largiter peccamus, quod liberas Respubl. appellamus Imperiales, cum ſint Regni Germanici, quod Imperio nihil debet, & ſolum à Romanis ſemper invictum permanſit, ipſius Imperii Romani tandem victor & triumphator. Sed utriusque rationes apud me tanti non ſunt, ut à recepto more velim audeamque recedere. Certum quidem eſt, Carolum Magnum, juxtaque eius ſucceſſores, jus Imperii, quod habebant, in Francos, ut & in Longobardos, à jure Imperii in Romanos ſollicite diſtinxiſſe: Hugo Grotius *lib. 2. de jure belli cap. 9. num. 11. pag. 235.* atque aliud olim regnum fuiſſe Germanorum, aliud Imperium Romanorum in aperto eſt: Verum poſtquam Imperium ad Germanos, ſeu Francos translatum, duplex illud corpus in unam coiit maſſam, ut fere idem judicium de hoc, quod Plato de homine tulit, ferendum ſit. Voluit ille, hominem primum concorporatum extitiſſe, maſculum & fœminam; poſtea vero à Iove in partes diſſectum binas, ut alius maſculus, alius fœmina eſſet. Eodem modo combinatum Imperium hodie & Regnum eſt, quod nemo, niſi ille qui Divum choros regit, diſſolvere potens eſt. Hoc antequam fiat, Imperium Regno tam arcte coniunctum dicimus, ut pro uno eodemque habeatur: quod & Baſilio Imperatori Conſtantinopolitano repoſuit Ludovi-

32.

cus II. Imperator, *in Epist. apologet.* §.10. *& seqq.* apud Goldast. *tom.*1. *Const. Imper.* & Caninium *in discursu ad A. B. pag.* 31. Nec absurdum est, pluribus ex Regnis atque Imperiis, uni si pareant, massam fieri, unius atque alterius obliterato nomine. Exemplum non adeo vetus agnoscimus in Angliæ, Scotiæ, atque Hiberniæ regnis, quæ nomine Magnæ Britanniæ coierunt. Si vero male, etiam integra coniunctione, civitates Imperiales dicimus, & male quoque Status Imperii easdem, reliquosque Germaniæ proceres dicemus, maleque Imperatorem respectu Germaniæ appellabimus. Ita quidem est, ut Rex & Imperator idem sit, Imperium & Regnum promiscue fuerit, quod regit, appellatum, tam ab aliis non levis notæ autoribus, quam à Carolo Magno, qui in Constitutione sua, qua de divisione Regnorum suorum egit, anno 806. modo quod nomine Regni expressit, postea nomine Imperii, & vice versa exprimit: Caninius *d. tr. pag.* 24. Quod si inde, quas Imperiales dicimus civitates, Regales quis dicere voluerit, in nullo peccabit, æque ut ille, qui eas Imperiales dixerit. Posterior tantum hoc habebit præcipui, quod formulam fuerit secutus communem, cum alter lubentiam. In specie tamen & hoc usus fert, ut Aquisgranum Regiam dicamus urbem, non Imperialem, non liberam.

33. Dividuntur autem ab aliis Civitates Imperiales, in *Imperiales in specie ita dictas*, & in *Imperiales liberas*. Aiunt illi Imperiales esse, quas Germaniæ Reges vel Cæsares condiderunt, & quæ Imperio statim ab initio addictæ, cuius in testimonium in insignibus habeant vel aquilam integram, vel eius partem. Liberas Imperiales eas, quæ olim sub jugo fuerunt Episcoporum, vel aliorum, eaque potestate liberatæ, ultro sese juri Imperiali, sed cum quadam reservatione subdiderunt: hasque in insignibus nil quicquam ab aquila mutuatum habere. Vid. Besoldus *discursu de jure & Imperio Imperialium Civitatum, num.*4. & omnium maxime Wehnerus *in observat. practicis, verbo* Freie Reichsstätte. Illas olim Imperatoribus ita fuisse subditas, ut nunc Principibus aliis suæ civitates, indeque ab Imperatoribus ibi constitutos fuisse Reichsvögte / easdemque jure pignoris aliis magnatibus tradi potuisse: Besoldus 1. *polit. cap.* 9. §.3. *num.* 13. Quod si ex iisdem quæsieris, quænam ex istis liberæ Imperiales sint, quæ vero Imperiales tantum, catalogum tibi exhibebit ex anonymo quodam Matthias Stephani *de jurisdict. lib.*2. *part.*2. *cap.*1. *num.*85. Liberæ Imperiales Civitates, inquit, numerantur octuaginta & quatuor hæ: Augspurg / Metz / Aach / Lübeck / Saltzburg / Costnitz / Cöln / Bamberg / Ulm / Schlettstatt / Hagenau / Magdeburg / Oldenburg / Rohtenburg / Lützelburg / Nürnberg / Franckfurt am Main / Speyer / Wormbs / Oppenheim / Memmingen / Kauffbeyrn... Kaustein / Essen / Wangen / Ravenspurg / Überlingen / Leutkirch / Kauffbeyrn / Donawert / Nördlingen / Dinckelsbuhel / Winschin / Offenburg / Pfullendorff / Dortmunde / Northausen / Colmar / Neuß / Goßlar / Weil / Eßlingen / Reutlingen /

lingen/Rohtweil/Daventer/Campen/Schwol/Cronweiſſenburg/Landau/Biberach/ Buchhorn/Achler/ Pfeſingen/ Schwäbiſchen Gmünde/Kaiſerslautern/ Tull/ Metz/ Trier/ Gelhauſen/ Wetzlar / Friedberg/ Schiltach/ Mühlhauſen/ vnd Hildesheim. Simpliciter Imperiales tantum numerantur decem & octo hæ: Straßburg/ Erfurt/ Preßlau/ Hamburg/ Braunſchweig/ Baſel/ Zürich/ Bern / Lucern / Solothurn / Freyburg / Zug / Vnterwalden / Glariß / Vry / Schweitz / Appenzell / vnd S. Gallen. Meum ſi de hiſce requiras judicium, 34 ſcias velim, verbalem potius differentiam quam realem inter Imperii liberas civitates, & Imperiales dari, aut ſi realis aliqua detur, me neſcire fateor, ea unde petenda ſit. Idque inde, cum videam libertatem æqualem atque eodem ſenſu omnibus immediatis civitatibus competere, licet privilegia earum æqualia in cæteris non ſint: Matthiæ vero Stephani catalogum multis laborare vitiis. Hanc meam ut planius explicem mentem, primo per omnes Imperii Receſſus videre eſt, præſertim in eorum ſubſcriptionibus, diſtinctim poni Freie vnd Reichs-Stätte, quæ copulativa innuit, alias eſſe Freie alias vero Reichs-Stätte Copulæ enim natura eſt, ut ponatur inter diverſa: gloſſ. *in rubric. de iur. & facti ignor.* Iaſon *ad l. 32. num. 3. de legib.* Et ſi diverſæ atque diſtinctæ non eſſent, omiſſa copula, Vnd / dicendum atque exarandum fuerat, die Freie Reichsſtätte. Vnicum quantum mihi obſervatum, inter Receſſus Imperii habemus exemplum, quo, quæ antea Freie vñ Reichs-Stätte poſtea exiguis intermediis lineis, in der Ordnung des Regiments / *de anno* 1500. Reichsſtätte tantum dicuntur. Quod exinde eſt, cum omnes etiam liberæ Imperiales Civitates die Freie Reichsſtätte generaliter Imperiales, ſeu Reichsſtätte ſint, cum vocabulum *Imperialis*, & generis & ſpeciei vicem, ut adoptio, obtinere poſſit. Atque hic ſtilus diſtinguendi inter Freie vnd Reichs Stätte in Imperii Receſſibus uſitatus eſt, quando ſermo eſt de civitatibus collectim, in ſpecie autem de hac vel illa civitate, etiam illis, quas Matthias Stephani inter liberas Imperiales numerat aut quæ ipſæmet ſibi titulum der Freien vnd des Heiligen Reichs-Stätte tribuunt (quod facit Lubeca, titulo ſtatutis ſuis præmiſſo) nunquam vidi unam, vel alteram dictam die Freie Reichsſtatt / ſed tantum Reichsſtatt / vel, Vnſere vnd des Heiligen Reichs Statt. Atque hæc de Receſſibus Imperii, qui unum in corpus redacti circumferuntur, intellectum velim. Nam de aliis annotavit Lehemann. *in Chron. Spir. lib. 4. cap. 5. pag. 289.* anno 1486. Receſſu Imperii Falingæ confecto civitates ita ſubſcripſiſſe, ut expreſſe mentio, & quidem ſeparatim, fiat der Frey Stätt Bottſchafften / ſo auf dieſem Tag geweſen / & poſtea intervallo interiecto, der Reichsſtätt Bottſchafften. Quod vero realis inter hæc differentia non ſit, Wehnerus diſerte teſtatur *in obſervat. pract. d. verb.* Freie Reichsſtätte / p. 177. Gemeinigklich & collective de hac differentia zu reden / ſeind Freie vnd Reichs-Stätte im Grund ein ding / als nemlich / daß alle Reichsſtätte / auch freie Stätte ſind /

sind/ vnd genant werden sollen/ eo respectu & fundamento, daß sie sonst keinen andern Herrn / dann das H. Römische Reich/ oder Kaiserliche Maiestat/ ohne Mittel haben vnd erkennen / vnd wird darumb / so man aller Stätte wegen bey Kaiserl. Maiest. oder des Heil. Reichs Ständen / oder auch sonsten Handlung pflegen thut / der Titul der Freien vnd Reichs Stätte gemeiniglich copulative gesetzt ; Wie dann solcher Titul in des Kaiserlichen Fiscals Registern / vnd des Heiligen Reichs Anlegung / item in Reichs Abschieden ꝛc. oder andern Handlungen/ mit oder gegen denselbigen auch copulative gesetzt vnd eingeschrieben ist. Da aber ein Vnterscheid darunter zubegründen vnd zu suchen / ist allezeit dafür gehalten worden / daß eine Reichsstatt mehr gefreitt ist/ dann die andere / vnd nemlich in Teutschen Landen / des freyen Abzugs an Gütern / oder aber der Pensionen halben / daß darinn kein Leibeigener / oder sonst dienstbar verpflichter Mann vnd Erben sein können / die sich (wo sie etwan nach ihrer Gelegenheit an andere Ort oder Herrschaft verrucken wellen) mit der ersten Obrigkeit abtragen/ oder abledigen müssen. Vnd werden dermassen etliche Stätte/ als Vlm / Nürnberg/ Hailbrun / Schwäbisches Hall/ Eßlingen/ vnd dergleichen/ befunden / mit denen man sich mit Abzug schwerlich abkauffen muß. Aber herwiderumb ist solches in andern Stätten nicht im Brauch / als zu Strasburg/ Speyer / Wormbs : darumb sich auch dieselben gemeiniglich Freie- vnd Reichs-Stätte nennen.

35. Et hoc inde quoque patet, cum rationes istæ, quibus civitates dicuntur liberæ, utrisque æqua conveniant lance. Liberæ autem dicuntur, ut verior est opinio, quod liberæ sint à jugo cuiuscunque Principis; quo sensu & alii Status dicuntur liberi, & Nobiles immediate liberi, quod solum Imperatorem superiorem recognoscant : vel ut Alciatus *in l. censere* 111. *de V. S.* & Guicciard. *lib. 7. histor. n. 7.* francas civitates eas dici, quæ quidem Imperatoris fastigium libenter agnoscunt, tributis tamen se atteri, violentia urgeri, tyrannide opprimi non patiuntur : quæ pensionibus quibusdam certis & definitis Imperii autoritatem recognoscunt, cæterum ipsæ suis fere moribus ac Magistratibus gubernantur, neque tam student territorio amplificando, quam libertati suæ conservandæ. Parum autem refert, hodiernos si spectes mores, imo nihil fere, an statim ab initio, an postea, exemptione aliqua civitas fuerit facta Imperialis, nam æquali libertate fruuntur omnes prædicto sensu, licet singulæ inter se fere aliis privilegiis differentes sint. Apud Romanos sane illi, qui nativitatis suæ à termino liberi erant, non magis erant liberi, quam alii quibus postea dabatur libertas: §. *ult. Instit. de libertin.* licet inter utrosque maxima quandoque daretur differentia in aliis, prout benignitas Principis in alium prodiga, in alterum avara.

36. Matthiæ Stephani quod attinet ex alio relatum catalogum, vulgo is conceptus est, & incerto patre, ideoque suspectus merito. Idque inde magis cum I. in calculo aberret maxime, pro octua-

octuaginta quatuor Civitatibus Imperialibus liberis, quas recensere paratus est, tantum sexaginta tres cumulet. II. cum eas, inter liberas Imperii civitates ponat, quæ nuspiam, præsertim in Recessibus Imperii, ubi earum specialis facta mentio, aliud obtinent nomen, quam Reichsstätte. Quod ut clarius fiat, de Augusta Vindelicorum, Augspurg, quæ in catalogo prima est, legimus, eam simplici nomine Statt in subscriptione R. A. *de anno* 1500. nomine composito Reichsstatt, *in pr.* R. A. *de anno* 1518. *in fin.* R. A. *de anno* 1525. *in pr. & in fin.* R. A. *de anno* 1530. *in pr. & in fin.* R. A. *de anno* 1548. *in fin.* der Erklärung wegen der Religion *de A.* 1548. *in fin.* Landfriedens *eiusd. anni. In fin. Reformat.* guter Policey *eiusdem anni in pr. & in fin.* R. A. *de anno* 1551. *de anno* 1555. *de anno* 1566. *de anno* 1582. nuspiam autem per tot Recessus Imperii liberam Imperialem, Freie Reichsstatt dictam fuisse. Erubescant itaque jure merito illi, qui sine lege aliud agunt: *Novell.* 8. *cap.* 5. Præterea, Spira non alio quam nomine der Reichsstatt clara est: R. A. *de anno* 1525. *in pr.* De Civitate Aquisgranensi speciale illud notandum est ex Thuano *d. lib.* 133. *histor. pag.* 1160. eam monetæ suæ hanc ab antiquo solitam adiungere inscriptionem: MONETA NOVA REGIÆ VRBIS AQVENSIS; Quam postquam immutasset in hanc formulam; MONETA NOVA LIBERÆ CIVITATIS AQVENSIS, *τὸ liberæ* fuit impugnatum, atque tota inscriptio ad veterem revocata formulam. Quod utique jure fieri haud potuisset, si anonymi illius syllabus absolutus esset ad numeros. Et ut generaliter concludam, nulla earum civitatum, quarum mentio fit in catalogo prædicto, ullibi in recessibus Imperii alio quam Statt & Reichsstatt nomine indigitatur. Accedit III. quod Salisburgum, Bambergam, & alias, catalogus noster inter liberas Imperiales ponat, quæ ne hodie quidem inter Imperiales numerantur, atque ita à genere exclusæ, à specie magis erant excludendæ. IV. Erfordia inter Imperiales ponitur civitates, cum tamen *in* R. A. *de anno* 1567. *in pr.* legamus, des Ertzbischoffen vnd Churfürsten zu Maintz Statt Erfurt: quæ sane inter se non conveniunt, sed longis discrepant parasangis. Et Brunsuiga si Imperialis est, non immediate subiectionis respectu talis dici (quo respectu tamen veræ Imperiales dicuntur) poterit, sed respectu fortassis Regalium, quo eandem Imperatori & Imperio immediate subesse scribit Matthias Stephani *dict. loc. num.* 23. de quo suo loco. Denique Strasburgum Imperialibus tantum accenset, ut & Basileam: quarum utraque civitas Imperii libera dicitur apud Lehemannum *libr.* 4. *Chronic. Spirens. cap.* 4. *pag.* 289. De immediatis pergo dicere. Eæ olim alio nomine vocatæ sunt villæ publicæ: Freherus *ad Petr. de Andlo de Roman. Imperio. lib.* 1. *cap.* 16. *pag.* 162. Quando vero immediatæ istæ Civitates in Imperio cœperint, & quomodo, genus si spectes, non satis est mihi cognitum: Coniecturis hic agitur, & aliorum autoritate. Munsterus *lib.* 3. *Cosmograph. cap.* 24. *pag.* 456. scribit: Cum post Caroli Magni tempora, Germania pedetentim magis excoli & habitari cœpisset, Imperatores creasse Principes, iisdemque totas in feudum con-

37.

38.

cessisse provincias, sibi tantum & Imperio immediate reservasse insigniores & ampliores civitates, quibus postea à subsequentibus privilegia concessa amplissima, quorum efficacia deinceps dictæ liberæ, non Imperiales, licet sub Imperio remanserint. Wurstisius *lib. 2. Chronic. Basileens. cap. 11. pag. 96.* hoc factum arbitratur post tempora Othonis III. Ait enim ille: Nach denen Zeiten Othonis III. seind die Stätte / so nach dem Kaiser/als einem Oberhaupt / keine besondere Fürsten gehabt/ etliche zu Freistätten worden/ nach dem die Kaiser einer jeden wol gewölt / ihnen irgend die Zölle und andere Rechtungen zu kauffen geben / und allein zu Erhaltung der Kaiserlichen hohen Obrigkeit Reichsvögte verordnet. Munstero autem fere contrarius est Gilles Boilleau *és annotations servants à plus ample intelligence de la guerre d' Allemaigne lit.* E. dum Imperatores sibi primum non reservasse Civitates, sed eas ab aliis dono accepisse memorat. Verba eius hæc sunt: *Les Allemands acceptans l' Empire, & voyants, que l' Empereur n' avoit dequoy vivre, se quotizerent, & contribuerent chacun Seigneur l' une des meilleures villes de leur Estat; qui a grande apparence; attendu qu' on les voit ainsi semées de province en province.* De Longobardis legimus, eos post mortem Regis sui, ordine secundi, voluisse gubernari aliquot à Ducibus, sub forma quasi aristocratica. Hoc postquam decem per annos continuatum fuisset, quibus quilibet Ducum suam obtinebat civitatem, ex qua reditus fructusq; sibi comparabat, denuo Populus Regem sibi delegit, cui quilibet Ducum dimidiam partem proventuum suorum addixit in domanium: Estienne Pasquier *aux recherches de la France livr. 2. chap. 12. pag. 144.* Idem Germaniæ fortassis contigisse sibi persuasum habuit Boilleau, sed non satis probe: Non enim habet suam unde firmet sententiam. Hoc probabilius est; Principes atque Dynastas initio ab Imperatoribus beneficio affectos; vix contra: Postea vero increscente Principum potentia, absurdum non est credere, eosdem aliquid vel Imperio vel Imperatori ex illis, quæ ab iisdem susceperunt antea, concessisse. Exemplum habeo Bernam civitatem, de qua ita refert Petermann Etterlein in der Chronica der löblichen Eydgenosschaft *pag. 34.* Herzog Berchtold von Zeringen hat Bern die Statt erbauet/ und als er sie beherrschet hat sieben und zwanzig Jahr/ hat er sie geben an das Römisch Rich / doch in der Gestalt/ daß sy mit sunderbaren Freiheiten begabet / anedenglichen halten / und von dem Riche nit meer entpfrembdet solt werden; Also name Kaiser Friederich/der damaln Römischer Kaiser war/ die Statt uf an das Rich/ begabet auch die mit sunderbaren Freiheiten / nemlichen nach Recht und Freiheit der Statt Cöln. Præterea Civitatum aliæ pretio nummario, quam habent sibi pepererunt aut firmarunt immedietatem. Testatur hoc diserte Gerardus de Roo *in Annal. Austriacis lib. 4. pag. 154.* ubi scribit, quasdam Civitates Sigismundo Imperatori pecuniam numerasse, ut Imperii civitatibus adscriptæ, nullo unquam postliminio ad veterem Dominum reverterentur. Accessere alia ad Imperium spontaneo motu, salva, qua olim præditæ, libertate. Beatus

tus Rhenanus *lib. 2. rer. German. tit. Germanicum Regnum, pag. 129.* describens translationem Imperii à Francogallis in Germanos, addit: Cum hæc fieri viderent civitates quædam in Galliis, quæ non serviebant, sed tantum certis conditionibus agnoscebant Francos (de quarum numero præcipua fuit Arelas, cum circumiacentibus oppidis, Geneva ad lacum Lemannum, in Sequanis Vesontium, Tullum in Leucis, in Nerviis Tornacum, & similes) ad Germanicum Imperium respicere cœperunt, sic suæ libertatis compotes permansuræ. Nam complusculæ civitates Romanis præfectis usæ, Visogotthis & Burgundionibus pertinacissime restiterunt, ut boni consulerent Barbari, quod certis pactis & fœderibus eas obnoxias haberent. Variis autem hisce mediis ut temporis tra- 39. ctu Imperialium Civitatum crevit numerus, ita postea quoque variis ex causis decrevit, ut ad numerum priorem si respiciamus, hodiernus cum illo collatus, perquam sit exiguus. Bilibaldus Pirckheimerus *epistola ad Iohann. Baptistam Egnatium, Venetum, de censura Rerumpubl. German. quæ extat inter opera eiusdem Politica pag. 201.* Plurimis, ait, Rebuspublicis atque potentibus fuit olim ornata Germania: quarum maior pars pessundata est, cum Tyrannorum violentia, tum regiminis perversitate. Præcipue vero illas afflixit Episcoporum insolentia ac avaritia, non secus ac flamma quædam cuncta hauriens. Cum enim Imperatores prisci, Principum consilio vere pernicioso, jus quod ipsi in civitatibus habebant Imperialibus, Episcopis concessissent, illi haud segniter tanto munere usi sunt, sed cum primum plebem contra optimates instigassent, brevi eos ubique eiecere, ac inde stulto oppresso populo, omnia suæ ditioni subiecere. Nec secus Tyranni egere cum iis civitatibus, quas vel vi oppresserant, vel pignoris loco, vel precario à Cæsaribus acceperant, quamvis non defuerint, quæ sibi consulere, ac vim illam vi repellere ausæ fuerint. Scilicet, amici juxta, atque inimici Imperii Germanici, atque adeo etiam ipsi Imperatores, numerum Imperialium Civitatum, iniqua decurtarunt falce. Ludovicus Bavarus Regno Bohemiæ Egram cessit pignoris titulo. Zuiccaviam, Altenburgum, Chemnitium, anno 1308. Fridericus Admorsus, Marchio Misniæ, bellica vi sibi subiecit: Albinus in Meißner. Chronic. *tit. 15. pag. 398.* Metim, Tullum, Verdunum, Gallus pro præda tulit. Dantiscum & Elbinga ab Imperio diverterunt: Idem fecit Embdenum, welche zu denen Staden in Niederland einen Absprung genommen: R. A. *de anno* 1603. §. Und demnach wir. Idem quoque fecerunt aliæ. Aliæ Chrysostomo intercessore ab Imperio discesserunt, ut Italiæ Civitates, quæ pretio Imperatoribus dato, exemptionem sibi partam propugnant. De quibus largius dixi supra *lib. 1. cap. 9.* Gerardus Mercator *in Atlante pag.* 214. in 40. Germania hodie liberas civitates superesse statuit numero 84. inter quas ipse etiam refert Wittenbergam, Lipsiam, Tubingam, Heidelbergam, Viennam, Pragam, Budam: male prorsus, & contra veritatem. Rectius autem illi, qui eum sequuntur numerum, quem subscriptiones Imperii Recessuum nobis suggerunt,

ſuggerunt & matricula approbat, de quo vide ſis quæ ſupra *libr.1. cap.7. num.37.* dicta ſunt.

41. Cæterum, Imperialium harum Civitatum præ cæteris excellentiam & ſplendorem communem, partim tituli & encomia, partim jura & prærogativæ commendant. Ad titulos & encomia pertinet, I. Quod nobiles audiant, & nobilia Imperii membra: Regnerus Sixtinus *de Regalib. lib.1. cap.4. num.80.* Autor des gründlichen Berichts des H. Reichs Statt Friedberg Regalia betreffend *part.1. punct.15. num.14.*

42. II. Quod illuſtres dicantur Reſpublicæ: Hieron. Schurf. *reſponſ.26. n.1. & 2. cent.1.* Dauth. *in diſcurſu generali & ſpeciali de Rebuspubl. infer. Saxon. perf. regim. pag.36.*

43. III. Quod fulcra & columnæ Imperii appellentur: Petr. de Andlo *lib.1. de Rom. Imper. c.16.* dictus Autor des gründlichen Berichts 2c. *c.15. n.11.* Bertram *de Comitiis concluſ.45.* ubi ſubnectit: Hoc ſentiens Carolus IV. in extollendis & augendis Civitatibus, quarum opes & robur didicerat eſſe opes & robur Imperii, admodum ſedulus fuit: Peucerus *lib.5. Chron. in vita Caroli IV.*

IV. Quod ſanctæ dicantur, *in Reformatione Politica Sigismundi, c.10. ibi:* Da wurden die heiligen Reichsſtätte geordnet/ vnd gefreiet/ darumb ſtehen ſie geſchrieben Heilig/ wann ihnen ward befohlen alle gerecht vnd Göttliche Seeligkeit/ vnd wurde die Chriſtenheit durch ſie geſtärcket/ vnd wurden ihnen Geiſtliche vnd Weltliche Recht empfohlen/ als dem Kaiſer das Reich: extat apud Goldaſtum *tom.2.* der Reichsſatzungen *pag.133.*

44. Ad prærogativas & jura pertinet, I. Quod immediate Imperatori atque Imperio ſubiaceant: Vide Königs Ferdinandi Reſolution über das Concept des Religionfridens apud Goldaſt. in Reichsſatzungen *pag.288. ibi:* Daß die Burgerſchaft in denen Frei- vnd Reichsſtätten alle zugleich/ vnd ohne Mittel/ dem Römiſchen Kaiſer vnd Könige/ vnd dem heiligen Reich/ ſo wol als andere mehr Stände/ vnterworfen. Quod reſpectu civium collective ſumptorum verum eſt, non diſtributive: ut Reinkingius recte monuerit *de regim. ſecul. lib.1. cap.10. num.28.* Cives in civitatibus Imperialibus, licet ipſa civitas immediate Imperium recognoſcat, immediatis non eſſe accenſendos, ſed mediatis: cum Senatui tanquam Magiſtratui ſuo pareant immediate.

45. II. Quod ſint Status Imperii; id quod matricula Imperii probat abunde.

46. III. Quod non ſolum vocentur ad comitia, verum etiam in illis, æque ut cæteri Status, ſeſſionem atque votum obtineant, nec Electorum vel cæterorum Principum votis vel neceſſario accedere, vel in iisdem acquieſcere teneantur.

47. Reperiuntur nonnulli, qui civitatibus hiſce tantum conſultandi, non vero ſuffragandi jus adſcribunt, cum Peucero *in complem. Chronicor. lib.5. pag.948.* Et exiſtimat Caſpar Ens *in theſ. polit. lib.1. apoteleſm.6. pag.145.* iſtis civitatibus quidem ſub ſententiæ dicendæ ſpecie quadam conſulendi jus eſſe, ſed non in delibera-

berationibus, aut concluſionibus. Quod idem quoque viſum Caninio *part. 2. de l'abregé de la bulle dorée pag.* 104. ubi ait: *Les villes libres ont deux voix ſeulement pour toutes, ſelon les deux ordres auſquels elles ſont diviſées, qui ne ſont que conſultatives, & non pas deciſives. Il eſt bien aiſé d'entendre ce, que vaut la voix deciſive, mais la conſultative ſert en deux façons aux villes libres. La premiere: pour bien conſentir aux deliberations faites par les deux premiers Conſeils. Et pour faire aſſouvenir quelque choſe, & les rendre plus accomplies, & parfaites: la ſeconde: pour avoir les opinions differentes, & pour ſe ſeparer de ces deliberations, afin d'avoir recours à l'Empereur, & luy faire inſtance, par maniere de conſeil, qui rende la reſolution du tout reveuë & mieux concluë.* Verum tota hæc erronea eſt opinio, & vix immunis à ſcutica, atque refellitur fuſiſſime *in Conſilio* Ludovici Grempii & Hieronymi zum Lamb/ der Erbarn Frei-vnd Reichs-Stätte Seſſion/ Stand vnd Stimm belangend. Si formulam communiter uſitatam, qua ad comitia evocantur, quaque Receſſus Imperii clauduntur, perpendimus, Civitatum Imperialium jus ſententiæ dicendæ ſatis deprehendimus fundatum. Prior hæc eſt: Daß ſie wollen erſchemen/mit vnd neben anderen Standen helſſen handeln/ rahtſchlagen/ vnd ſchlieſſen. Altera talis: Vnd wir Churfürſten/ Fürſten/ Prælaten/ Grafen/ Herren/ vnd des heiligen Reichs Freie vnd Reichs-Stätte/ Geſandte/ Bottſchaften/ vnd Gewalthabere/ hernach benant/ bekennen offentlich mit dieſem Abſchiede/ daß alle vnd iede Puncten/ vnd Articul mit vnſerm guten Wiſſen/ Willen/ Raht vnd Gutbeduncken vorgenommen vnd beſchloſſen. Ex utraque ſane abunde convincitur inſcitia parum perfecte juris publici ſacris initiatorum, quibus rectiſſime illud extritum inſuſurraveris: *Quandoquidem à Syris longe diſſitus es, μὴ σύριζε, ne Syrum agas, ne plane fias ὄνος ἐν μύρῳ, in unguento aſellus.* Scite admodum in Hadrianum, necdum Imperatorem, architectus Apollodorus, cum is per imperitiam de operibus diſſereret; *Abi, obſecro te, ac cucurbitas pinge: nihil enim horum recte noſti.* Plane noſtrorum ignorantiæ eadem aptanda ſententia. Nolo in re apertiſſima verba cumulare amplius, hoc unum moneo, Arumæi collectionem *diſcurſ. 1. ad Auream Bullam theſ. 8. pag.* 20. (ſi civitates votum non habent, cur ad Imperii comitia vocantur? cur in ipſis comitiis in communi conclavi relinquuntur, cum extranei & peregrini exire teneantur & jubeantur? cur Imperatorum propoſitiones audiunt, ſi de iis ſuffragium ferre non poſſunt?) votandi jus civitatibus competens exacte non probare. Sunt enim & in Gallia nonnulli, qui ſeſſionem quidem in Parlamento obtinent, non vero vocem deliberativam: Stephanus Paſquier. *indagat. Gall. lib. 2. cap. 3. pag. 69. Il y a quelques uns en France, qui ont ſeance au Parlement, & non voix deliberative.* Conſiliis quoque Eccleſiæ adſunt nonnulli, diſſerendi, inſtruendi, conſulendive gratia, non tamen in ſeſſionibus publicis induti ſacris veſtibus ſedent, nec ſententiam dicunt: *Actiones duæ* Secretarii Pontificii, *act. 1. pag. 36.* Et in navali Venetorum ac fœderatorum claſſe anno 1570. cum Turca Cyprum inſe-

infeſtaret, erant, præter alios duces, Sebaſtianus Venerius, quæſtor in Cyprum deſtinatus, Franciſcus Duodus, maiorum triremium præfectus, qui jus ſententiæ in conſilio dicendæ, non autem decernendi habebant: Thuan. *lib.hiſt.*49. *p.* 934. Denique nec in Imperio noſtro inauditum eſt, intereſſe quidem conſultationibus, ſed citra votum: R. A. *de anno* 1524. §. Ob auch gemeldte. Cum itaque civitates Imperiales liberum votandi jus, æque ut cæteri maiores Status obtineant, conſequens eſt, eaſdem neque ad Electorum, neque ad Principum vota adſtrictas, ſed ſi è re ſua atque Imperii ſit, tertiam & ab utriſque diſcrepantem poſſe propugnare & explicare ſententiam: Vt falſus ſit Althuſius, civitates potius jus adprobandi reliquorum ſententias, quam ſententiæ dicendæ jus habere, contendens, *polit. cap.* 33. *num.* 76. Illud quidem certum eſt, Civitates plerumque Electorum votis acceſſiſſe, ſed non ſemper; fruſtra de eodem conquerente anno 1497. Wormatiæ in comitiis Bertoldo Archiepiſcopo Moguntino: Cyriacus Spangenberg in Hennenberg. Chron. *lib.* 4. *cap.* 23. *pag.* 159. quandoque etiam ſeparata à cæteris propoſuiſſe, ſed non ſemper: Ludovicus Gremp. pius & Hieronymus zum Lamb/ *d. conſil. pag.* 25. quandoque etiam Principum votis acceſſiſſe: *d. conſil. pag.* 23. utrumque pro utilitate & neceſſitate libertatis ſuæ. Hoc eſt quod Lundorpius *lib.* 1. *continuat. Sleidan. pag.* 8. ſcripſit; civitates in votis Principum plerumque acquieſcere; nihilo minus tamen hac annexa cautela, ut ſuarum civitatum immunitates, pervetuſta Cæſarea privilegia, ac alia Regalia, ſarta tectaque conſerventur, nec ullo modo per eiusmodi concluſiones labefactentur, vel tollantur. Scilicet eadem votorum atque ſuffragii libertas civitatibus competens, quæ Electoribus, quæ Principibus, hoc eſt, liberrima. Putavit quidem Bertram *de Comit. theſ.* 46. inter jus ſuffragii, quod Electoribus & Principibus competit, ac civitatum vota, quandam eſſe differentiam: Illorum, præcipue Electorum, ſuffragia liberrima eſſe, & autoritatis magnæ; harum non æque. Quoniam cum Electores & Principes ſententiam prius dicant, eveniat, ut dicente Tacito *lib.* 4. *annal.* ob autoritatem, qua pollent, reliquis aſſentiendi neceſſitatem faciant. Idque haud obſcure indicaſſe Autorem des ausführlichen Berichts/ wie es auf Reichstägen pfleget gehalten zu werden/ *cap.* 11. hiſce verbis: Doch ſey im Reich wenig erhört/ daß die Stätte ein ander Bedencken haben/ oder der zweyen Rähte Bedencken diſputiren; ſondern laſſen es gemeiniglich darbey bleiben. Matthæ. de Afflictis *deciſ.* 1. & Cacheran. *in proœm. deciſ. num.* 11. ut inconveniens illud, quod Taciti verba innuunt, reſecarent, expedire cenſuerunt, in conſultationibus à junioribus initium ſumi. Idemque viſum Langlæo 7. *ſemeſtr.* 7. ubi clare oſtendit, ordinem illum, quo poſtremi ſententiam dicunt noviſſime recepti, efficere, ne libera ferantur ſuffragia, cum quaſi pudori ſit, juniores ſenioribus cõtradicere, aut iisdem prudentiores videri velle. Verum ut maxime in aliis Collegiis, quæ de aliena ſalute ſenten-

tiam

tiam dicunt, hæc inferioribus atque junioribus à superiorum votis videatur imposita sarcina, ut sint Jaherren & ovibus pares (quod Zasii verbum est, quo Doctores mactat, qui aliorum cæco impetu sequuntur sententiam, cum sicut oves ducem gregis sequantur) Idem tamen in comitiis Imperialibus extimescendum non est, ubi non de aliena, sed de communi propriaque salute consilium est, quo in nemo reverentiali metu ductus propriæ libertatis jact[illegible]. Raro quidem fieri concedo, ut civitates non acquiescant in Electorum & Principum votis; at raritas ista non ex necessitate assentiendi illa, de qua Bertramus, profluit, sed inde, quod raro ab Electoribus, cæterisque Principibus suffragia ferantur, quibus civitates se prægravari possint prætendere, aut quod raro à cæteris Statibus suffragia talia data sint, quæ in melius reformari utilitas suadeat. Horum vero si contingat aliquid, novum & inusitatum non est, civitates sententiis ab Electoribus atque Principibus differre. Ita auf dem Tage zu Nürnberg anno 1431. gehalten / seind die Chur- vnd Fürsten / der Hülf halben der Meinung gewesen / daß man den fünf vnd zwanzigsten Mann solte schicken: das ihnen aber die Stätte nicht gefallen lassen / sondern gewolt / daß weger were / den fünfzigsten Mann zu schicken / welche beyde Meinungen als sie dem Könige fürbracht worden / hat er befohlen / daß die Fürsten vnd Stätte wiederumb zusammen kommen / vnd sich vergleichen solten ꝛc. Gleicher Gestalt / haben sich die Chur- vnd Fürsten auf demselben Tag mit den Stätten des Landfriedens halben nicht vergleichen können. Da haben sich die Chur- vnd Fürsten besprochen / vnd für gut angesehen / daß die Verordneten von Fürsten vnd Stätten wieder zusammen säßen / vnd sich solches Articuls vereinigten. Seind also zusammen gesessen / vnd sich einer Notul vom Frieden verglichen ꝛc. Wie solches alles den Strasburgischen Actis einverleibet ist. Item anno 1466. auf dem Tag zu Nürnberg / haben Chur- vnd Fürsten ein Anschlag gemacht / den die Stätte nicht anders / dann auf hintersich bringen bewilliget. Darauf ist solcher Anschlag der gegenwärtigen Chur- vnd Fürsten auf ihr Zusagen / vnd der abwesenden Churfürsten / Fürsten / Grafen / Herren / vnd Stätt Gesandten / auf ein an- vnd hintersich bringen / an ihre Herren vnd Freunde übergeben worden / des zu angeregten Strasburgischen Acten gezogen. So haben die Chur- vnd Fürsten anno 1489. auf dem Reichstag zu Franckfurt / nach dem ihnen die Stätt dreyerley Meinung angezeiget / geantwortet / sie wollen weiter von der Sach handlen / vnd auf Morgens durch den Maintzischen Hofmeister ihnen gesagt / sie haben auf ihr Antwort ihren vorigen Anschlag der Hülf halben auf drey vnd zwanzig Monat geringert: vnd wie die Stätte solches auch nicht willigen wolten / ist der Anschlag von Chur- vnd Fürsten wieder biß auf zehen Monat geringert worden. Nachmals haben die Churfürsten nach den Stätten geschickt / vnd ihnen Maintz gesagt / sie wöllen wieder über die Sach sitzen / vnd einen Anschlag für die Hand nemen / damit sie

nicht

nicht weiter zusagten/ dann das Reich ertragen möge ꝛc. Alles laut ferneren Inhalts der Strasburgischen/Heilbrunnischen/vnd Wormsischen Acten.

Desgleichen befindet sich auch aus den Acten des Reichstags anno 1495. zu Worms gehalten (welche bey gedachter Statt Worms zu finden) daß die Stätte in Berahtschlagung eines Anschlags daselbst bewilliget/ durch ihr wegern vnd widersetzen bey dem Ausschuß eine ansehenliche Ringerung erlangt / nemlich als darvor gar nahe der dritte Theil des Anschlags oder der Summen auf den Stätten gelegen / daß sie doch damals fast bey dem vierten Theil blieben vnd gelassen worden / wiewol solches von den Fürsten vnd derselbigen Rähten (als die Nürenbergischen Acten klärlich ausweisen) nicht wenig angefochten vnd widersprochen worden.

Vnd ob gleich zu Zeiten die Stätte ihr Gutmeinung Chur- vnd Fürsten fürgehalten / aber damit vnd dardurch nichts erhalten mögen / als zu Worms auf dem Reichstag anno 1497. beschehen ist / da Chur- vnd Fürsten sich entschlossen / dem Ertzbischoffe von Trier deren von Bopparten halben zu schreiben / vnd solches in der Versamlung anzeigten / haben der Stätte Gesandten fürbringen lassen / es bedeucht sie besser seyn / man hätte eine Bottschaft dahin geschickt ꝛc. vnd wiewol der Ertzbischoff von Maintz der Statt Botten zugefallen / haben sie es doch nicht erhalten mögen / wie solches die Wormsischen Acten anzeigen ꝛc.) so ist doch solches gewöhnlich beschehen in Sachen / die den Stätten nichts vergreiffenlichs / oder fast nachtheiligs haben seyn mögen: Aber in Sachen / daran den Stätten mercklich vnd viel gelegen / haben sie zum offtermals mit ihrem Widern / wie ietzt gehört / den Chur- vnd Fürsten Vrsach gegeben / ihre Meinungen zu endern/ als auch jüngst zu Speier anno 1542. beschehen/ da Chur- vnd Fürsten viel Puncten ihrer gestelten Notul des gemeinen Pfennings / vnd Anlag/auf der Stätte widern / vnd Beschwernuß geendert haben; Als da im ersten Concept stunde / daß man von werbenden vnd handtierenden Gütern sollt von hundert Gulden Hauptguts / ein Gulden / das ist/ doppel Schatzung geben/ diß wolten die Stätte nicht willigen/ vnd wurd der Ort geändert/wie im Ablchied begriffen.

Item/ es war geordnet/ daß die Stände ihre Anlag den Kraisinnemern/ was ihnen über ihr Ausgab überblieben/ gezehlt liefern vnd überantworten solten/ des wolten die Stätte nicht eingehen / deshalben wurde der Articul geändert/ daß ein ieder sein Gelt vngezehlt in die Truhen einwerfen möchte.

Dergleichen war gesetzt / daß in Stätten ein Einnemer von Geistlichen seyn solte: Das wolten die Stätte nicht willigen / derhalben ward der Articul geändert / daß die Weltlichen ihre sondere / vnd die Geistlichen ihre sondere Einnemer haben möchten ꝛc.

Item/

Item / es ward berahtschlaget / daß niemands die auferlegte Summa Volcks zu schicken solt erlassen werden / zeigten die Stätte an / wie etlicher Stätte Unvermöglichkeit stünde / also wurden dieselben ausgenommen / als Goslar / Mülhausen/Northausen/Wangen.

Item / als keine gewisse Zeit ernant was / wie lang ein jeder Stand sein Kriegsvolck erhalten solte / ward auf Anhalten der Stätte biß auf den 13. Iulii bestim̃t.

So ward auch der Articul die Vergleichung der Kriegsleuten belangend / auf der Stätte Ansuchen in den Abschied gebracht / vnd an vielen Enden gebessert: *d. consil.* Grempii & zum Lamb *pag.* 24. *& seqq.*

Cæterum si quæras, quo tempore in Imperio primum Civitates comitiis interesse cœperint, res mihi expedita non est. Sed ne plane hic mutus sim ut piscis, aliorum judicio subiiciam, quod Hieronymus Caninus *discursu Italice primum, postea Gallice excuso, ad Auream Bullam part.* 2. *pag.* 70. notavit. *Quant aux villes libres, il ne semble pas, qu' elles fussent receuës aux Dietes beaucoup devant l' Empereur Charles IV. Cela se voit assés clairement aux premiers siecles d' apres Charlemagne: Car estant subiectes absolument à l' Empereur, toute l' authorité, & la dignité de consulter, estoit possedée par les Princes, & Seigneurs de l' Empire: & au temps plus proche de Charles IV. encores que ces villes eussent desia esté mises en liberté, toutesfois les continuelles dissentions, & les cruelles guerres allumées entre les Princes, & les Empereurs, qui estoient bien souvent plus d' un à la fois, empeschoient, que l' on ne peust assembler de Dietes generales, ny pour l' interest universel, & si d' aventure il s' en tenoit quelqu' une, l' Empereur & les Princes, & Seigneurs, en vouloient avoir toute l' authorité: ne faisant pas beaucoup de cas des villes, à cause de leur ancienne subiection, & de leur extraction, basse, & roturiere: joinct, que l' Empire ayant alors de bons revenus, n' avoit pas si à faire de leur aide. Charles IV. afin de mieux establir, & confirmer sa Bulle dorée, appella aussi les villes libres à la Diete de Noremberg l' an 1356. qui y envoyerent leurs Ambassadeurs en grand nombre. Mais je croy quant à moy, que les villes libres y fussent appellées, & receuës apres plus volontiers, à cause de la pauvreté de l' Empire, despoüillé finallement de tous ses revenus par Charles IV. & à cause des grandes & urgentes necessités, communes à toute l' Allemagne, au rang des quelles a esté, & est encores celle, qui les menace des forces du Turc.* Hoc est: Quantum liberas Civitates attinet, non videtur easdem ad comitia receptas longe ante Imperatorem Carolum IV. Clare hoc patet temporibus Caroli Magni ætatem subsequentibus: Etenim cum illæ absolute Imperatori essent subiectæ, omnis autoritas atque dignitas consultandi penes Principes & Dynastas Imperii erat. Et tempore ad Carolum IV. magis appropinquante, licet civitates istæ jam tunc liberæ essent factæ, nihilo minus frequentes & continuæ dissensiones, & cruenta bella accensa inter Principes & Imperatores (quorum non unus tantum, sed plures aliquando uno eodem-

48.

que tempore erant) impediebant, quo minus generalia celebrarentur comitia ad utilitatem publicam & communem. Quod si fortassis celebrabantur nonnulla, Imperator, Principes & Dynastæ omnem sibi in iis arrogabant autoritatem, parvi pendentes civitates, tam respectu antiquæ subiectionis, quam ortus & conditionis plebeiæ, atque inferioris. Insuper cum Imperium tunc temporis amplissimorum esset redituum, harum non valde indigebat ope. Carolus IV. ut Bullam suam auream maiori firmaret munimine, civitates quoque liberas ad comitia vocavit Noribergensia anno quinquagesimo sexto supra millesimum trecentesimum: eæque illuc Legatos suos maximo ablegarunt numero. Me quod attinet, credulus sum, civitates liberas insequenti tempore propensiori voluntate ad Comitia vocatas atque receptas propter Imperii accisas opes & reditus (quibus denique omnibus Carolus IV. Imperium spoliavit) & propter urgentes necessitates, toti Germaniæ communes, quarum in numero fuit, restatque illa, quam Turci potentia causatur.

49. IV. Quod habeant in suo districtu territorialem superioritatem, die Landsobrigkeit: Gail. 2. *observat.* 57. *num.* 7. & *de Arrestis cap.* 9. *num.* 1. Cum enim Imperii Status sint, suaque territoria immediate ab Imperatore tanquam Status Imperii teneant, cur iis cohærentia territorii summa post Imperatorem

50. tribuenda non sint, nulla satis prægnans unquam adducta fuit ratio. Andreas Knichen, Principum mercenarius, ut hanc territorialem potestatem Civitatibus Imperii subtraheret, nullum non movit lapidem, tam *in velitatione Apologetica*, quam *in Epopsi*, hisce enim nominibus ipsi visum fuit partus infelices protrudere. Non sufficit, inquit *dict. velit. apolog.* Civitates Imperiales Statum Imperii referre, quia quoad jura territorii nisi privilegio, aut usu legitimo quæsita sint, nihilo secius vicem privatorum, ut olim: *l.* 20. §. 9. *ff. de petit. hered. l.* 16. *ff. de V. S.* obtinent. Videlicet hæc eius mens est totam per apologiam: (1) Nemini nisi Imperatori, & Imperio immediate subiecto, iura territorii posse competere. (2) Vt vero Imperii Statui ea competant, requisitum formale esse, ut diserte & in specie concessa sint sub nomine & qualitate der Landsobrigkeit. Principum jura, eorumque titulum notorietatem redolere, atque inde audire die Landsfürstliche Obrigkeit/ quorum concessione & titulo non subleventur civitates Imperiales, cum destituantur Ducatu, Marchionatu, Principatuque. Necessum igitur prædicta jura Regia & sublimia, veluti non concessa, penes Imperatorem residere, nisi specialiter & nominatim, vigore singularis privilegii, civitatibus indulgeantur. Aperte quidem jura territorialia Imperatori in Civitatibus Imperialibus, ut audivimus, transscribit, at obliqua via eo collimat, ut Principes vicinos in districtu illo Civitatum ea sibi jura comparasse, faciliori opera, seu titulo magis specioso, firmare valeat: Besoldus *d. diss. de jure & imperio Imperial. civit. num.* 8. Displicuit iste conatus plerisque, quibus veritas curæ, quos longo Ca-

go Catalogo recenſuit Beſoldus *dict. loc.* Imo ne ipſe quidem Imperator hanc ſibi in civitates illas licentiam ſumit, bene ſibi conſcius, inter nomen Principis atque Civitatis magnam eſſe diſcrepantiam, re vero ipſa, quoad libertatem, inter Imperii Status harmonicam eſſe convenientiam. Principum qui ad latus ſunt, utinam ubique hoc agerent, ut diſcordiarum iſta ſemina inter Principes & Civitates liberas, quando illi imperii, hæ libertatis ſunt ſtudioſæ: Ens *Theſaur. Politic. part.* 1. *apotelesm.* 6. *pag.* 145. tollerentur, atque Principibus autores eſſent credendi, quod ipſorum non eſt, hoc ad alios modis omnibus pertinere: *l. fin.* C. *unde vi.* Civitatum vero Conſiliarii (quod tamen de omnibus Civitatibus aut earum Conſiliariis dici nequit) utinam ipſi quoque non nimis eſſent libertatis avari, allzu ſehr Stättiſch: Clapmar. *libr.* 2. *de arcan. Rerumpubl. cap.* 19. ſed ut juris antiſtites, ſuum cuique monerent tribuendum. Sane ultro citroque ſi quisque falcem in alienam non immitteret meſſem, non Vatiniana iſta odia, non cædes, non turbæ, Imperio noſtro quotidiana eſſent ſpectacula. Sed ad Knichenii diſcurſum revertor. Nobis itaque ut conſtare poſſit, an vera an falſa ſit opinio Knichenii, diſtincte hæc expedienda ſunt. Primo; An civitates Imperiales habiles ſint, quibus ſuperioritas competat territorialis? Secundo; An civitates Imperiales ſuperioritatem iſtam habeant? Tertio; Vnde eam habeant? Quarto; Quomodo Imperator eam ſoleat concedere? Quinto; An ſuperioritas territorialis civitatibus competens, re vel nomine differat ab illa, quæ Principibus noſcitur competere?

Primum quod concernit, in eo immorandum nobis non eſt, cum ipſemet Knichen fateatur, Civitates Imperiales non eſſe inhabiles ad recipiendam ſuperioritatem territorialem: quod inde eſt, cum immediatæ illæ ſint: Immediatis autem ſolis ſuperioritas territorialis poſſit competere: Mingius *de ſuperioritate territoriali cap.* 3. *num.* 30.

Alterum probationem requirit uberiorem, & quodammodo facti eſt. Competere autem civitatibus Imperialibus ſuperioritatem territorialem, (1) Communis Doctorum firmat opinio. Ita enim ſentiunt, Gail. *ſupra à me citatis locis.* Thomas Michaël *de Iurisdict. theſ.* 44. *lit. e.* Rutger. Ruland. *de commiſſ. part.* 2. *lib.* 5. *c.* 4. *n.* 51. Paurmeiſter. *de jurisdict. lib.* 2. *cap. ult. num.* 24. Scipio Gentilis *lib.* 3. *de jurisdict. cap.* 22. Sixtinus *de Regalibus lib.* 1. *cap.* 4. *num.* 82. Matth. Stephani *de jurisdict. lib.* 2. *part.* 2. *cap.* 1. *num.* 63. Bocerus *de jurisdict. cap.* 8. *num.* 8. *& de collectis cap.* 4. *num.* 34. *&* 40. Caſpar Klock *de collectis theſ.* 17. Cluten. *in ſyllog. rer. quotid. theſ.* 27. Mingius *d. tr. cap.* 3 *num.* 44. Bertram *de Comitiis theſ.* 18. Bruning *de var. univerſ. ſpec. theſ.* 19. Caſpar Ziegler *ad pract. Calvalc.* §. *Auſtregæ, in limitat. num.* 45. *pag.* 57. *&* §. Landſaß *concluſ.* 1. *num.* 203. Reinking *de regim. ſecular. lib.* 1. *claſſ. cap.* 5. *per totum.* aliique complures, quorum hic lubens, ne tædioſa fiat relatio, prætereo nomina. (2) Certum eſt, civitates Imperiales immediatas eſſe, & ratione corporis, & ratione territorii civitatis: quia ſuperiorem utroque re-

ſpectu non agnoſcunt, præterquam Imperatorem. At qui hoc modo immediati ſunt, ſuperioritatem territorialem obtinent. Si enim eam non obtinerent, ſequeretur, illam alii competere. Alius iſte, aut Imperator eſſet, aut ab Imperatore inferior quispiam. Imperatori autem in civitatum territoriis ſuperioritatem territorialem non competere inde innoteſcit, quia eadem in iisdem non utitur, quia civitatibus eadem utentibus non contradicit; quod neutrum omiſſurus erat, ſi quidpiam huius ipſi competeret. Nemo enim ſuum jactare, ſuumque negligere præſumitur, præſertim vero Imperator, qui vigilans Imperii caput eſt. Aliis ab Imperatore hæc quoque in civitatum territoria non competere inde colligo: quia ſi competeret, civitates iſtæ non amplius poſſent dici immediatæ: Cogerentur enim territorii ſui Domino homagium præſtare. Hoc quippe effectus potiſſimus jurisdictionis territorialis eſt: Mingius *d.tract.cap.5. num.64.* Reinking.*d.lib.1. claſſ.5. cap.3. num.1. & ſeqq.* (3) Omnium incurrit in ſenſus, Civitates Imperiales in poſſeſſione & exercitio ſuperioritatis territorialis verſari & conſtitutas eſſe. Quid itaque prohibebit pro poſſeſſore concludere: *l.77. ubi* gloſſ. *ff.de R.V.l.14.l.20.ff.de probat. l.2.l.15.l.16.l.24.* C.*eod. c.ſæpe, de reſtit.ſpoliat. c. ad aures, de præſcript. c. ex literis, de probat.* Menochius *conſil.51. num.40.* Bartol.*in l.pen.num.3.& 4.ff. de condit. inſtit.* Weſembec.*in parat. ff.tit. de acquir. vel amitt. poſſeſſ.n.7.* Diſſentit Compilator *dubior. & præiudic.Camer. §.civitas Imperialis*: Semper ego fui, inquit, in illa opinione, quod civitates non habeant die hohe Landsfürſtliche Obrigkeit/ ſed quod illa reſideat penes Imperatorem, multique alii Catholici mecum tenuerunt hanc opinionem. Attamen Catholici aliud, & contrarium aſſerunt in Civitate Colonienſi, adeo quod niſi hoc illis concedatur, Catholicam ibidem conſervare religionem nullo modo ſe poſſe putent. Et ideo vigore dieſer Landsfürſtlichen Obrigkeit / Fiſcum in hac civitate contra hæreticos conſtituerunt, quo compeſcerent eos. Conſultius tamen facerent, ſi hoc fiſci jus ſibi per Imperatorem tradi curarent; ne aliæ Civitates illius veſtigia ſequantur, & conſimilia cum Catholicis tentent, quod hi contra hæreticos facere ſolent.

Ad *tertium*, unde ſcilicet territorialem ſuperioritatem civitates Imperiales habeant? generaliter reſponderi poteſt, poſſeſſorem cogi non poſſe, ut oſtendat titulum poſſeſſionis ſuæ, niſi in cauſa petitionis hereditatis: *l.11. C. de petit. hered.* eumque ad hoc cogi non poſſe etiam à ſuperiore: Bertazzol.*lib.2.conſult. deciſ. criminal. conſult.486. num.4.* Cludius *rerum quotid. cap.1. num.29.* Quod Bartolus *in l.3. C. de condit. & procur. fiſci, libr.11.* hoc declarat exemplo: Si Rex faciat citari aliquem ſuum Baronem, ut oſtendat jura, quæ habet in caſtris à ſe poſſeſſis, ſub pœna amiſſionis 200. talem citationem eſſe ipſo jure nullam; & Baronem non teneri oſtendere ſuum titulum. Hoc diligenter notandum, ex Iaſone monet Schneidewin.*ad libr.4.Inſtit.t.de action. §.actionum, de hereditat. petit.*

*perit. num.*32. *pag.*889. Hoc ſcilicet eſt, quod Civitates Imperiales Knichenio poterant reponere. Nos autem, qui libertate Academica in hiſce noſtris diſcurſibus utimur, ipſimet inveſtigabimus, Civitates unde ſuperioritatem territorialem habeant, & à quo ſuſceperint. Generalis autem hic vix concipi poteſt concluſio, quæ omnibus civitatibus Imperialibus aptari queat, cum non uno modo æqualiter omnes immediatæ eſſe cœperint, ut ſupra declaravimus. Waremundus ab Ehrenberg *meditam. pro fœder. lib.*2. *n.*39. *p.*32. ait (utrum bene, ipſe viderit) Deplorandum ignavos, avarosq; Principes talia conceſſiſſe. Verum ut Imperatores Principibus, ſic Principes Civitatibus infinita tribuiſſe, quæ melius retinuiſſent, de quo jamdudum conqueſtus Iulius Pflugius *in orat. de Repub. Germaniæ.* Quod ſi hæc Waremundi mens eſt, ut eſſe videtur, quaſi inferiores à Cæſare Principes, ſuperioritatem territorialem civitatibus nonnullis attribuerint, vix Mingio Waremundus, hoc eſt, os verax, erit. Ita enim ille *d. diſſert. c.*2. *num.*20. Nullus Dux, Marchio, vel alius Princeps, ſive ſit eccleſiaſticus, ſive ſit ſecularis, poteſt iſthæc jura territorialia alicuius territorii alii Principi, vel Duci, aut Marchioni &c. concedere. Et rurſus idem *cap.*4. *num.*55. Non poſſunt autem Principes & Duces, aliive Status Imperii, tale jus ſuperioritatis habentes, in alios, puta inferiores, transferre, utpote quod oſſibus ipſorum adhæret, nec avelli poteſt. Potius itaque eſt dicamus, eas Civitates Imperiales, quæ ab Imperatoribus primum conditæ, ab Imperatore tunc ſuperioritatem territorialem ſuſcepiſſe, quando à Reichsvögten gubernari deſierunt: Illas, quæ primum aliis ſubditæ, poſtea ab iisdem liberatæ, tunc territorii jura accepiſſe, quando immediatæ factæ: Illas, quæ ſalva libertate ſua ad Imperium acceſſum fecerunt, territorii ſuprema jura, quæ antea habuerunt, retinuiſſe, nec opus habuiſſe ab alio ut ſuſciperent. Cum quod ſemel proprium eorum fuerat, amplius eorum fieri non potuerit: §. *ſed ſi rem* 10. *Inſtit. de legatis.*

Ad *quartum*, quomodo videlicet Imperator poſſit & ſoleat concedere ſuperioritatem territorialem? reſpondendum eſt, hoc fieri poſſe & expreſſe, verbis; & tacite, re ipſa. Verbis, quando Imperator alicui (quod in Principum inveſtituris uſitatiſſimum) territorium immediate Imperio ſubiectum concedit expreſſe mit aller Hoh- vnd Herrligkeit. Tacite reipſa, quando alicui immediatum territorium concedit, non additis verbis, mit aller Hoh- vnd Herrligkeit. Dum enim territorium concedit ut ſubſtantiam, concedit etiam qualitatem & accidens territorii, quod à ſubſtantia dependet, & ſine illa eſſe nequit: Camillus Borellus *conſil.*70. *num.*34. *& conſil.*86. *num.*11. Accedit, quod beneficia & conceſſiones ſummi Principis, reſpectu ipſius Principis quam pleniſſimam recipiant interpretationem: *l.*3. *ff. de conſtit. Princ.* adeo ut complures velint, conceſſo alicui caſtro à Principe intelligi conceſſam jurisdictionem, merum & mixtum imperium: Tapia *de conſtit. Princ. part.*1. *c.*2. *n.*27. Knichenii opinioni

quantum itaque tribuendum ſit, hactenus adducta teſtantur. Cui & illud addimus, territorialem ſuperioritatem non ſola Imperatoris conceſſione dari, ſed & præſcriptione, conſuetudine, ſpontanea ſubiectione, atque modis congeneribus. Imo vero videmus, nonnullos Ducatus, Comitatus, Baronatus, in totum vel ex parte adhuc eſſe allodiales, jureque proprio poſſideri, ubi poſſeſſores jura territorialia uſurpant proprio jure, nulla inveſtitura, aut Principis beneficio cooperantibus: Beſold. *de jurisdict. Imperii Romani, quæſt.* 17.

Cæterum, an re vel nomine civitatum Imperialium territorialia jura differant à ſuperioritate territoriali Principibus competente? *quintum & ultimum* eſt, quod hac de materia ſcribere nobis propoſitum. Re vero quod differens non ſit, Waremundus ab Ehrenberg *d. lib. 2. de fœder. c. 1. n. 39.* quantumvis alias Civitatibus non admodum addictus, fateri cogitur, dum *pag.* 32. ſcribit: Dicamus neceſſe eſt, multas civitates habere rem, ſed non nomen; appellaveris itaque pro libitu quod tenent, tam eſt tamen ſimile juri Principatus, ac ovum ovo. Rem concedit, ut vides, nomen denegat. In hoc conſentientes habet plurimos, qui ſuperioritatem territorialem in Principe dicunt eſſe landsfürſtlich / in Comite gräflich / in Civitate ſtättlich: ut relatum eſt in cauſa Hirnheim contra Churpfaltz/apud Meichſner. *tom. 2. lib. 1. deciſ. 8. n. 3.* Et putat Bocerus *de collectis c. 4 n. 41.* Collectorem *deciſionum, ſeu præiudiciorum Cameræ Imperialis*, verbis, *Civitas Imperii*, improprie Civitatibus attribuiſſe die hohe landsfürſtliche Obrigkeit / recte autem vocari die Landsobrigkeit / die obere Landsherrligkeit / die hohe Landsobrigkeit. Allegat ſuam in ſententiam Matthiam Stephani *de jurisdict. lib. 2. part. 2. c. 1. n. 63.* ubi ita fatur: Habent Imperiales Civitates jura territorialia, die Landsobrigkeit/ ſive, hohe Obrigkeit: at non habent landsfürſtliche Obrigkeit. Habent jura Principum & Statuum Imperii, ratione rei, ſive ratione territoriorum, quæ poſſident. Qui autem & Principes ſunt, & ſimul habent territoria, juraque territorialia, illi dicuntur habere Landsfürſtliche Obrigkeit: tum ratione perſonæ Principis ſive principalis: tum ratione territorii coniunctim. At civitates duntaxat habent jura realia, ſive jura territorialia, ratione territoriorum, quæ immediate ab Imperatore, & Imperio Romano habent, tanquam Status Imperii: at non habent adnexam dignitatem regalem ſeu principalem, ſive jura perſonalia Principum: Non enim in eiusmodi civitatibus eſt Dux, vel Princeps, ein Fürſt: ergo nec jura Principis, Fürſtliche Obrigkeit: Dici enim de aliquo requirit ineſſe, per vulgata. Mihi hoc in paſſu cum modo dictis autoribus ex aſſe transeundum non eſt, cum videam, tuto eorum me non poſſe ſequi veſtigia. Subodoratus etiam hoc ipſum fuit Beſoldus *d. diſcurſ. de civit. Imper. jure, num. 9.* quando ad principia provocavit politica, quæ jus principale non à Principe ut Monarcha dici probant, ſed à Principis jure, quod etiam eſt in Democratia, quamvis id non ſit penes unum. Quibus Regalia competunt, non protinus Re-

ges

ges ſunt, ſed regalia jura tenent: Ita qui habent die landsfürſtliche Obrigkeit/ non protinus Principes ſunt, licet principalia jura teneant. Die landsfürſtliche Obrigkeit non nomen mutuatur ab exercente & tenente, ſed à natura ſua, quæ cum ubique æqualis ſit, æquali itidem ubique terminabitur appellatione. Imo vero nec Principis nomen abſurde civitatibus tribuitur, quæ Principis jura, & autoritatem in ſuos tenent, licet totum corpus Principis nomine conſpicuum non ſit. Atque illo ſenſu Civitates, quibus regalia competunt, Principes ſunt, & generaliter omnes Principes dici poſſunt, qui habent merum & mixtum imperium: Sixtinus *de Regal. lib. 1. c. 4. n. 37.* Tiberius Decianus *conſil. 2. n. 164. lib. 1. & lib. 3. conſil. 19. n. 224.*

51. V. Quod ad easdem Civitates pacificatio religioſa, æque ac ad alios Imperii Status pertineat: hoc eſt, liberum illis eſſe, vel Catholicam, vel Auguſtanæ confeſſioni conformem ſequi religionem. 52. Quod tamen limitationem videtur recipere, per ea, quæ in dicta pacificatione leguntur §. Nach dem aber in vielen Freien- vnd Reichsſtätten/ die beyde Religionen/ nemlich vnſere alte Religion/ vnd der Augſpurgiſchen Confeſſionverwanten Religion/ eine Zeit hero im Gang vnd Gebrauch geweſen/ ſo ſollen die hinfüro auch alſo bleiben/ vnd in ſolchen Stätten gehalten werden/ auch derſelben Freien- vnd Reichsſtätte Burger/ vnd andere Einwohner/ Geiſtliches vnd Weltliches Stands/ friedlich vnd rühig/ bey vnd neben einander wohnen/ vnd kein Theil des andern Religion/ Kirchengebräuch oder Ceremonien abzuthun/ oder ihn darvon zu tringen vnterſtehen/ ſondern jeder Theil den andern/ laut dieſes Friedens/ bey ſolcher ſeiner Religion/ Glauben/ Kirchengebräuchen/ Ordnungen vnd Ceremonien/ auch ſeinen Haab vnd Gütern/ vnd allem andern rühig vnd friedlich bleiben laſſen. Hæc limitatio ſuum quidem obtinet vigorem, ubi utriusque religionis cives ſuam religionem, quam antea exercuerunt, exercere parati ſunt: Quod ſi vero utraque pars in unam, ſive ea Catholica ſit, ſive Proteſtantium, conſentiat religionem, Conſtitutioni huic contrarium non eſt, ſi alterutra religionum tollatur. 53. Illud autem quæſtionis eſt, *an civitates Imperiales, in quibus poſt dictam Pacificationem Catholica tantum, in uſu fuit religio, ea relicta ad Auguſtanæ Confeſſioni conſentientem, quam alii reformatam vocant, poſſint concedere?* Et ſi poſſint, alterum quæritur, *an cives id invito quamvis & diſſentiente Senatu poſſint?* Aut, quod tertium eſt, *an Senatus invitis hoc poſſit civibus?* Ad *primum* affirmativa reſponſio verior eſt, ut indicat conſilium elegans Reipubl. Hagenoënſi datum *quæſt. 1. 3. & 4.* quod extat *tom. 1. Symphorem. ſupplicat. part. 1. tit. 3. de religione, pag. 264.* Bruning *de var. univerſ. ſpecieb. theſ. 20.* Cranius *de pace Relig. part. 1. connexo 2. problem. 3. pag. 42.* Beſold. *de jure Imperialium Civitatum in immutanda religione, num. 1. & 2.* Et pro ratione eſt (1) præiudicium, quod extat inſigne *in Symphoremate ſupplicat. tom. 1. part. 3. vol. 2. pag. 211.* ubi per maiora in pleno concluſum fuiſ-

ſe re-

se refertur, processus adflictæ cuidam urbi, quæ etiam post 1555. annum Augustanam receperat confessionem, decernendos esse, 6. Februar. anno 1582. (2) Pacis Religiosæ verba & dispositio omnibus Statibus liberam mutandæ religionis facultatem concedunt, nulla exceptione de civitatibus Imperialibus consignata. *Secunda* quæstio in utramque partem mota dignoscitur à Dominis Cameralibus anno Christi 1588. in causa aliquot civium Coloniensium, contra Senatum Coloniensium. Illi petebant publicam religionis libertatem, hic eorum resistebat conatui, atque hucusque perstitit resistere. Pro civibus adduci varia possunt: nempe quod alia longe sit ratio subiectionis Civium Imperialium civitatum, respectu magistratus sui, quam aliorum subditorum, respectu Principis aut Domini, cui parent. His quidem religionis liberum exercitium invitis superioribus suis non licere; illis vero licere maxime. Repræsentare enim in Civitatibus Imperialibus, non Senatum tantum, sed Senatum cum civibus, Statum Imperii: Indeque cives, non minus atque magistratus immediate Imperio atque Imperatori esse subiectos, atque fidelitate homagioque addictos. Cives præterea licet actu Senatoriam potestatem non obtineat, potentia tamen eandem tenere, dum per liberum electionis votum ad eiusdem dignitatis fastigium evehi possint, sie seyn das Holtz / daraus man Rahtsherren machen könne. Cives utique, qui extra Senatum, maiorem & potissimam civitatis partem esse. Hanc in rem extare constitutionem satis claram Ferdinandi Regis Romanorum apud Gylmannum *d. tom.* 1. *Symphor. tit.* 3. *pag.* 261. & Goldastum *tom.* 2. *Constit. Imperial. pag.* 288. verbis: Daß Ihre Königliche Majestät nach Gestalt der Burgerschaft vnd Einwohner der Frei- vnd Reichsstätte / billig vnd gleichmässig zu seyn erachte / in Erwegung die Burgerschaft in den Frei- vnd Reichsstätten / alle zugleich vnd ohne Mittel dem Römischen Kaiser vnd König / vnd dem Heiligen Reich / so wol als andere mehr / vnterworffen. Vnd so nun andere Reichsstände / die alte Religion / oder Augspurgische Confession zu halten frey seyn wollen / daß solches den Burgern / in Frei- vnd Reichsstätten auch nicht wol versaget werden möge. In Erwegung nicht wenig beschwerlich were / daß der wenigere Theil in einiger Freien vnd Reichsstatt / sich durch des mehrertheils Stimmen im Raht oder Gemein / von seiner ietzo habenden alten Religion oder Kirchengebräuchen / zu der Augspurgischen Confession / oder herwiederumb von solcher Confession / oder ihren Kirchengebräuchen zu der alten Religion tringen lassen müste. Contra cives pro Senatu faciunt, (1) Quod Senatui universitatem repræsentanti competit, id nec singuli cives, nec minor eorum pars sibi vindicare potest: Petr. Friderus Mindan. 1. *de process. cap.* 3. *num.* 12. *argum. l.* 6. §. *universitatis*, *ff. de R. D. l.* 10. §. 4. *ff. de in jus voc.* §. 9. *Institut. de R. D.* Facultas autem mutandi exercitium religionis, competit universitatibus immediatis, tanquam Statibus Impe-

Imperii in Pace religiosa. § Nach dem aber in vielen/ *ibi*, wie hie oben beyder Religion Reichsständen halben verordnet vnd gesetzt worden. Quod relatum huic paragrapho referenti cum omnibus suis qualitatibus inest: Surdus *decis. 291. n.18.* ergo Civibus uti singulis non competit: cum illi nec Status sint Imperii, nec universitas. (2) Potestas exercendæ religionis requirit jus territorii, die landsfürstliche oder hohe Obrigkeit: *d. Pacific. Religios.* §. Vnd damit/ *ibi*, in ihren Fürstenthumben/ Landen vnd Herrschaften; ubi fit determinatio Statuum in genere. Iam vero ea, quæ una determinatione reperiuntur conclusa, pariformiter judicari debent: *l. jam hoc jure, ff. de vulg. substit.* Cives autem non habent jus territorii, sed eorum Magistratus, in quem omnem jurisdictionem transtulerunt: *arg. l. 1. ff. de constit. Princ.* (3) Quod universitati competit, id exercetur per eum, qui universitatem repræsentat: *arg. l. mortuo 22. ubi Dd. ff. de fidejussor.* Cothman. *respons. jur. 60. num. 62.* Atqui potestas permittendæ religionis competit universitati, *per prædicta*: ergo per illos, qui vicem universitatis gerunt, exerceri debet, nimirum per Duumviros ac Decuriones: Hartman. Pistor. *lib. 2. consil. 6. num. 50.* Hering *de fidejuss. cap. 7. num. 632.* Hactenus Syringus *de pace religiosa thes. 41.* cui junge Cranium *de constit. religion. part. 1. problem. 3.* Qui itaque partes Senatus sequuntur ad superius pro civibus adductis respondent: Ut maxime in nonnullis cives Civitatum Imperialium, à subditis Principum, & civibus municipalibus differant, in eo tamen convenire, quod subiectionem concernit, & obedientiæ vim. Non minus quippe Senatui Cives, quam subditos Principi suo teneri obtemperare, tributum, vectigal, & quæ alia sunt munera, tam patrimonialia, quam personalia præstare. Esse quidem Senatum & cives universim sumptos Statum Imperii; singulos autem cives, vel maiorem eorum partem, Imperii Status non esse: sed universitatem per Senatum repræsentari, atque inde Senatum Statum esse Imperii. Cives universim sumptos immediate Imperio esse subiectos, cum tunc universitatem repræsentent, quæ immediata est: at ut singulos Civitatis suæ Senatui subiectos, proindeque immediatos non esse. Cives quidem potentia Senatores esse, at non actu. Nec quoslibet tamen ubique cives etiam Senatoriæ dignitatis capaces. Cives extra Senatum constitutos maiorem quidem facere numerum, at non potiorem, cum Senatus potior civitatis pars sit, eamque totam repræsentet. Ferdinandi Declarationem non magni esse ponderis, & Recessibus Imperii non insertam, proindeque in judicando non attendendam: *d. pacific.* §. Wir befehlen/ *ibi*, vnd wider solches alles kein Proceß noch Mandat decerniren. Eam communi Statuum suffragio nec latam nec approbatam. Eam viginti quinque diebus ante publicationem pacis religiosæ fabrefactam, itaque per eandem sublatam: *l. ult. ff. de constit. Princ.* & *verbis dict. pacific.* Vnd alles das in hievorigen Reichsabschieden/ Ordnungen/ oder sonsten begriffen etc. Eam absurdam

parere consequentiam, quod Magistratus tanquam civis in suos concives delinquentes animadvertere non possit: Syring. *d.loc.* Rosacorb.*pract. forens. cap. 32. pag. 67.* Besoldus *d. discurs. num. 7.* rem distinctione indigere putat, anne Senatus habeat omnem potestatem, imperiumque omne, aut num simul penes plebem aliqua resideat eminentia potestatis, hoc est, an ad Aristocraticam, vel Democraticam formam civitatis regimen accedat. Priori casu pro Senatu decidendum, posteriori non æque. Hanc distinctionem commendat quoque Arnisæus *de jure maiest. lib. 2. cap. 6. num. ult.* & Cranius *d. loc.* *Tertium* quod nobis explicandum restat, illud est, an Senatus invitis Civibus religionem vel Catholicam, vel alteram, quam Lutheranam vocant alii, quæ in civitate aliqua Imperiali post pacificationem religiosam sola in usu fuit, mutare queat? Fluctuare hic monet Cranius *dict. loc. connexo* 1. Adrianum Gylmannum, sive illum, qui *symphorem. supplicat. Cameræ* conscripsit. Eum affirmativam fovere *part. 1. tit. 3. vot. 2. num. 27.* negativam vero *d. tit. 3. pag. 179.* Sane nec hic frustra ad distinctionem modo propalatam provocabimus.

55. VI. Quod Conventus & Diætas eis habere liceat. Vnde singulis annis in die Bartholomæi ordinarie certo in loco conveniunt omnes, vel duodecim deputati legati, secundum negotii qualitatem: Ruland. *de commissar. part. 2. cap. 4. num. 42.*

56. VII. Quod Archivum habeant: Ruland. *part. 2. lib. 5. cap. 4. num. 21. fere in fin. & num. 22.* ubi tradit; duplex posse constitui civitatum archivum: Vnum generale, quod est commune omnibus civitatibus Imperii, in quo omnia inter civitates, dum conveniunt (quod singulis annis semel in die Bartholomæi ordinarie fieri diximus) conscripta deponuntur, quæ licet olim in diversis locis pro libitu & arbitrio custodirentur, tamen hoc tempore duæ sunt ad hoc deputatæ civitates, in quibus non solum conveniunt singulis annis omnium vel duodecim deputatorum (secundum negotii qualitatem) legati, sed etiam conscribuntur, in eodem loco, acta, & directorium penes illas civitates, ubi conventus habetur, consistit; illaque acta non solum in suo Archivo detinent, sed copiam eorundem ad aliam civitatem simile archivum habentem mittunt, & sic ex una Cancellaria ad aliam transferuntur. Et hoc potest dici archivum liberarum Civitatum, ex quo plurima scripta sæpe producta esse, notum est ex actis inter Status Imperii & Civitates, cum, an civitates Statum repræsentarent, in controversiam vocatum esset. Alterum archivum est speciale, quod quæque civitas Imperii habet solum pro se, ac non minorem quam aliorum Principum Imperii vim probandi obtinet. Placet hic in illud inquirere: *an Civitates Imperiales sibi Cancellarios eligere, atq; constituere possint, æque ut Imperii Principes?* Herman. Kirchner. *in Morvillerio, sive de officio & dignitate Cancellarii lib. 1. cap. 4. n. 113.* ait: Civitates Imperiales quamvis in suos omnimodam

modam jurisdictionem potestatemque, & jura habeant, tamen neque Cancellariæ nomen, neque Cancellarii usurpant: sed Syndicos suos & Notarios, more maiorum retinent. Nec aliter in comitiali consignatione illorum quemquam adscriptum reperio, præter Martinum von Ingenheim/ Doctorem, qui in Treverensis & Coloniensis decreti subscriptione Metensis civitatis nomine legitur Cancellarius. Sed forte idem apud Episcopum Metensem id munus sustinuit. Reperitur quidem etiam Coloniensis civitatis Cancellarius, in Augustana congregatione, Georgius von Haltern/ D. sed ille ad Syndici nomen subsequente conventu sese recepisse videtur. Neque Argentinensis Reipub. Cancellarium in publico illo recessu invenio: tametsi, qui Episcopi Cancellarius fuit, Christophorus Welsinger, sese ad eius differentiam videatur principalem Cancellarium Argentinensem aliquoties nominasse. Hæc Kirchnerus. Ego ita censeo: Civitates liberas posse habere Cancellarios, sed hactenus modestia jus suum temperasse. Nullum video obstaculum, quo minus hoc agere valeant, quod reliqui Imperii Status. Præterea & Archiva habent & Cancellarias, quidni ergo & Cancellarios, si velint, habebunt? An omnes Cancellariæ utantur nomine, mihi quidem cognitum non est; at hoc teneo, Argentorati, atque alibi etiam, id nomen in usu. Et quid vetat, si alibi in usu non sit, in usum revocare, res postquam illis est, cui hoc nomen commode recteque tribui possit. Putat Kirchnerus, Martinum von Ingenheim Doctorem, qui in Treverensis & Coloniensis decreti subscriptione, Metensis civitatis nomine subscripsit, fortasse munus Cancellarii apud Episcopum Metensem sustinuisse. Verum quo minus ego id credam, inde est; quia si Cancellarius fuisset Episcopi, probabile, eundem quoque nomine Episcopi sui illis comitiis interfuisse. At Episcopi nomine illis neminem interfuisse subscriptio mihi testis est, qua nullus exprimitur. Credo itaque civitatis eum fuisse Cancellarium. Causa cur Metis præ cæteris Cancellarii nomen usurpaverat, non alia mihi videtur, quam quia Galliæ contermina, ubi tituli citius & uberius proveniunt, quam in Germania. Quo fundaměto Kirchnerus hunc Martinum ab Ingenheim, Doctorem fuisse sciverit, me latet, in Recessu isto titulum hunc non reperio. Hoc tamen reperio, hunc Martinum ab Ingenheim, in priori parte Recessus Treverensis, & Coloniensis, de anno 1512. Cancellarii nomine usum, in posteriori eiusdem recessus parte, non æque. Quicquid sit quod hanc variationem suaserit, sive huic, sive Georgio von Haltern/ qui in R. A. zu Augspurg *de anno* 1548. Coloniæ Agrippinæ nomine, titulo Cancellarii subscripsit, & anno 1551. in subscriptione des R. A. zu Augspurg/ ad Syndici nomen sese recepit, ut Kirchnerus recte monuit, illud tamen inde firmatur, Civitates suis hunc titulum tribuere posse, si velint. Quod Episcopi Argentinensis Cancellarios attinet, (ut & hoc addam, occasione illorum, quæ Kirchnerus tradit) varie illos subscripsisse video. Aliquando hoc modo: Fürstlicher Straßburgischer Cantzler: R. A. zu Augspurg *de anno* 1559. aliquando,

do: Bischofflicher Strasburgischer Cantzler: R. A. zu Speier *de anno* 1570. aliquando denique simpliciter, Strasburgischer Cantzler: R. A. zu Augspurg *de anno* 1530. Quomodo etiam alii, qui Episcoporum Cancellarii, usi fuerunt. Ita Speierischer Cantzler: R. A. zu Augspurg *de anno* 1582. Münsterischer Cantzler: R. A. zu Augspurg *de anno* 1551. Regenspurgischer Cantzler: R. A. zu Regenspurg *de anno* 1567. Augspurgischer Cantzler: R. A. zu Regenspurg *de anno* 1557.

57. VIII. Quod inter se, & cum aliis possint inire fœdera ac societates: *A. B. t.* 15. §. 1. Posterioris exempla sunt fœdus Suevicum, cui multæ simul junctæ cum Principibus erant civitates, ut ipsius fœderis innuunt capita, præterea Historici, & R. A. Augspurg *de anno* 1500. *circa fin. ibi*: Von wegen der Stätte im Schwäbischen Bund. 58. Fœdus Noribergensium cum Episcopis Herbipolensi & Bambergensi, contra Albertum Marchionem Brandeburgensem: atque Vnionis sub nomine inter Protestantium aliquot nostra memoria contractum & distractum fœdus. Prioris exempla & ipsa varia sunt: sufficiat nobis ex pluribus mentionem facere de illo aliquot Civitatum fœdere, quod anno 1422. contra Equites Alsatiæ inierunt: de quo agit Bernhard. Hertzog *in Chron. Alsat. lib.* 2. 59. Vt & de altero, quod Hanseaticum dicimus, cum inter civitates Hanseaticas ultro citroque vigeat. Quod tamen hoc præ cæteris singulare habet, quod eodem non tantum Civitates immediatæ, sed & mediatæ contineantur: imo & aliæ extra Imperii limites Civitates huic fœderi addictæ. 60. Vocantur (1) in Imperii Recessibus, quandoque Hann- und Seestätte: R. A. zu Speier *de anno* 1544. §. Demnach haben wir auf: R. A. zu Regenspurg *anno* 1557. §. Wir wollen auch aus gleichem Bedencken. R. A. zu Augspurg *de anno* 1566. §. Die Hann- und Seestätte belangend. R. A. zu Regenspurg *de anno* 1567. §. Auf daß dann auch. R. A. *de anno* 1576. §. Wir wollen auch. Hann mihi idem est quod magnus, à Hunnis, quorum procera erat statura, nobis usurpatum. Maiores enim nostri Hunnos dixerunt, die Hanne, & grossen Hannen eos, qui statura Hunnos æquabant; & adhuc hodie in aliquibus locis uvæ maiores dicuntur Hannische Weinbeer. Hannstätte itaque hoc sensu erunt grosse Stätte. Hoc in nomine si quis ad exempla Goropii ludere velit, illi posterius, Seestatt/ explicatio tantum prioris erit, & Hann- ac Seestatt unum idemque: idque inde, quod *haim* & *hain* Gallis hamus est piscatorius, quo illi, qui ad mare habitant, utuntur maxime, & haud raro ipsimet hami sint, omnia quæ in mari sunt attrahentes, eo sensu, quo Goropius Becanus *lib.* 6. *antiquit. Antverp. pag.* 614. Anglos ab Angeln dictos memorat. 61. Ait ille: Saxones ad mare habitarunt, & illud rapiendo prædandoq; longe lateque infestarunt, id sibi contra Romanorum, quos Germani hostes habebant, provincias belli jure licere arbitrati. Cum igitur hoc laudi sibi ducerent, cuperentque eo nomine apud vicinos suos, Romano nomini infensos, bene audire, omnes illi Saxones, qui littora ad Frisiam usq; tenebant, Anglos se nominarunt, à voce vernacula Angelen/ sive Anglen/ qua hami piscatorii significantur: quasi

dice-

dicerent, ſe hamos eſſe, omnia, quæ in mari invenirent, attrahentes. (2) Vocantur eædem civitates Hanſaſtätte: R. A. zu Regenſpurg *de anno* 1594. §. Desgleichen die freie. & , quod popularius eſt, Hanſeſtätte. Cuius de vocabuli ſignificatione atque origine variæ circumferuntur coniecturæ. *Primo* Iohann. Goropius Becanus *Francicor. lib. 3. pag.* 89. ſcribit, Anſe ſocietatem ſignificat, ab anſie id eſt, reſpicio, vel rationem cuiuspiam in re quadam habeo gerenda, unde civitates Germanicæ in mercatura confœderatæ Anſeſteden / id eſt, ſociæ civitates vocantur. *Secundo* Hadrianus Iunius *cap. 9. hiſtor. Batav. pag. 73. & 99.* ab *Anſi* Gothico verbo derivat, quod eos denotat, qui cæteros mortales fortuna & opibus antecellunt, Heroum & Semideorum conditioni proximi, ac velut humanæ ſortis terminos egreſſi. Vnde & vernacula noſtra, additione adſpiratæ, Hanſos olim proceres nominavit. Quin & nunc hodie in Helvetiis & Rhætia die Hanſen / Nobiles & Optimates, à plebeque factionem diverſam foventes appellantur: Beſoldus *diſſ. diſcurſ. de jure & imper. Imperialium civitat. num. ult. & 2. polit. 6. theſ.* 11. Ab hoc licet diſſentiat Rutger. Ruland. *de commiſſar. libr. 5 part. 2. cap. 4. num.* 56. non tamen ea derivatio adeo remota à veritate videtur Reinkingio *de regimin. ſecular. lib. 1. claſſ. 4. cap. 20. num.* 43. Siquidem adhuc hodie in inferiore Saxonia & Weſtphalia in uſu loquendi populari & vulgari, ſi qui ſupra ſortem ſuam videri & æſtimari velint, ironicè Hanſi appellentur, das willen grote Hanſe ſein; Item / ein gewaltiger Hans: Et non infrequens ſit ille modus loquendi apud omnes fere, er ſey groß Hans oder klein Hans / (reperitur etiam in ipſius Imperii conſtitutionibus: Reuterbeſtallung zu Speier *de anno* 1570. *artic.* 50.) unde appareat illam vocem olim aliquid magni & præcipui denotaſſe: quamvis poſtremis motibus in deteriorem partem plerumque ſumatur. Quod ſi alicui huic opinioni ſubſcribere viſum fuerit, is colorem aliunde quoque poterit mutuari. Lingua Ægyptiaca Ioannes, qui nobis Hans eſt, potentem ſignificat. Idem nomen ſi proprium alterius nobis incognitum ſit, promiſcue omnibus damus. Et nihilo tamen ſecius Ioannis nomen Scotis & Neapolitanis pro infauſto habetur, in memoriam Ioannarum Reginarum. Et ut Florimond de Remond *en l'Antipapeſſe, chap. 30. num. 2. pag. 276.* annotavit, *les Princes François l'ont eſtimé infortuné depuis la prinſe du Roy Iean. Ainſi void-on, que non ſeulement parmy le peuple, mais auſſi entre les gens d'honneur, ce nom eſt prins pour iniure.* Et apud noſtrates iemand für einen Hänselein halten / aut hänſelen / idem eſt ac divexare, ludibrioque habere. *Tertio* dici poterat, Hanſeaticas dictas primum Handelſtätte à commerciis, quibus indulgent, poſtea, corrupto vocabulo Hanſelſtätte / & denique corruptius Hanſeſtätte. Nec hæc coniectura tantum, ſed & firmata vetuſtate, cui Hansgrave idem erat ac Handelsgrave. Extat enim Privilegium Friderici II. Civitati Ratisponenſi datum, apud Wigul. Hund *in metrop. Salisb. pag.* 1. quo cives habent poteſtatem eligendi Hansgravium, qui

62. 63. 64. 65.

disponat & ordinet, extra civitatem, & non intra, ea tantum quæ respiciunt
66. negotia nundinarum. *Quarto*, aliis à voce Hand / manus nobis est, quæ mutuum defensionis vinculum notat, deductum videtur, quod longe nimis petitum, nec vocabulo conveniens. Plane si ab Hand deducendum fuerat, proximius ab Handelen deduci conveniens esset: Nam hoc ab Hand est, quod manus in commerciis, quæ dando & accipiendo perficiuntur, officiosa sit
67. maxime. *Quinto*; Hansestätte nonnullis dicuntur, quasi an See Stätte/quod maxima pars earum mari adiaceat: Arumæus *discurs. 6. ad Auream Bullam thes.* 10. Matth. Stephan. *de jurudict. libr. 2. part. 2. cap. 3. num.* 4. Rulandus *dict. loc.* Wehner. *observat. pract. verbo*, Hanseestatt. Quam notationem multas locutiones in novissimis Imperii Constitutionibus, in quibus sæpe dicuntur See- vnd Anseestätte / firmare dicit Reinkingius *dict. loc. num.* 44. de quo ipse viderit. Plane hoc sensu non opus fuerat See- vnd Ansee Stätte dupli-
68. care, sed alterutrum horum sufficiens erat. *Sexto*; Henricus Suderman ICtus Coloniensis & quadraginta ad annos fœderis Hanseatici Consiliarius, arbitratur, vocabulum hoc esse Gothicum, aut Vandalicum, significans congregationem. Probat hoc ex novo eius linguæ testamento, in quo pro verbis, concilium fecerunt in unum, extat Hansa: Honorius *Thesaur. polit. vol. 2. pag.* 279. Quod sine dubio Galli secuti sunt, quibus *hanser un homme*, est (*le recevoir en la compagnie des bourgeois d' une ville, pour jouïr des franchises & privileges des bourgeois de laditte ville*: Nicod *au grand dictionaire François.*) eum recipere in civium numerum, ut libertatibus atque privilegiis eorundem utatur, frua-
69. tur: hoc est, einem das Burgerrecht geben. Atque hanc præ aliis sequor derivationem, potius tamen tertio loco positam, quæ tamen & ipsa quoque cum hac ex parte coincidens est. Qui enim conveniunt in unum, ut de negotiis certis inter se consultent, aut qui in una eademque civitate degunt, æque dicuntur mit einander handelen / handelen vnd wandelen / quam qui aliis in-
70. dulgent commerciis. De initiis Hanseatici fœderis discrepantia est, uti in antiquis esse consuevit. Keckermannus annum 1270. habet, *lib. 1. polit. c. 24. p.* 391. Waremundus ab Ehrenberg *dict. num.* 44. constituit annum 1270. Aliud agit Thuanus, qui *histor. lib. 51. pag.* 838. originem huius societatis ab anno 1200. repetit, paulo ante tempora Friderici II. quo civitatum in littore Baltico, & cæteris Saxoniæ inferioris regionibus delegati, inito fœdere ad commercii libertatem tuendam coierunt, & privilegiis ac immunitatibus à Principibus vicinis impetratis, tam firmam societatem contraxerunt, quæ paulatim fœderatorum multitudine, potentia & opibus in tantum amplificata centum annorum spatio crevit, ut ex eo florentissima, deinceps Regibus ipsis, quo-
71. rum beneficio aucta fuerat, invidiosa usque ad hanc ætatem permanserit. Civitates autem plures 80. (si Thuanum sequimur) aut plus minus 83. (si Matthiam Stephani *dict. loc. num.* 6.) fuerunt. Earum ex numero cum anno 1418.
eiectæ

electæ fuissent quatuordecim, adhuc hodie in societate remansisse sexaginta sex civitates, autor est Thuanus (cui consentit Dresserus *de urb. German. p. 626.*) Vandalicas sex, (quarum tamen septem constituit Waremundus ab Ehrenberg *lib. 2. meditam. pro fœder. c. 2. n. 44.* Lubecam, Wismariam, Rostochium, Stralesundam, Griphesvvaldum, Hamburgum, Luneburgum) Pomeranicas octo, Borussicas sex, Livonicas tres, Saxonicas tredecim, Westphalicas decem, Clevicas seu Marcicas septem; Transisulanas tres, Gebricas septem, Frisiæ tres. Pleniorem catalogum habet Matth. Stephani *d. loc. n. 8.* inter Hanseaticas civitates referens Lubecam, Bremam, Rostochium, Sundium, Wismariam, Thornam, Elbingam, Dantiscum, Regium-montem, Bransbergam, Rigam, Derbatum, Revaliam, Stetinum, Stadium, Vlzeniam, Buxtehudam, Stargardiam, Anclamum, Golnoviam, Chilonium, Hamburgam, Lunæburgam, Griphisvvaldiam, Colbergam, Coloniam, Osnabrugam, Susatum, Mindam, Hervordiam, Padebornam, Lemgoviam, Tremoniam, Monasterium, Neomagum, Daventriam, Zutphaniam, Suollam, Hartovvicum, Groningam, Weseliam, Duisburgum, Elburgam, Stavariam, Ruremundam, Arenacum, Campos, Bolloverdam, Lippiam, Onnam, Hammam, Emericam, Warburgam, Bilefeldam, Wenloum, Brunsuigam, Magdeburgum, Halam, Stendaliam, Salisquellam, Berlinum, Halberstadium, Hildesium, Goslariam, Gottingam, Hannoveram, Hameliam, Quedlinburgam, Ascherslebiam, Northeimiam, Helmstadiam. Præterea huc referri Wisbuos, Vratislaviam, Cracoviam, Francofurdiam ad Oderam, Brandeburgum, Gosfeld, Stolpe, Rugenvvold, Seehusen, Osterbach, Werben, Demminium. Quantum hoc in catalogo Matthiæ Stephani tribuendum sit, plane mihi non constat. Hoc ex eodem patet, falsum esse in excessu Bodinum *lib. 1. de Republ. cap. 6.* qui civitates Hanseatici fœderis pro Imperialibus habet: In defectu vero Waremundum ab Ehrenberg *d. lib. 2. meditam. pro fœder. cap. 2. n. 45.* qui unam tantum Imperialem civitatem inter omnes Hanseaticas esse scribit. Quorum errores notasse quoque deprehendo Kirchnerum *in Morrillerio cap. 4. n. 122. p. 51.* qui quatuor civitates Imperiales liberas eodem Ansæ corpore hodie etiam contineri adseritat.

72.

Totum autem hoc Hanseaticum corpus olim in tres, postea Prussicis accedentibus, in quatuor classes, membra, metropoles, hoc est, in die vier Quartier distribuit, cuilibet vero classi certa, quasi pro capite, civitas est, quæ vocatur die Quartierstatt. (1) Lubeca, ist die Quartierstatt inter civitates Pomeranicas & sex Vandalicas. (2) Colonia, ist die Quartierstatt inter civitates Cliviæ, Marchiæ, Turingiæ, Geldriæ, & aliquot Westphaliæ. (3) Brunsuigum ist die Quartierstatt (schon über vierhundert Jahr: *part. 1.* der gerichtlichen Acten der Statt Braunschweig; Huldmann betreffend *pag. 52*) inter civitates Saxoniæ & nonnullas Westphaliæ. (4) Dantiscum ist die Quartierstatt inter civitates Borussiæ & Livoniæ: Feschius *de fœder. th. 9.*

73.

lit. d.

74. *lit.d.* Quatuor præterea istæ civitates habuerunt emporia, in quibus aliæ Civitates exteptræ, rivilegiis societatis frui non potuerunt. Nati vero in oppidis ac pagis civitatum huius fœderis Anseatici ad privilegiorum participationem non admittuntur, priusquam jus civitatis in aliqua earum adepti sint. Quatuor autem prædicta emporia fuerunt: primum, Londinum, quod Societati ab Henrico III. Anglorum Rege anno Epochæ Christianæ 1250. attributum est: cuius summam fidem ac firma auxilia experti posteri Reges, & inprimis Eduardus III. bello adversus Gallos feliciter gesto, negotiatores Teutonici Collegii nullis novis vectigalibus, tributis, exactionibus, subsidiis, aliisve præstationibus deinceps onerandos, sed ab hisce omnibus oneribus immunes sanxit peculiari diplomate. Quod Richardus II. Henrici IV. V. & VI. religiose servarunt, donec ardente inter Anglos & Danos bello, cum in Hellesponto Danico Anglorum naves interceptæ fuissent, in vindictam eius damni ab Anglis pariter naves sexaginta Teutonicæ Societatis captæ ac spoliatæ sunt. Quæ res initium bello triennali Anglis cum civitatibus causam præbuit, quod tandem Caroli Burgundi, qui Eduardi sororem uxorem duxerat, interventu Traiecti ad Mosam compositum est, anno 1474. Ab eodem tempore, per annos circiter octoginta sub Richardo III. Henrico VII. & VIII. Eduardo VI. Germani immunitates suas in Anglia retinuerunt, licet eas Gedanenses aliquantum turbaverint. Alterum emporium Brugis habuerunt, urbe Flandriæ, quæ à sociis frequentari cœpit circa annum 1262. Demum anno ducentesimo, vigesimo sexto post, multum hæc urbs de pristina opulentia amisit, propter seditionem capto Maximiliano Rege,

75. & præcipuis quibusdam ministris in eius conspectu occisis, excitatam. Hac in civitate primum nomen Bursæ cœpit, ut Guicciardinus *in descriptione Belgii pag.65.* autor est. Est, inquit, Brugis Flandrorum platea quædam seu forum omnibus urbis partibus valde accommodum, & in eius fronte ampla quædam & vetus domus, structa ab nobili illa familia Bursiorum, ven der Beurse; quorum in lapide secto præfert insignia, tres videlicet Bursas, sive marsupia. Atque ab hac domo & gentilitiis huius gentis insigniis, ut in talibus amat fieri, nomen accepit idipsum forum. Quod quia delegerant Mercatores Brugenses ad celebrandos mercatorios suos conventus, iidem Antverpiam, Bergozomiumve ad mercatum profecti, locis seu foris, in quibus ad negotiandum congregabantur, & similitudinem & imaginem fori illius Brugensis, indiderunt Bursæ vocabulum: Quod ipsum usque adeo approbavit Antverpia, ut etiam Galli, licet alio quodam sensu, Tholosam usque id secum abduxerint. Angli itidem autore & fundatore Domino Thoma Grassano, ad exemplar Bursæ Antverpiensis Belga usi architecto, ædificarunt nuper Londini consimilem quandam machinam, & magnificum ædificium &c. Estque adeo notabile, quod absoluto jam opere ipsamet Elisabetha Regina Londinum illi

spectan-

ſpectando acceſſerit, ſpectatum valde laudaverit: ſed ne videretur apographum Burſæ Antverpienſis, nomen illi indiderit Cambii, ſive Collybi regii, interdicto, ne quis aliter nominaret. Verum ea fuit nominis Burſæ vis, ut non obſtante hoc interdicto, etiam illud forum eo vulgo inſigne ſit. Cæterum prædictam ob ſeditionem portu Brugenſi à Friderico Cæſare obſtructo, commercium omne Antverpiam translatum eſt, & Societatis civitates negotiorum ſuorum ſedem in ea fixerunt. Cum enim Lubecenſium rogatu ad privilegia Societati à Iohanne II. Brabantiæ Duce anno 1315. conceſſa, & per Antonium item Brabantiæ Ducem confirmata anno 1409. Philippi Regis ab Antverpienſibus exorati autoritas anno ſexageſimo ſecundo ſuperioris ſeculi acceſſiſſet, in comitiis ſocietatis decretum eſt, ut in collegium Antverpiæ conſtitueretur, publica domo in urbe extructa, in qua propriam jurisdictionem Senatus Mercatorum haberet, eaque de re cum Senatu Antverpienſi transactum eſt, depenſis à Societate ſexaginta Caroleorum millibus. Hodie domus hæc quidem adhuc ampliſſima conſpicitur, nomine der Oeſterlinger Haus ſed & mercibus atque mercatoribus vacua, negotiatione Amſtelrodamum translata. Tertium emporium Societati ante trecentos, & quod excurrit, aſſignatum eſt Novogardiæ in Ruſſorum Imperatoris ditione ampliſſima civitate, ſed commercium ob ſævitiam ac perfidiam Ioannis Moſci Revaliam inde translatum. Poſtremo à Ruſſis ipſis, Revalienſium iniuriam cauſantibus, poſtquam Narvam Livonicam occuparunt, eo quoque ſedes commercii & emporii translata eſt, anno ſuperioris ſeculi quinquageſimo octavo; quo mox Angli, Belgæ, Galli magno concurſu undique confluxerunt, multum fremente Livonii ordinis Magiſtro, & Archiepiſcopo Rigenſi, de iniuria Imperio facta apud Ferdinandum Cæſarem communicato ſimul conſilio expoſtulantibus: continuatum nihilo minus commercium & navigatio, donec Ericus Suecorum Rex, cui nullam non vicinis incommodandi occaſionem arripere ludus erat, Lubecenſium naves Narva redeuntes, hoſtiliter captas Revaliam & Stocholmiam duci, ac merces omnes in fiſcum redigi juſſit. Quod octennali bello cauſam præbuit, Stetinenſi pace compoſito. Sed cum Ioannes pactis non ſtaret, eam ob cauſam præcipue anno 1572. civitatum conventus inſtitutus eſt, & de Ioanne Rege in ordinem redigendo deliberatum. Quartum Civitatum ſociatarum emporium Bergæ in Norvegia fuit, ubi & magis expreſſa antiqui fœderis veſtigia, quam alibi remanſerunt: ſed tractu temporis Danica nobilitate quæſtu allecta, & ſub Friderico II. inſtitoriam faciente, Societati multum in ea provincia deceſſit, cumque ea de re apud Fridericum II. per legatos civitates expoſtulaſſent, ille anno 1552. etſi ſalva jura, privilegia, immunitates eis ſe Regia fide ſervaturum reſpondiſſet, tamen neque Nobilitati Daniæ navigationes inhibuit, & opificum collegia, quæ ſocii Belgæ ſuis domiciliis adiuncta communi ſe-

secum libertate frui patiebantur, omnino abolevit. His & aliis de causis celeberrimus conventus ille anno 1572. Lubecæ habitus fuit, in quo antiqua jura renovata, & pleraque decreta facta, quorum alia ad disciplinam inter socios servandam pertinentia tenuerunt, alia quæ externos Principes spectant per legatos explicata, maiorem partem irrita fuerunt: Thuanus *dicto loco.* Chytræus *in Chronic. Saxon. pag. 676.*

76. Habuit hoc fœdus olim suos protectores, quales antiquitus fuere Magnus Ordinis Teutonici Magister. Cessante autem Ordinis illius, sub Alberto Brandeburgensi, potestate, ipsa etiam cessavit protectio. Eo autem tempore varii Reges & Principes patrocinium hoc ambierunt, inter quos Reges Daniæ, Sueciæ, &, si famæ credimus, Hispaniæ, propter dominium Belgii: item Franciscus Dux Alensonius, postquam in Belgii Principem esset adscitus, missis ad hoc Lubecam, ubi tum fœderatorum conventus erat, legatis suis, Ioachimo de Brandstein, & Philippo Farenrod: quorum illi absolute repudiati, hic vero vana spe lactatus, & protractione temporis pertæsus, sponte recessit. Ita fœdus illud huc usque sine protectore mansit: Feschius *d. loc.*

77. Conveniunt autem fœderatæ illæ civitates quotannis Lubecæ, ibidemque archivum suum habent. Tale enim est & dicitur, tum propter præeminentiam, quam Collegium illud Civitatum ex eo assequitur, quod civitates Imperiales iis sint coniunctæ, quæ singulæ per se jura archivorum habent. Cum ergo dignior qualitas semper consideretur, ex coniunctione civitatum Imperialium hoc jus habere censentur. Tum quod hoc archivum à duobus Imperii civitatibus, Colonia & Lubeca, dependeat, quæ huic sunt præfectæ, & ideo ex earum dignitate merito omnium cæterarum Civitatum Hanseaticarum jura regulari debent: Rutger Ruland. *d. tr. de commiss. part. 2. lib. 5. c. 4. n. 58.* Matth. Steph. *d. l. n. 21.*

78. In Gallia Ludovicus XI. hisce civitatibus egregia concessit privilegia, quæ Carolus VIII. probavit anno 1484. quorum præcipua hæc fuerunt capita: Vt fœderati mercatores suis de bonis statuerent, decernerentque pro arbitrio in Gallia, vivi aut morientes, seu mortis causa: ne deinde eorum merces tributariæ forent, sed vectigalium novorum vacationes haberent. Fuerunt hæc privilegia aliquoties renovata, ut testis est Choppin. *de Domanio Franciæ, lib. 1. tit. 11. n. 22. p. 137.*

79. Explicata huc usque Hanseaticarum Civitatum præstantia, merito succedit fundamentalis ista quæstio; *an fœdus hoc Hanseaticum licitum legibus atq; Constitutionibus Imperii sit, an minus?* Quamvis in initio immensa fuerit hujus fœderis utilitas, & sanctio honestissima, contra Danos, & Cimbricæ Chersonesi incolas & Suecos initi, qui in Holsatiæ, Luneburgi & Saxoniæ regiones & civitates irruebant: tamen si penitius examinaverimus huius fœderis vel conventionis naturam, vix negare poterimus, quin sapiat, quoad nonnullas civitates speciem conspirationis; cum multæ Civitates eo comprehendantur aliorum imperio subiectæ, quæ neque regalia à Cæsare Imperiove habent, & su-

perio-

periorem Magiſtratum præter Cæſarem agnoſcunt: quibus & alii Principes mandare poſſunt, quæ etiam nec in comitiis, nec circularibus conventibus ſeſſionem ac votum habent, neque matricula ſunt comprehenſæ, nec contributionem Cæſari, ſed Principibus ſolvunt. Sed bene eſt, quod domeſticis inſidiis & privato commodo faſcinati, neſciant hac potentia ingenti uti, cum homines alant aliis Regibus, Principibusque addictos, & obligatos, & concionatores ad quælibet vulgus incitantes. Hæc Waremundi ab Ehrenberg *d. loc. num.* 44. cenſura eſt, quam ſi ſecuti fuerimus, fœderis huius infirma de jure erunt fulcra, Et talia, neç alia habere videntur, cum Caroli IV. ſanctio, quæ *in Aurea Bulla cap.* 15. relata noſcitur, expreſſe colligationes inter civitatem & civitatem illicitas damnet; nec Imperio unquam videatur ſatis cognitum hoc fœdus: R. A. *de anno* 1548. §. Solchem zu begegnen/ *ibi*, vnd Bericht einzunemen/ wie es vmb die vielgemeldte See vnd Anſee Stätte gelegen/ wer dieſelben ſind/ wie ſie genant/ wo ſie gelegen/ ob vnd wie ſie dem Reich oder andern Ständen vnterworfen: minime ergo adprobatum: Ignorantis enim nulla eſt adprobatio, nullus conſenſus: *l.* 35. *ff. de pactis, l.* 12. *ff. de transact.* Cuiac. *ad l.* 5. *ff. d. t. arg. l. mater decedens.* §. *ult. ff. de inoff. teſtam. ubi* gloſſa & Dd. *& in l. in repudianda, ff. d. acquir. hered.* Gail. *lib.* 2. *obſervat.* 139. *n.* 5. Præterea fœdus hoc monopolium videtur inducere, contra diſpoſitionem Reformationis Politicæ zu Augſpurg auffgericht *de anno* 1548. *tit.* die monopolia vnd ſchädliche Fürkäuffe belangend. *l. un. C. de monopol. ubi* Sichardus *num.* 2. notat, monopolia, aut in rebus, ſeu mercibus, aut in perſonis, aut in certo loco fieri. In mercibus; ut cum mercatores conveniunt, ut piper totum coëmant, & certo pretio inter ſe conſtituto divendant. In perſonis; cum certæ perſonæ inter ſe conveniunt hoc vel illud, hoc & non alio modo agere. In loco; ſi ſtatuitur, ut res aliqua certo loco, & non alio fiat vel vendatur. vide Martam *de juriſdict. part.* 2. *c.* 23. *n.* 2, *& ſeqq. & n.* 5. ubi monopoliorum diverſos recenſet caſus. Vtrum vero horum modorum aſſumpſerimus, inquit Arumæus *diſcurſ.* 6. *ad A. B. th.* 10. inveniemus, eum non leviter Hanſeaticum fœdus concutere. Pro fœdere Hanſeatico extat ſcriptum apologeticum, cui titulus; Der vereinigten Teutſchen Hanſeſtätte Verantwortung/ ſamt angehängter Proteſtation wider etliche ſpargirte Schrifften/ darinn der vralte Hanſiſche Bund/ für eine verbottene Liga übel angezogen vnd ausgeruffen werden. Et rationes non deſunt, quibus legitimum monſtrari poterit. *Primo* etenim à Carolo IV. illud confirmatum memoratur: Waremund. ab Ehrenberg *d. lib.* 1. *c.* 2. *n.* 44. idemq; Imperator, cum Civitas Brunovicenſis fœdere illo, anno 1377. excluſa fuiſſet, effecit interceſſione & autoritate ſua, ut iterum reciperetur: Cranzius *lib.* 9. *Vandal. c.* 7. Fridericus III. Imperator Colonienſem civitatem eiectam aliquando è ſocietate dicta, intercedens effecit ut iterum ſuſciperetur: Cranz. *lib.* 15. *Vand. c.* 27. Ferdinandus atque Maxi-

milianus II. Imperatores, quilibet monitione sua Bremensi civitati proficui fuerunt, ut, quæ à sociis fœderis exclusa, gratia facta in integrum restitueretur, & membrum de novo fœderi adcresceret. Postquam anno 1566. orta inter civitates controversia, periculum esset totalis fœderis ruinæ, laudatus modo Imperator Maximilianus easdem ad pristinæ amicitiæ vinculum corroborandum adhortatus est. Nec temporis adeo longum intervallum à nostro est, quo Rudolphus II. Imperator Hanseaticarum civitatum patrocinium contra Angliæ Reginam Elisabetham suscepit: Feschius *dict. loco.* *Deinde* per tot Imperii recessus, quibus Hanseaticarum civitatum frequens fit mentio, ne jota quidem aut apex ullus reperiri datur, quo improbatum hoc fœdus videri queat, quod factum dubio procul, si ab Imperii Ordinibus pro illegitimo habitum fuisset. *Deniq;* non parum roboris antiquitas temporis, quo contractum hoc fœdus fuit, secum ad nos usque tulit. Quis enim inde non concludet postquam per tot seculorum intervalla citra contradictionem eorum, quibus Imperii cura commissa, continuatum fuerit, illud legitimum esse, & antiquitate privilegiatum? *l. 3 §. ductus aquæ, ff. de aqua quotid. & æstiva, l. ult. ff. de aqua & aquæ pluv. arcendæ.* Non obstant in contrarium ab aliis disputata, quod huic fœderi civitates municipales aliorum Imperii Statuum habeantur connexæ, quibus jus fœderis ineundi non competit: *d. cap. 15. Aur. Bull.* *Primo* enim responderi potest, fortassis easdem olim Principibus non eo modo subiectas, quo nunc sunt, fuisse, atque certis demum conditionibus ad eosdem transiisse: aut, quod *secundum* est, si à præsenti statu ad præteritum firma daretur collectio, quod eodem respectu, quo hodie & olim quoq; Principibus suis subditæ fuerint, præsupponendum est, easdem conniventibus oculis Dominorum, aut, quod potius, expressa permissione superiorum easdem ad Hanseaticum fœdus accessum fecisse. Hoc enim suadet temporis antiquitas, quæ omnes solemnitates negotio accessisse præsumit, etiam extrinsecas: *l. sciendum 36. ubi* Bartol & Iason *ff. de V. O.* Iason *consil. 120. num. 1. vol. 1. consil. 65. vol. 3. & ad l. admonendi, n. 244. ff. de jureiurand.* Gravetta *consil. 274. n. 4. & 5.* Dec. *consil. 13. num. 8. & consil. 341. n. 13. & consil. 409.* Salvo itaque Principum atque Dominorum suorum jure, fœderi istæ Civitates incorporatæ præsumuntur, nec inde protinus exemptionis argumentum est, quod Hanseaticæ sint: Reinking. *d. lib. 1. class. 4. c. 20. n. 48. & seqq.* His ita præsuppositis textus aureæ Bullæ nobis obstaculo non est. Imperio autem cognitum Hanseaticum hoc fœdus, superius adducta, Imperatorum facta approbatione, Recessuumque Imperii tot documenta abunde probant: Sed uti in antiquis fieri solet, non omnes qualitates & accidentia fœderis ex asse Imperatoribus nota: quæ ut notiora redderentur, non solum *d. R. A. de anno* 1548. §. Solchem zu begegnen/ penitius inquirendum statuit, sed & Rudolphus II. Imperator datis ad Lubecenses literis sub dato Pragæ ultimo Maii anno 1606. voluit, daß der Raht zu Lübeck/ als Director

der

der Hansestätten / alle vnd iede / alte vnd neue Hansische privilegia, Einigung/ Bündnuß/ capitulationes, statuta, vnd bey gehaltenen Hansetägen aufgerichte Receß/ auf Ihrer Kaiserlichen Majestät Reichshofcanzley überschicke / neben einer ordnentlichen Verzeichnuß aller Stätten / wie oder wann sie in den Bund kommen. *extat in actis Brunov. part.* 3. Multa autem eius generis sunt, quæ olim Imperatoribus cognita satis, modernis incognita penitus, quæ ut cognita fiant, operæ pretium est summo investigationis insistere studio. Ita complures antiquis matriculis inserti, da doch hodie nicht bewust/ wer dieselbe / oder welcher Ende sie zu finden vnd seßhaft seind: R. A. *de anno* 1548. §. Als auch durch die Kraise: sed ut cognobiles fiant, inquisitioni locus est. Quod insuper oppositum fuit, societatem Hanseaticam speciem monopolii præ se ferre, id licet secundum quid concederetur (verba sunt Arumæi *dict. discurs. 6. thes.* 10.) attamen, quia consuetudine immemoriali & Cæsarum concessu societas fulcitur, omnis monopolii respectus merito cessat: *c. significante, extr. de appellat. ibid.* Innocent. *in pr. &* notat Baldus *in sua margarita, vers. monopolium*, quod dictæ constitutioni Codicis per privilegium & consuetudinem derogari possit. Ego omnem monopolii illicitam speciem ab Hanseatico fœdere, quatenus id ab Imperatoribus confirmatum, abesse crediderim; quod si temporis tractu aliter inter ipsos confœderatos actum salvo fœdere pristino, Imperatoris erit capitulationis suæ sequi præscriptum, & monopolia Germaniæ perniciosa coërcere. Hoc largior Baldo, olim monopolia Imperatorum firmata privilegio sub onere vectigalis: Cuiac. *in paratit. C. d. t. de monopol.* Cassiodor. *lib. 2. var. epist. 26. &* 30. fuisse licita: posteaquam autem dicta constitutione Codicis, quodammodo divinitus antiquata semel: Choppinus *de doman. Franciæ lib.* 1. *tit.* 9. *num.* 10. propter utilitatem publicam: non est quod credam, privilegio & consuetudine monopolia licita fieri posse, nisi utilitas hoc suadeat publica. In Imperio autem nostro omnium minime credendum est ea legitima esse posse, quæ contra utilitatem publicam sunt, cum in necem eorum expresso capitulo jurent recenter electi Imperatores.

IX. Quod immediate coram Camera debeant conveniri: Gail. 1. *observat.* 1. *n.* 20. (Quo casu licet duriorem causam, quam reliqui Status, quibus Austregæ competunt, videantur sustinere, attamen meliorem & digniorem præ reliquis mediatis obtinent.) Illud certum est, & pro exceptione huius positionis notandum, nonnullas civitates immediatas ex privilegio, vel longissimi temporis præscriptione, singulares habere judices, besondere Austräge / & sic coram istis, non coram Camera primam habere instantiam: Gail. *dict. loc.* Hinc Straßburg judices primæ instantiæ habet, Basel / Worms vnd Vlm. Dünckelsbühl Consul & Senatus in prima instantia judicem habent ihrer Statt Amman / qui sibi quatuor adiungit juratos Senatores ex Civitatibus, Nördlingen / Rotenburg an der Tauber/ Schwäbischen Hall / vnd Schwäbischen Wert.

80.

81.

Eßlingen Iudices habet Consules & Senatum civitatum Ulm / Reutlingen und Heilbrunn / ita ut in actoris sit arbitrio, locum commodiorem ex his tribus civitatibus eligere, ubi judicium habeatur. Nürnberg habet Windsheim und Weissenburg am Norrgau. Regenspurg in causis civitatum judices agnoscit Augspurg / Nürnberg und Ulm: Actor etiam suo arbitrio quinque vel septem ex Senatu Ratisponensi judices eligere potest. Reutlingen habet judices Ulm / Eßlingen / Schwäbischen Gemünde. Schweinfurt Consul & Senatus primam instantiam habent coram suo Reichsvogt / qui sibi aliquot Senatores, sive Scabinos Noribergenses & Rotenburgenses adsciscit: Ex Petr. Frider. *circa fin. libr. 1. process. Camer.* & Schvvanmanno *eod. process. lib. 1. cap. 7.* Rudinger. *cent. 1. observat. 50. num. 9.* Vt autem eo melius in specie nonnullarum civitatum tam Imperialium, quam aliarum, excellentia, juraque atque privilegia pateant, ordine alphabetico, quæ mihi cognita, subsequentibus annotabo lineis.

CAPVT II.

Aquisgranum.

SVMMARIA.

1. *Aquisgrani situs & nominis ratio.*
2. *Palatium & templum Aquisgrani, à Carolo Magno extructum.*
3. *Turpini lapsus.*
4. 5. *Cur Aquisgranum Carolo præ aliis arriserit civitatibus.*
6. *Aquisgranum est caput, & sedes Regni Teutonici.*
7. *Regis Romanorum coronatio prima Aquisgrani perficienda.*
8. *Quæ symbola imperii Aquisgrani asserventur.*
9. *Aquisgranenses Cives à vectigalibus in toto Imperio immunes sunt.*
10. *Vbi Cives Aquisgranenses possint conveniri, & quando ab eorum liceat appellare Scabinis.*
11. *Cives Aquisgranenses ne extraneis à judiciis arrestentur.*

1. AQuisgranum (Ptolemæo *Castra Vetera*, Germanis Achen vel Acken / Gallis *Aix la Chapelle*) urbs in Menapiorum finibus, inter Rhenum & Mosam sita, loco depresso, & collibus fere cincto, ob commoditatem medicarum aquarum, ut credibile est, condita; nam in ea præcipuæ thermæ sunt, Regiæ alteræ, alteræ Corneliæ dictæ, ut locorum intercapedine, ita vi & facultatibus diversæ. Nomen accepisse fertur à Grano, Imp. Neronis fratre, atque ab aquis calidis, sive thermis, ab eodem ibi repertis; quasi dicas *Aquas Grani*, seu aquas à Grano repertas: Munsterus 3. *Cosmogr. cap. 214. pag. 707.* Adrianus Romanus *in urbium præcipuarum descriptione pag. 69.* Franciscus Irenicus *libr. 11. exegeseos Germaniæ fol. 199.* Alii nomen civitatis ab Apolline Graneo, sive Granno, ducunt, quem apud Germanos passim, maxime vero apud Rhætos cultum fuisse, testes citat monumenta,

quæ

quæ adhuc in lapidibus extant, Reusnerus *de urbib. Imperial. pag.* 30. Eam Carolus Magnus, ab Hunnis primum vastatam instauravit, palatio Regia magnificentia, temploque, auro & argento splendente extructo. Quorum illud anno 1381. à Normannis, in Germaniam irruentibus, exustum fuit; hoc propter arctissimam lapidum congeriem Vulcano resistente. Quod autem Turpinus, & ex eo Antoninus, templum illud, quod B. Virgini dicatum, ex præda, & auro Hispanico constructum dixerunt, falsum id esse contendit Petrus à Beeck *in Aquisgrano cap.* 1. Eginhardus hancce Basilicam describens, columnas & marmora Roma & Ravenna ex Italia advecta tradit, auri Hispanici non meminit; ut difficulter verum esse agnoscat Gryphiander, *de Weichbildis Saxon. cap.* 10. *num.* 12. quod ex *Chronico Treverensi* refert Freherus *in not. ad lib.* 1. *Petri de Andlo, de Rom. Imp. cap.* 13. *pag.* 157. Cæterum Carolo Magno cur Aquisgranum præ aliis in tantum arriserit locis, diversæ circumferuntur conjecturæ. Thuanus *libr.* 74. *histor. pag.* 89. Carolum vicinia Germaniæ, vel loci venationibus opportuni commoditate, captum arbitratur. Alii aliam comminiscuntur causam. Petrarcha enim *libr.* 1. *epist.* 3. (& ex eodem Estienne Pasquier *lib.* 5. *des recherches de la France ch.* 31. *pag.* 674.) refert, se à Presbyteris Aquisgrani audivisse, Carolum Magnum, victorias post ingentes, & acquisita dominia, amore plebeiæ cuiusdam fœminæ adeo fuisse captum irretitumque, ut insuper habitis Regni negotiis, & maiestate prostituta, Veneri nimium laxaverit fræna, non sine cordolio procerum Imperii. Verum contigisse postea, ut morbo gravissimo correpta hæc fœmina animam efflaverit suam, maximo omnium gaudio, qui sperabant fore, ut Carolus extincta amoris flamma, ad negotia Imperii animum converteret. At vero præter omnium opinionem Carolum, quasi mente viduum, cadaver illud osculis, complexibus, & eius generis aliis amantium blandimentis, tractasse invicem, ac si adhuc animæ contubernio frueretur. Et licet putrescens jam dum odorem aliorum naribus spirare occepisset ingratissimum, eo tamen non obstante Carolum consuetudinem conversationis non dereliquisse. Cumque nemo familiarium hoc ipsi, tanquam inconveniens, ausus fuisset explicare, Archiepiscopum Turpinum, cæteris ingeniosiorem, rem magica procuratam arte, suspicatum, nacta occasione cadaver probe excussisse, tandemque annulum eiusdem sub lingua delitescentem reperisse, sustulisseque. Quo facto eadem die, Carolum, postquam ad cadaver solito & consueto rediisset more, quasi profundo ex somno liberatum, fœtorem naribus percepisse, indeque mandasse ut removeretur. Contra vero ab eo usque termino amorem suum ad Archiepiscopum, qui prædictum gestabat annulum, convertisse; nec sine eodem potuisse lætum trahere spiritum. Quod postquam Archiepiscopus secum perpendisset, & ne fortassis annulus iste aliorum perveniret in manus, qui eodem abuterentur, illum proximum civitati in lacum proiecisse,

cisse,

ciſſe, hoc eventu, ut Carolus amore loci correptus eum privilegiis, palatio & monaſterio inſigni exornaverit, vitam ibi traduxerit ſuam, ſepulturamque elegerit mortuus. Verum huic narrationi parum fidei tribuendum monet Waremundus ab Ehrenberg *lib.1. meditam.pro fœder.cap.2.num.159.pag.241.* Senſus, inquit ille, repugnat naturalis, repugnat pietas Caroli, refragatur animus ſincerus, refragatur conſenſus hiſtoricorum, & rei narratio oſtendit fictam fabulam, ad pietatem miraculoſam alicuius Sacerdotis prætendentis magica arte Carolum inductum, & poſtea miro modo hoc malo liberatum. Mihi in re non adeo expedita inhærendum non eſt, ad alia, quæ hanc ad civitatem notabilia mihi ſuccurrunt, properare animus inſtat.

6. *Primo* itaque illud egregium, quod Carolus Aquisgranum caput & ſedem Regni Teutonici peculiari conſtitutione confirmaverit: ſeu, ut Guicciard. *in deſcript. Belgii p.312.* habet, juſſerit, quod cis Alpes haberetur principalis atque primaria ſedes S. Imperii, & Galliæ Regni. Innuit hoc, præter ipſius Caroli conſtitutionem, apud Goldaſt. *tom.2. conſtit. Imp. p. 8.* hymnus ſacer D. Carolo dicatus: *Vrbs Aquenſis, urbs regalis, ſedes regni principalis, prima Regum curia.* Et extant verſiculi in fronte propylæi cuiusdam domus ſenatoriæ Aquisgranenſis:

Carolus inſignem reddens hanc condidit urbem,
Quam libertavit poſt Romam conſtituendo,
Quod ſit trans Alpes hic ſemper Regia ſedes,
Vt caput urbs cuncta colat hanc & Gallia tota,
Gaudet Aquisgranum præ cunctis munere clarum,
Quæ prius Imperii Reges nunc laureat almi.

Et in alia quadam janua: *Hic ſedes Regni trans Alpes habeatur caput omnium civitatum & provinciarum Galliæ*: Guicciard. *d.loc.* Goldaſt. *in rationalib. d.tom.2. p.386.* Ruland. *de Commiſſar. part.2. lib.5. c.4. lit. L.* Galliæ vero nomen hac in inſcriptione non ſtricte pro Regno Galliæ, ſed etiam pro Germania ἐν πλάτει uſurpatum, docet Petr. à Beeck *in Aquisgran. c.1.* Gryphiander *d.tr. c.35. n.14. p. 126.*

7. *Secundo*, Aurea Bulla Caroli IV. *c.28. §.5.* claris innuit verbis, primam electi Regis Romanorum coronationem Aquisgrani perficiendam, de quo egi ſupra *lib.2. cap.4. n.6. & ſeqq.*

8. *Tertio*, Aquisgrani regalia Imperii ſymbola ex parte aſſervantur. Inde ſi coronatio Regis Rom. alibi inſtituatur, ſolent Electores eo evocare Capitulum & Prælatos Regalis Eccleſiæ Aquisgranenſis, atq; monere, ſecum prædicta ut afferant ſymbola. Ita factum annotavit Mateneſ. *lib.3. de coron. Ferdin. II. c.87.* quando electio Ferdinandi II. Auguſtiſſ. Imperatoris, erat peracta; ubi addit, evocatos comparuiſſe, atq; ſecum ex ſanctiſſimo ſuo lipſanophylacio detuliſſe, I. Gladium Caroli Magni Perſico acinaci non diſſimilem, cuius capulus aureus inſolétibus gemmis diſtinctus, & ſerpentis exuviis obductus, vagina vero inſigni portione monocerotis exornata: quo ordinarie Regia Maieſtas Equites auratos creat.

II. Li-

II. Librum Evangeliorum aureis literis scriptum, quem in sepulcro Caroli Magni, lamina argentea inaurata tectum, reperierunt. III. Sanguinem S. Stephani protomartyris, aurea capsa clausum, quæ puro auro & unionibus incrustata est.

9. *Quarto*, Aquisgranenses cives à vectigalibus in toto Imperio immunes esse scribit Sixtinus *de Regalibus lib.1. cap.5.n.71.* Ruland. *dicta parte 2. de Commissariis lib.5. c.4. lit. L.*

10. *Quinto*, cives der Statt Aach coram nullo alio seu extraneo judicio, ne quidem in Camera Imperiali, nisi coram Iudicio & Scabino civitatis, ihrem Schöpffenstul conveniri debent, ad justitiæ implementum recipiendum, excepto tamen casu justitiæ vel protractæ vel denegatæ, ob privilegia Cæsarea de annis 1376. 1434. & 1570. Gylmannus autem *tom.3. fol.75.* testatur, quod ad Cameram appelletur von dem Schöpffenstul der Statt Aach. & *fol. 32.* dicit; A scabinis zu Aach appellatur ad Cameram Imperialem 600. Gülden hoch. Alias etiam privilegium habent cives Aquenses, ne ab extraneis judiciis arrestentur de anno 1521. sequentis tenoris.

Zum Zwölften / nach dem Gräf vnd Schöffen des hohen Gerichts ihre Belohnung von der Gemein / nemlich von den Parteien / die vor sie zu Recht kommen / empfangen / Inhalt der Gesetze / vnd Vertrag darüber gemacht / vnd Gräfe vnd Scheffen vielleicht eine Zeit hero von den Parteien Geld gefordert / vnd genommen mögen haben / vmb sich an den Doctoren des Rahts zu befragen / welches dann zu mercklicher Schwachheit den Parteien reichen mag / so ist nun vertragen / daß fortan Gräfe vnd Scheffen / von keinen Parteien solches Geld fordern noch einnemen / sondern wann ihnen Raht der Rechtsgelehrten von nöhten were / ohne Kost der Parteien suchen sollen: Es soll auch vnser lieber Herr vnd Freund / der Ertzbischoff vorgemeldt / vnd Seiner Liebden Nachkommen / von den Doctoren vnd Rechts-gelehrten begehren / daß sie Gräfen

Daß Gräf vñ Schöffẽ kein Cõsultationgeld von den Parteien fordern / noch nemen sollen.

vnd

vnd Schöffen Vnterrichtung des Rechten / wo ihnen das von nöhten seyn wird / gutwillig mittheilen wolten.

Von Stapel / Ventgüter / vnd Wägē Gerechtigkeit zu Cöln.

Zum Dreyzehenden / als wir Jacob / Elect vnd Confirmirter obgerührt / zwischen den vorstehenden Parteien gütlich vertragen / daß alle Kauffleute / vnd sonst iederman / mit ihrer Kauffmannschaft vnd Gut / wie auch die Namen haben / ausgenommen die Ventgüter / die vnter dem Namen vnd Gut begriffen / vor Cöln den Rhein auf vnd ab / vnverhindert vnd vngeletzt / von den von Cöln / wegen ihrer Kauffmannschaft vnd Handthierung üben vnd treiben mögen: Es were aber Sach / das iemands mit seiner Kauffmannschaft / vnd Gütern zu Cöln / ans Land führe / vnd allda all solche aufschlüge / vnd veräussern oder verkauffen wolte / damit soll es gehalten werden / wie sich nach eines iederen Natur / Art / vnd Gelegenheit zu thun gebührt / auch von Alters Herkommen vnd gewohnlich ist / vnd die Güter die sich in den Wagen- vnd Kauffhäusern / als nemlich vnsers Herrn vnd Freunds / des Ertzbischoffs vnd der Statt Wagen / vnd Kauffhäusern zu hantiren oder zu wägen gebühren / mit dem soll es gehalten werden Laut der alten Tafelen / in den Wägen- vnd Kauffhäusern vorst. hangende: auch dem Vertrag zwischen S. L. vnd dem Raht von Cöln / in den Jahren 1495. aufgericht vnd gemacht: was aber Ventgüter / als Saltz / Häring / Bicking / Fisch / Drüg vnd gesaltzen Butter / Käß / Hönig / Oelig / fette Wahr / vnd alle andere Güter / die vnter den Namen Ventgütern / von Alters genant / begriffen vnd gehalten gewesen / vnd noch seyn / nichts davon ausgescheiden / soll niemands gebühren vor noch langs Cöln hinzufahren / sondern solches Gut soll von den Enden vnd stätten / da solches geklagt wird / auf denselben Botten vnd Asen vngemengt / vngetheilt / vnd vnverruckt zu Cöln kommen / vnd allda aus- vnd abgeladen werden / wie die Güter mit ihrer Certification / als das gewohnlich ist / zu kommen pflegen / vnd die andere Güter / sondern Certification / wie sich nach eines iedern Guts Herkommen gebührt / vnd von Alters gewohnlich gewesen / vnd noch ist / verhantirt / vnd verbraucht werden / vnd hiemit solche Erwerbung / vnd Bestätigung des Stapels / als Burgermeister vnd Raht vorlangs / von der Römischen Kaiserl. Maiestät erlangt mögen haben / weder Macht noch Vnmacht zu gegeben / noch aufgenommen seyn.

Daß Burgermeister vnd Raht zu Cöln dz Geleid geben sollen vnd mögē.

Zum Vierzehenden / als zwischen den obgerührten Parteien / von Geleide ins gemein / auch von Gifft vnd Gebrauch desselbigen Vbergebung geschehen / ist durch vns Jacob Electen vnd Confirmirten obgemeldt / vertragen / daß Burgermeister vnd Raht der Statt Cöln / desselbigen Geleids in Vbung vnd Gebrauch bleiben soll / in aller Massen / wie sie vnd ihre Vorfahren solchs gegeben vnd gebraucht haben.

Wie beyde der Ertzbischoff / vnd

Zum Fünfzehenden / sollen mit diesem Vertrage / alle vnd iede vorhergehende Fürwarten / vnd Verträge / vnd sonderlichen die Einigung zwischen dem obg. vnserm lieben Herrn vnd Freund / Herrn Herman Ertzbischoff von Cöln S. L.

Thum-

Thumcapitul / Edelmann / Ritterschaft / Stätte vnd Landschaft / im Jahr 1473. auf den H. Pfingstabend / aufgericht vnd den anderen Einigungen / zwischen demselben vnserem lieben Herren / vnd Freund an einem / fort Burgermeister vnd Raht der Statt Cöln / am andern Theil / auch zwischen denselben / Burgermeister vnd Raht / mit Gräfen vnd Schöffen des hohen Gerichts / gesetzt / geordinirt vnd gemacht / in allen ihren Puncten vnd Clausulen / so viel in diesem Vertrage nicht verändert seyn / in ihren Kräften verbleiben / auch so das von nöhten were / verneuert vnd verkündiget werden. Wann nun die vorgenante / vnsere gute Freunde / Burgermeister / Raht vnd Gemein der Statt Cöln / alle vnd jede obgeschriebene Articul / Puncten vnd Stucke / in guten wahren Treuen geredt vnd zugesagt haben / vor sich vnd ihre Nachkommen / dem obgenanten Herrn Herman / Ertzbischoffen von Cöln / vnserm lieben Herrn vnd Freunde / vnd S. Liebde Nachkommen / stät / vest / vnverbrüchlich / vnd aufrichtig zu halten / darwider nimmer zu ewigen Tagen zu seyn / zu thun / noch zu thun verschaffen / in einiger Weise: wie auch hinwiderumb derselbige vnser lieber Herr vnd Freund / der Ertzbischoff vor sich / S. Liebde Nachkommen / vnd Capitul zu Cöln / den gedachten Burgermeister / Raht vnd Gemein geredt vnd zugesagt / ihnen vnd ihren Nachkommen / gleicher Weise die obgeschriebene Articul / vnd Puncten allesamt / vnd jeden besonder / in diesen Concordaten begriffen / so viel die S. Liebde Nachkommen / vnd Capitul von Cöln berühren / stät / fest / vnd vnverbrüchlich / Fürstlich vnd aufrichtig zu halten / darwider nicht zu thun / noch zu verschaffen gethan werden / alles ohne alle List vnd Gefährde.

ein Ehrsamer Raht der Statt Cöln einer dem andern gelobt haben / vnd anderswo vorst. Puncten zuhalten.

Als auch derselbe vnser lieber Herr vnd Freund / der Ertzbischoff vorst. an der Päpstlichen Heiligkeit / auch von der Römischen Kaiserlichen Maiestät auf alle vnd jede vorgerührte Puncten / Articulen / hievor erklärt / vnd andere Sachen in der Commission begriffen / die derselbige vnser lieber Herr vnd Freund der Ertzbischoff vorst. darauf auch Citationem vnd Gebottsbriefe gegen die obgenante Burgermeister vnd Raht der Statt Cöln erlangt / auch Proceß mit Kundschaften in einer Remission vnd anders / wie die dann an einigen Enden darauf verhört vnd Urtheil darauf ergangen weren / gehalten hat / haben wir Jacob elect vnd confirmirt obgenant / zwischen den beyden Parteien gütlich gescheiden / vnd sie darumb in Massen / wie hernach folgt / vertragen / nemlich daß der obgenante vnser lieber Herr vnd Freund / der Ertzbischoff / S. Liebden Nachkommen / Ertzbischoffen zu Cöln / auch S. Liebden Thumcapitul / samtlich oder besonder / solcher ausgebrachter vnd erlangter Commission zu Rom / darzu auch von der Römischen Kaiserlichen Maiestät / auch die Citation / Remission / Proceß vnd Urtheil / Gezeugen vnd anders / mit allen ihren Anhängen / Umbständen vnd Verfolge / gegen die ehegerührte Burgermeister / Raht / vnd gantze Gemeinde der Statt Cöln / nimmermehr fürwenden / oder auch derselben gebrauchen sollen / zu den

Wie der Ertzbischof auf des Papsts vnd die Statt Cöln auf des Kaisers Processen verzeihen.

ewigen Tagen: desgleichen sollen Burgermeister / Raht / vnd gantze Gemeinde der Statt Cöln / der erlangten Kaiserlichen Maiestät Mandaten / mitinserirten Citationen / auch der Päpstlichen Remission / Appellation / Gezeugen / vnd anders / nimmermehr wider den ehegerührten vnsern lieben Herrn vnd Freund / Herrn Herman / Ertzbischoffen / S. Liebden Nachkommen / Thumcapitul noch Stifft / gebrauchen / noch dieselbigen S. Liebden Nachkommen / Thumcapitul noch Stift fürwenden zu den ewigen Tagen / doch sollen sie hiermit solcher Privilegien vnd Briefen / wie die ein ieder Theil vor sich ins Gericht gebraucht mag haben / in diesem gütlichen Entscheid nicht gezogen / noch denselben hiemit auch zugegeben / noch abgenommen werden / sonder hiemit soll aller Krieg / Zwitracht vnd Proceß / wie sich die zwischen beyden Parteien ergangen haben / nichs davon ausgescheiden / gäntzlich vnd zumal aufgehaben / vnd gefallen seyn / vnd bleiben zu den Tagen / sonder Gefähr vnd arge List / vnd soll auch ein ieder vnd seine Nachkommen / seyn vnd verbleiben / in dem Wesen vnd Stande / wie er vor Zeiten der Irrung / vnd Anfangs des Pflichts gestanden hat / in aller Massen als ob solche Irrung / Pflicht vnd Proceß / nicht angefangen oder gewest weren / doch hierinnen ausgescheiden / die Articul vnd Puncten / die hievor erklärt / vnd vertragen seyn / damit soll auch alle Vngnad vnd Vnwille / vnd Vnfreundschafft / zwischen beyden Parteien / vnd allen den jenigen / so von beyden Parteien darunter vertragen / oder der Sachen verwant weren / so fern dieselbe in andere Wege dem Stift oder der Statt Cöln nicht verwürckt hätten / gäntzlich hingelegt / todt / ab vnd verziehen seyn / vnd solches ohn alle Gefähr. Dieses zu wahrem Vrkund vnd zu ewiger Enthaltnuß / haben wir Jacob von Troy / erwehlter vnd bestätigter obgenant als Thädingsmann / vnd Scheidsrichter / vnser Sigel an diesen Vertragsbrief thun hangen.

Vnd so wir Herman / von Gottes Gnaden Ertzbischoff zu Cöln / vnd Churfürst / Hertzog zu Westphalen vnd Engeren ꝛc. Desgleichen wir Burgermeister / Raht / vnd gantze Gemeind der Statt Cöln zu Hertzen genommen / vnd bedacht haben / den mercklichen grossen Fleis / Mühe / Kost vnd Arbeit / so der obgenante vnser lieber Freund / vnd günstiger Herr von Cammerich / mit den verordneten des würdigen Thumcapituls / die im mercklicher Gezahl / zusamt Burgermeister / vnd andern Geschickten vnsers des Rahts / die alle an / vnd über diesem Handel gewest seyn / nun bey die fünfzehen Wochen / zu vnser beyder Theil / Stifts vnd Statt / auch anderer vmbliegender Lande / Wolfahrt / vnd Beste vorgewandt / vnd begehrt / vnd zwischen den beyden Theilen in eigener Person / so lang an- vnd abgeritten / biß S. Liebde vnd G. beyde Parteien vorst. solcher Irrung / Zwitrachtigkeit / gäntzlich vnd zumahl geschlicht / vnd vertragen / gefriedet vnd vereinigt haben: auf daß dann solcher Vertrag / vnd gütlicher Entscheid in Ewigkeit desto fester / vnd vnverbrüchlichen gehalten werde von vns Herman / Ertzbischofen zu Cöln

zu Cöln vorst. vnsern Nachkommen / Capitul vnd Stift / auch von Burgermeister vnd Raht / vnd gantzer Gemeind der Statt Cöln / vnsere Nachkommen / kräftig vnd beständig seyn vnd bleiben möge / so haben wir Herman Ertzbischof / vnd wir Dechant vnd Capitul der Thumkirchen zu Cöln / vnser vnd der vorst. vnser Kirchen / vnd vnsers Stifts Vntersassen zu gemeinem Nutz / Aufkunft / Frieden / Wolfahrt vnd Einigkeit / auch forter Zwitracht / Mord / Brand / vnd Blutverstörung zu beyden Theilen zu verhüten / mit reiffem vnd zeitigem Raht / Consens vnd Willen aller Stände des gemeldten vnseres Stifts / den Gräfen / Ritterschaft / Stätt / vnd Landschaft / vnd wir Burgermeister / Raht vnd gantze Gemein der Statt Cöln / mit samt dem genanten vnserm lieben Herrn vnd Freund / dem Ertzbischof vnd Capitul / aus dergleichen Vrsachen / vnd Bewegnuß / auch mit einhelligem Raht / vnd gutem Willen / diesen obgenanten Entscheid / Concordien vnd Vertrag / mit allen seinen Articulen / Puncten vnd Clausulen eingegangen / vnd denselbigen wie obgemeldt sicher angenommen / vnd vnter vns eine iede Partey der andern / in guten wahren Treuen zugesagt / gelobt vnd geredt / denselbigen also fest / stät / vnd vnverbrüchlich zu halten / darwider nicht zu thun / noch zu werben / weder durch vns selbst / oder iemands anders von vnseret wegen / heimlich noch offenbar / mit einiger Hand Weise / wie man die auch erdencken möcht / dieselbigen sollen alle zu diesem gütlichen Vertrag gäntzlichen vnd zumahl ausgescheiden seyn / nimmermehr zu gebrauchen / vnd darumb vnd zu mehrer Sicherheit / sollen wir beyde Parteien / vnsern Allerheiligsten Vatter den Pabst / desgleichen vnsern Allergnädigsten Herren / den Römischen Kaiser / in Vnterthänigkeit / vnd mit getreuem Fleisse bitten / daß Seine Heiligkeit eins mit Römischer Kayserlichen Maiestät diesen obgerührten Vertrag / Concordien vnd Einigkeit / also annemen zu lassen / bestätigen vnd befestigen wollen / doch ohne Abbruch vnserer ieder Theil an seiner Verthädigung / Vertragung / Einigung / Brief vnd Sigel / wie die zwischen vns beyden vorst. aufgericht vnd gemacht seyn / die alle sollen in ihrem Inhalt kräftig vnd mächtig verbleiben / ausgescheiden doch diese Puncten vnd Articulen / wie die nun / als oben geschrieben / vertragen seyn.

Wir haben auch des vnd allen vorgeschriebenen Sachen / zu wahrem Vrkund vnd Bekantnuß / sämtlich / vnd ieder Theil von vns obgenant / Ertzbischof / Capitul vnd Statt / insonderheit vnser Fürstlich / Capituls / vnd Statt Sigel / mit gutem Wissen an diesen Entscheidbrief / bey des vorgenanten vnsers lieben Herrn vnd Freunds von Cammerich Sigel thun hangen. Geschehen in der Statt Cöln / auf Saderstag / S. Marci des heiligen Evangelisten Tag / im Jahr nach Christi vnsers HERRN Geburt / 1506.

CAPVT XI.

Campidunum.

CAmpidunum, pervetus Almangaviæ oppidum, cuius mentionem quoque facit Ptolemæus, in quo castrum est montanum, sedes antiqua Principum, & Ducum Sueviæ: inter quos magni nominis fuit Hildebrandus, cuius filia Hildegardis in matrimonium collocata fuit Carolo Magno, fundatrix in eo antiquissimi fani, ac sacerdotii, à qua &, cum in vivis esset, prædiis locupletatum amplissimis, omniumque rerum affluentibus copiis ditatum, & post mortem eius honore sepulturæ, magnifice splendideque exornatum est: sub cuius Antistite, tanquam Principe Imperii, civitas illa fuit, donec ab eo se grandi ære redimens, & in plenam vindicans libertatem, tandem in potestatem, ac ditionem venit sacri Rom. Imperii: id quod factum est anno Christi M D XXV. Reusner.*d.tr.pag.163.*

CAPVT XII.

Colmaria.

COlmaria, sacri Romani Imperii civitas, in medio Alsatiæ sita. Quæ ratio sit nominis non satis constat. Sunt qui Columbariam eam vocant, à Columbarum auspicio sic cognominatam: alii à clava Herculis, quam in clypeo urbs ostentat, dictam esse augurantur. Sed vetus est opinio, ex veteris Argentuariæ urbis ruinis Colmariam extitisse, sicut Selestadium ex Elcebo. Excidium itaque Argentuariæ peperit Colmariam, quam postea vallo cinxisse fertur Wolfelinus, Præfectus Hagenoæ Cæsareus, cum antea fuisset vicus mediocris: quod factum est imperante Friderico II. Augusto Cæsare Romano. Multum damni ea olim civitas ab hostibus vicinis perpessa, ac præcipue Rudolphi, & deinde Adolphi Cæsaris armis obsessa vexataque est, propterea quod ea contra fidem datam ab ipso recesserat, autore Prætore urbico; qui postea per longum tempus ante Cæsarem, quocunque is proficisceretur, curru est circumvectus, ligatus super rotam erecta manu, in signum perfidiæ, teste Cuspiniano. Templa in ea urbe sunt, & cœnobia complura, partim à Bertha, Francorum Regina, quæ Caroli Magni genitrix fuit: partim ab Adelheide, filia eius, fundata; sub cuius jurisdictione & imperio aliquandiu ea civitas fuit, saltem dotis (ut videtur) nomine ei concessa: Reusner.*de urbib. Imperial.pag.76.*

CA-

CAPVT XIII.

Donavverda.

SVMMARIA.

1. *Nominis ratio.*
2. *Cui olim ſubdita.*
3. *Forma Reipublicæ.*
4. *Hodie ſub Bavari eſt dominio.*
5. *Hiſtoria proſcriptionis, ſeu banni, quo Civitas hæc percuſſa, & quid idem ſubſecutum.*

DOnavverda (quæ & Werda dicta) in Suevia ſita, ubi Bernicus & Danubius confluunt, Germanice Donawert / à Danubio ſcil. & Wernico, ſeu Bernico fluvio, qui urbem interluit, quaſi dicas Danubii vadum. 1. Ex caſis piſcatoriis in vicum, ex vico in oppidi formam redacta, quondam ad Dillingæ, vel Kyburgi Comites pertinuit. 2. His extinctis ad Sueviæ Ducatum devenit, imperante Henrico VI. qui ex Sueviæ Ducibus natus eſt. Senatum gubernant duodecim Præfecti & Conſules tres, quorum quisque menſes quatuor tantum Reip. præeſt, poſt eum ſecundus & tertius totidem menſibus conſulatum gerunt, donec confecto anni ſpatio ad primum gubernatio redit. 3. Ex ſenatoribus etiam eligitur Prætor, Stattamman. Cives præterea honeſtiores, ſeptuaginta numero, deliguntur, qui cum res incidit gravior, ad conſultationes adhibentur: Dreſſerus *de urb. Germ. p.595.* Fuit hæc ad noſtra usque tempora Imperii libera civitas, ſed hodie eam Bavariæ Dux, qui idem Elector Imperii eſt, ſubiectam detinet. 4. Et jam dudum contenderunt Boiarici Principes, eam olim ſuæ ditionis fuiſſe, & Ludovici Barbati tempore, non ſine magno diſſenſionum æſtu, favore Sigiſmundi Cæſaris adiutam, ſicut plerasque alias, in libertatem ſub Imperii patrocinio anno Sal. 1420. ſe vindicaſſe. A Cæſarianis bello Germanico capta, tamen Paſſavienſis pacificationis beneficio priſtinam libertatem recuperavit, quam dum petulantius (ut ſcribit Thuanus *lib.* 138. *p. m.* 1304. quod tamen negant civitatis patroni, & non citra colorem, ſi proba ſunt, quæ attulit Autor der beſtändigen Information facti & juris, wie es mit denen am Kaiſerlichen Hof/wider des Heiligen Reichs Statt Donawert ausgegangenen Proceſſen / vnd darauf vorgenommenen Execution / eigentlich vnd in Grund der Warheit beſchaffen ſey) exercuiſſet, anno 1607. amiſit. 5. Plebs & magiſtratus (ſubiungit Thuanus, cujus relationem hic, ſed cum notis ponam, parentheſi incluſis, non meo quidem ex cerebro, ſed ex *d. relatione* petitis, ut benignus lector inde poſſit judicium ſumere, quantum inter ſe differant iſti) in ea erat Proteſtantium doctrinæ addictus, quibuscum non bene cum Monaſterii S. Crucis, ab Dillinganis Comitibus olim fundati, Antiſtite conveniebat. Is ex more (Eccleſiæ Catholicæ, ſed non

non recepto, post religionis mutationem, in civitate, ubi processiones peractæ per plateam, non procul à monasterio sitam, sine campanarum, vocisque cantantium strepitu, complicatis vexillis usque civitatis territorium egressi) B. Marci die festo, à cœnobio per urbem explicato labaro, & omni sacri collegii choragio sequente incedere, & portam Danubianam, ad Assechimium vicum eadem pompa itare, inde post mystici sacri celebrationem, ad urbem eodem itinere domum redire consueverat. Monitus à Magistratu, ut supplicationes intra Cœnobii muros celebraret, (ut nihil novi moliretur, nec per medium forum, ut in animo habebat, contra receptum morem, procederet, & vexillum explicatum, quoniam procedere paratus, ad proximæ domus parietem adderet) neq; plebi ab his spectaculis alienæ ad iniuriam se exponeret. Ille, de prisca consuetudine nihil mutari posse, respondit, stare sibi libertate uti, & morem antiquum servare: & ita, re ad Cameram Imperialem delata, decretum. (Citatio emissa ad videndum, se declarari in pœnam fractæ pacis, & constitutionis religionis, cum annexo mandato sine clausula de non offendendo, nec turbando. Citationis dies erat 24. Octobr. anni 1605. Sed illa per quatuor menses suppressa, sive occultata, demum 28. Febr. anno 1606. Senatoribus insinuata, duabus horis ante exequias, quas tum temporis demortuo Catholicæ religionis civis filio, Abbas, pontificio ritu, & cæremoniis Catholicis, more in civitate nunquam post reformationem religionis usitato, aut concesso, peragere constituerat. Subinde Senatus ab Abbate petiit, ne lite pendente quicquam innovaret, sed ad receptum civitatis morem se componeret, quod si petitione insuper habita, animo suo morem gerere pergeret, se quidem ob reverentiam, quam Cæsari deberent, nullam ei in exequiis remoram iniecturos, aperta tamen protestatione jus suum salvum velle. Adhæc Senatus mandatum Cæsareum vitio obreptionis laborare excepit, atque cessationem eiusdem à Cæsarea petiit maiestate.) Igitur 7. Kalendas Maias ($\frac{15}{25}$. Aprilis anno 1606.) cum labaro cruce prælata, symphoniacis & toto collegio in viam se dat Antistes (admonitus à Senatu ne id ageret, annexa protestatione si id ageret) & per Danubianam portam ad locum consuetum pergit, in eoque post sacrum peractum, dum eodem ordine redit, plebem interea armatam obviam habet, quæ à pastoribus, ut creditur, incitata, discerpto labaro, & pulsatis iniuriose cantoribus, etiam in turba aliquibus, sive occisis, sive graviter sauciatis, omnem apparatum sacrum disturbavit, ut vix Antistiti cum suis ad monasterium tutus fuerit receptus. (Abbate procedente, fit concursus plebis, sed Senatus providentia, ab omni sibi temperat iniuria, tantum viam confecto claudit agmine, quo Antistes per plateam monasterio proximam perambulet) Inde querimonia ad Cameram delata (aulicum Cæsaris consilium) Rudolphus Cæsar Maximiliano Principi Boiarico, qui jam pridem talem offerri occasionem optabat,

man-

mandat, ut de re inquireret. (ſecundam emittit citationem 3. Septembr. anno 1606. ad videndum ſe declarari in pœnam banni, annexo mandato ſine clauſula, de non ulterius turbando nec offendendo. Contra Senatus variis utitur exceptionibus) qui delegatos confeſtim miſit (anno 1607. 13. Aprilis delegati Ducis Bavariæ civitatem ingrediuntur) furente adhuc plebe ludibrio habitos, unde nova rurſus non ſolum ab Antiſtite, ſed à Gulielmo (Maximiliano) Boiariæ Duce Imperialis mandati executore ad Cæſarem defertur querimonia, quam & mox ex compacto alterum proſcriptionis mandatum 7. Eid. Sextil. ſecutum eſt (Senatus ſe excuſat apud Cæſarem, propter turbam à plebe excitatam, exque eadem carceri addicit duos, ſed banno percutitur 3. Auguſt. anno 1607.) cui exequendo Gulielmus (Maximilianus) à Cæſare delegatur. Quo cognito Magiſtratus, qui plebi ab initio favere in occulto putabatur, cum quod factum erat, fruſtra infectum cuperet, ſera pœnitentia duci cœpit, & continuo Antiſtitem convenit, & urbani ſigilli autoritate firmato diplomate fidem obligat, integram illi fore, non ſolum ſupplicationum in urbe libertatem, ſed omnis ſacræ functionis, ad religionem Catholicam-Romanam pertinentis: inſuper damna omnia ab eo accepta ſarcire ſe paratum, & intra 6. Eid. Septembr. de ſeditionis autoribus diligenter inquiſiturum: interim duos ex iis, de quibus jam conſtat, Sebaſtianum Skenkium, & Eraſmum Geggelium, in manus delegatorum à Maximiliano Boiarico traditurum: idem de aliis complicibus, ubi probationibus confectis conſtiterit, bona fide facturum. Hæ conditiones apud alium quemvis, quam apud Gulielmum (Maximilianum) pondus habere poterant, & mandati Cæſarei executionem inhibere. (Dux Bavariæ accepto executionis mandato ſubdelegatos Donavverdam mittit, qui inter cætera monent, ſi mandatis Cæſareis ex aſſe pareant, captivos illos duos ſibi tradant, reliquosque complices denominent, fore ut declaratio banni ſuſpendatur. Senatus, in obſequentiam Cæſaris, proceſſiones certis conditionibus, atque certis in locis ſe permiſſurum Antiſtiti, ait, carceratos illos duos manui & poteſtati delegatorum ſubmiſſurum, cæterum de complicibus non habere quos denominet. Subdelegati, Senatus declarationem non ſatis æquo ſuſcipiunt animo, novamque paritionis illi præſcribunt formulam, cum comminatione finali Cæſarei banni. Annuit Senatus atque reverſales loco paritionis ſubdelegatis, juxtaque carceratos, tradit. Subdelegati hanc approbantes paritionem, civitatem non obſtantibus prioribus geſtis, rurſus Cæſareæ reſtitutam aiunt gratiæ. Subinde civitas Cæſari ſe obedientem denunciat, tantum orant ne ulteriori inquiſitioni ſubiiciantur. Præter hæc à ſubdelegatis iterum citra dilationem evocantur. Tota civitas ad obediendum ſe reſpondet paratam, reſervato tamen actionis jure; placet hoc ex parte ſubdelegatis, actionis reſervationem improbant. Civitatem advolant ipſi, ad ſingula capita purum expe-

expetunt responsum. Civitas postulat certam sibi designari horam, ea animi sui sensa integre & finaliter explicaturam. Subdelegatorum exinde crescit bilis, civitatem egrediuntur ex improviso. Civitas denuo se obsecuturam promittit, ad Cæsarem deprecatum mittit literas. Subdelegati iterum citatione pulsant universitatem. Comparet ista; illi reversales præscriptas urgent, hæc supplex facta petit, ne ultra mandatorum Imperialium tenorem prægravetur. Frustra tamen hæc omnia, cogitur enim reversalibus assentiri. Subdelegati palam fatentur, civitatem hoc ipso gratiosum Cæsaris in sinum rediisse. Dum vero isthæc subdelegatis valedicere parat, illi nova moliuntur, mandantque. Si quando unus, vel plures, Catholicæ-Romanæ religioni addictus jura civium, das Burgerrecht/ ab ipsa desideret, illud petenti ne denegent, ac si idoneus sit, ad Senatorium ordinem aliaque munera ut liberum ei relinquant aditum. Civitas etiam hæc præstare parata, tantum de religionis libertate sollicita est. Sed duriusculis verbis à delegatis increpatur, & novis addicitur reversalibus, sub comminatione publicationis banni. Civitatem qui repræsentabant, dilationem tridui petunt, quo concivibus sibi præscripta referant, sed patiuntur repulsam. Denique postquam nonnulli consensissent, illis licentia abeundi data est, sed redeundi necessitas iniuncta, cum comminatione banni, ni ratificationem peractorum, à suis concivibus referant. Cives etiam hisce assentiuntur reversalibus, tantum post paritionem ordinariam sibi reservant juris viam, petuntque ne novis concivium onerentur transmissionibus: denique ut commissionis Cæsareæ exhibeantur literæ. Nauseam hoc concitat subdelegatis, qui commissionis tenorem edere recusant, sed civitatis ad se subdelegatos arresto constringunt, civitatem ipsam citatione evocant, ad videndum se declarari in pœnam banni. Huius sequitur publicatio $\frac{2}{12}$. Novemb. atque executoriales publice affiguntur, qui prius arresto, nunc catenis vincti Monachium deducuntur.) Verum ille oppidi à maioribus amissi ex occasione recuperandi certus, nihil eas moratus 3. Non. Novembr. ($\frac{6}{16}$. Decembr. mane intra septimam & octavam) jam collato exercitu per fœcialem, cum delegatis missum, deditionem Cæsaris nomine imperat. cum Magistratus conditiones causatus tergiversaretur (civitas se dedere parata hisce conditionibus, ut immunis esset ab incendiis & prædatione, ut Augustana religio sibi libera relinqueretur, ut cives jam dudum captivi abducti de innocentia sua audirentur, ut milites ad securitatem civitatis conducti, liberi & immunes dimitterentur. Hisce consentientes ut habuerunt Bavaros, civitas illis dedita, qui immemores promissi civitatem deprædati sunt, atq; templum Iesuitis concesserunt) ille de conditionibus cum Cæsare agere jubet, & sine mora exercitum proficisci jubet. Is decem peditum millibus & septingentis equitibus constabat, cui Berneshusium præfecerat: 3. Eid. Dec. ad urbem admotæ copiæ, cum Oppidani denuo deditionem facere jussi, moras necterent,

Bernes-

Berneshusius Rainum proficiſcitur, ut tormenta ad vim faciendam adduceret, dum in eo eſt, tumultuantibus in urbe civibus quidam ex illorum numero ad eum veniunt, & his conditionibus claveis ſe tradere paratos oſtendunt, religionis libertatem Proteſtantibus relinqueret, à direptione miles abſtineret, innocentium rationem haberet, duobus vigilum vicariis veniam concederet, qui nihil niſi ad placandam plebem in ſeditione egiſſent, poſtremo ne mandatum Cæſareum in urbe exequeretur. Secundum hæc, remiſſis tormentis, quæ jam in itinere erant, metatores Donavverdam proficiſci juſſit, qui hoſpitia militi diſtribuerent. Verum ea die, quoniam jam adveſperaſcebat, plebe adhuc fremente, nihil agi potuit; ſed ſedato per noctem rumore mane Boiarici patentibus portis admiſſi ſunt. Cuſtodibus ad portas poſitis Berneshuſius ante omnia civium arma ad ſe comportari, & ſuſpectos comprehendi jubet; tum maius urbis templum, in quo Proteſtantes conciones habebant, Catholicis reſtitutum Ieſuitis attribuit. Maximilianus ut non tam mandati Cæſarei executione niti, quam fortuna velle ſe uti oſtenderet, cuncta ſuo nomine in urbe peragi, tam judicibus, quam reliquis magiſtratibus mandavit, ponderum & menſurarum aliarum, quam quæ in ſuæ ditionis urbibus uſurpantur, uſum omnino interdicit, & in memoriam antiquæ poſſeſſionis, per ducentos annos amiſſæ, & tunc recuperatæ, feſtum S. Thomæ quotannis ſolemni ſupplicatione celebrari juſſit, quo facto milites partim dimiſſi, partim Rainum & Vendingam ſunt amandati. Dum hæc agerentur, Suevici Circuli Principes & Vrbes, Vlmam conveniunt, Wurtembergicus Dux, Oetingenſis Comes, Eſelingæ, Nordlingæ, Halæ, Lindavii, Halbrunni, Memmingæ, Kaufbeuri, Eiſenaci, urbium Imperialium delegati, continuoque Cæſar eo mittit, & graviter eos monet, ne quid in eo conventu contra mandatum ſuum decernerent, quod Donavverdenſeis in contumacia ſua obfirmaret. Ad hæc illi, nunquam ſe de mandato Cæſareo violando cogitaſſe dicunt, tantum violentiam & arma deprecari, ne innocentes cum nocentibus eadem calamitate involvantur, & urbs à circulo Suevico avellatur. Inter has contentiones de urbe capta nuncius venit, qui iis in præſentiarum finem impoſuit, ad proxima Ratiſponæ comitia negotio remiſſo, in quibus actionem & interceſſionem, pro cauſa Donavverdenſium inſtituere poſſent. Quod negotium deinceps tentatum & multoties in comitiis repetitum, ſemper eluſum, & ad extremum exitu caruit. (Hactenus ex Thuano atque altero illo relatore.) Cumque anno 1619. menſe Decembri tum temporis Vnitorum Legati ad Bavariæ Ducem de reſtitutione Donavverdenſi inter alia verba feciſſent, ipſe reſpondit, ſe in hanc hypothecæ loco ſibi ſubiectam civitatem, aliud jus non prætendere, quam conſtitutionibus Imperii firmatum, expenſas in executionem banni à ſe factas ſi conſequatur, promptum ſe atque paratum eam dimittere. Confidere proinde tanto minus hoc nomine amplius quippiam à ſe poſtulandum, quanto ad reſtitutioné ſemper extitiſſet, atq; adhuc eſſet paratior. Quod ſi civitates

tes Imperiales, quæ potissimum restitutionem prædictam urgere viderentur, vel mediocrem expensarum partem (quas hoc prætextu in alios usus collocasse dicerentur) pro civitate Donavverdensi, sive donationis sive mutui titulo expendissent, sibique hoc modo tempestive fuisset satisfactum, jam dudum easdem intentionis suæ compotes fieri potuisse. Atque hæc quæ hactenus, aliorum secuti tradita retulimus, citra cuiusquam præiudicium, potissimum autem veritatis, si in uno, vel altero puncto ab eadem aberratum fortassis fuit, dicta atque enunciata protestamur.

CAPVT XIV.

Dinckelspula.

DInckelspyla vel Dinckelspula, à Dünckel/cuius copia in huius urbis agro nascitur, & Bühel/ quo collis significatur, quod ad colles, juxta hoc oppidum, copia quædam huius generis tritici nascatur: Dress.*de urb.Germ. p.*200. Antiquum Imperii oppidum est in Suevia ad amnem Bernicum sive Wernicium. Ex villa vicus primum parvus, ex vico oppidum est factum. Stagna & piscinas tot habere dicitur, quot annus habet dies. Fuit quondam, æque ut Hala, præsidium Suevorum adversus Francos, quemadmodum Roteburgum contra Francorum propugnaculum adversus Suevos finitimos: Reusner.*d.tr.p.*176.

CAPVT XV.

Eslinga.

SVMMARIA.

1. *Vnde ita dicta?*
2. *A quo jus civitatis nacta.*

1. ESlinga, Imperialis civitas Sueviæ, ad Neccarum, in valle Neccaria, à sono & clangore æris, quod ibi dies noctesque à fabris cuditur, quasi æris sonitus dicta, Eisenklingen/ hoc est, vallis æraria, aut clangor vel sonus æris. Nam utrumque hoc, vox illa Klingen quatenus nomen est, vallem; & quatenus verbum, clangere significat. 2. Primum hæc civitas à Friderico II. Cæsare condita, & muro fossisque munita, & multis privilegiis ornata esse legitur. Sex in ea urbe sunt cœnobia, præter alia publica, privataque ædificia, tam sacra quam profana. Academiæ Tubingensis, pestis tempore, aliquoties sedes fuit hospitalis, conventusque Imperii in ea urbe habitus est ab Henrico IV, Imp. anno M LXXVII. Reusner.*d.tr.p.*146.

CA-

CAPVT XVI.

Francofurtum ad Mœnum.

SVMMARIA.

1. *Olim cur dicta Helenopolis.*
2. 3 *Vnde dicta Francofurtum.*
4. *Quomodo divisa.*
5. *Eius elegia.*
6. *In eadem eligitur Imperator.*
7. *Explicatio c. 28 §. 5. A. B.*
8. *A banno* des Kampfgerichts zu Francken / *quomodo contingat liberatio.*
9. *Francofurtum olim sedes Cameræ Imperialis.*
10. *In eadem in arte gladiatoria creantur Magistri.*
11. *Privilegium*, daß kein Burger zu Franckfurt seine Tochter vnd Enckel wider seinen Willen einem Kaiserischen Hofdiener zu verheyrathen / getrungen werden möge.
12. *Richardi confirmatio omnium privilegiorum.*
13. *De non alienando Francofurto ab Imperio: item absolutio ab obligatione Nobilium.*
14. *Rursus de non alienando ab Imperio.*
15. Daß keine Vestung inwendig der Statt zu bauen.
16. Die Statt zu erweiteren vnd zu bevestigen.
17. Daß keine Burg noch Vestung innerhalb fünf Meilen vmb Franckfurt erbauet werden soll, auch keine neue Zölle angestellet.
18. Daß der Rath auswendig Franckfurt vnd Sachsenhausen Warten Schlagthürn / Gräben vnd andere Bevestigung machen möge.
19. Daß der Raht vnd Burger / des Reichs Panir auffstecken mögen.
20. Exemption von Collecten / Bähe vnd Steuren.
21. *Privilegium* über die warmen Wasserquell vnd Saltzsüde zu Soden.
22. *Privilegium* daß die Geistlichen ihre liegende Güter oder Gülten / so ihnen zum Seelgerähte von Weltlichen beschieden worden / in Jahresfrist begeben vnd in eines Weltlichen Burgers Hand verkauffen müssen; daß auch alle liegende Güter allein von Burgern zu kauffen.
23. Daß niemand zu Franckfurt / Geistlich oder Weltliche Fürsten / oder anderes Stands / Güter kauffen möge / dann allein die Burger vnd Beysassen.
24. *Privilegium* über die Meß / vnd daß die / so dieselbige besuchen / in des Reichs sonderbaren Schutz seyn.
25. *Aliud* über die Meß.
26. Kaiser Ludwigs Erklärung / wie es zu verstehen, wann andern Stätten oder Märckten Freiheiten geben werden.
27. *Ludovici* Zusagsbrief / daß weder Maintz noch andern Stätten / einige Meß gegeben werden soll / so denen von Franckfurt schädlich.
28. *Wenceslai* Confirmation vnd Erstreckung der Messen iede auf 14. Tage.
29. *Eiusdem Wenceslai declaratio*, wann die Messen aus- vnd angehen sollen.
30. *Confirmatio* über die Begleitung der Messen / auch wider die Acht vnd Oberacht.
31. *Privilegium* über die Nachsteuer / vnd zehenden Pfenning vor den Abzug.
32. *Privilegium super iuribus fiscalibus & bonis vacantibus, iisque quæ ab indignis auferuntur.*
33. Daß die Statt Franckfurt silberne Müntz schlagen vnd Wechsel machen möge / wie sie wollen.
34. *Aliud Privilegium de re monetaria.*
35. Daß die Statt guldene Müntz schlagen möge.
36. *Aliud privilegium de eadem re.*
37. *De non evocandis Civibus ad duella & iudicia extranea.*
38. 39. 40. 41. Wider die frembden Gerichte.

42. *An & quatenus appellatio detur à Civitate Francofurtensi, ex Wehnero.*

43. *Privilegium* über die Testamenta vnd letzte Willen.

44. *Privilegium* über die Schöpfen- vnd Rahtmannen Wahl.

45. Daß die Juden vnter ihnen selbst kein Gesetz machen/ noch Gericht anstellen mögen.

46. *Cardinalis Nicolai* Erklärung/ welcher Gestalt die Juden sollen gelbe Ringe/ ihre Weiber aber blaustreiffigte Schleier tragen.

47. *Sixti Papæ indultum* der Fasten halben.

48. *De non imponendo interdicto super debito pecuniario.*

49. Daß ob einer dieser Statt *privilegium*, so die ausserhalb angezogen/ nicht Glauben zustellen wolte/ derselb allhero kommen/ vnd deren Production allhier zu gewarten schuldig seyn solle.

50. Vertrag zwischen dem Ertzbischof zu Maintz vnd der Statt Franckfurt/ das Marckschiff vnd Geleid betreffend.

1. FRancofurtum ad Mœnum (olim *Teutoburgum* dictum, ut alii volunt: Reusner. *de urb. Imperial. p.* 64. vel, ut alii, *Helenopolis*: Munsterus *lib.* 3. *Cosmogr. c.* 401. *p.* 928. ab Imperatrice Helena, Constantini Magni matre, ita dicta: Adrian. Roman. *in urb. præcip. descript. p.* 145.) in finibus Franconiæ situm, Imperialis civitas est, à vado,
2. vel traiectu Francorum (vadum enim nobis Furt dictum) nomen mutuata, te-
3. ste Gunthero *lib.* 1. *Ligurin.*

Sed rude nomen habet: nam Teutonus incola dixit
Franconefurt, nobis liceat sermone Latino
Francorum dixisse vadum: quia Carolus illis
Saxonas indomita nimium feritate rebelles
Oppugnans, rapidi latißima flumina Mogi
Ignoto fregiße vado, mediumque per amnem
Transmisisse suas neglecto ponte cohortes
Creditur, inde locus mansurum nomen inhæsit.

Ferunt alii civitatem hanc anno 774. extrui cœptam à Franconibus, sub Rege Carolo Magno, postea vero collapsam, & à Franco, Marcomiri IV. filio (uti scribit Hunnibaldus) Duce Franconiæ, restauratam, ab eoque denominatam:
4. Adrian. Rom. *d. loc.* Mœno dividitur in duas partes, quæ ponte connectuntur: Harum una Francofurti nomen retinet, altera Saxhusium, hoc est, Saxonum domus appellatur. Fanum ibi S. Bartholomæi est, olim à Pipino Francorum Rege in honorem Salvatoris dedicatum, & amplissimo collegio Sacerdotum ornatum: ac demum à Carolo Magno, Pipini filio, splendide dotatum, cuius tamen facultates hodie non amplius sunt integræ, sed hinc inde dissipatæ, connivente ad hoc quondam Ludovico IV. Cæsare, propterea quod à Pontifice Romano potius, quam à Cæsare & Senatu Imperii stetisset illud collegium Sacerdotale, non sine crimine perduellionis, aut læsæ maiestatis: Reusner. *d. tr. p.* 65.
5. Henrico Stephano *in Encomio, quod huic urbi scripsit*, nundinalis Musarum Academia, Francofurtenses Athenæ, Musarum Nundinæ Mercuriales, & totius orbis

bis

his emporiorum compendium dicitur: Gerardus Mercator *in Atlante maior. p.251.* Quicquid enim dives Oriens, quicquid odoratus Arabs, quicquid delicatus Assyrius, quicquid Africa fertilis, quicquid spatiosa Hispania, quicquid fertilis Gallia potest habere præclarum, ita hic exuberat, quasi hic nascantur omnia, quæ ubique constant esse magnifica: Arumæus *dissert. ad A.B. th. 35. p. 74.* ut vero Petrus Lindebergius de eadem cecinerit:

Dives opum, mundi μυρεψικοσμος, Martia muris
Germana Aonidum filia Mercurii.
Et clara emporio, & rerum penuria cella est,
Urbs à Francorum sic vocitata vado.
Cui nil Dii superi, cui nil natura negavit,
Nam si quæ desunt, nec sibi mundus habet.

Nec minimam splendoris partem, quo inter cæteras urbes Francofurtum coruscat, *velut inter ignes Luna minores*, privilegia constituunt, quibus ab Imperatoribus affatim mactata dignoscitur. Est illud *primo* prænobile, quod hujus civitatis in gremio electio Imperatoris legis fiat præscripto: *cap. 1. §. & præterea* 18. *cap. 2. §. 1. & 3. A. B. Caroli IV.* Qua de re egi supra *lib. 2. cap. 3. n. 29. & seqq.* Quod si autoritatem Caroli IV. sequimur, dicamus necesse est, à tempore, cujus contrarii non habetur memoria, jugiter observatum, in civitate Francofurt. Regem eligere Romanum. Ita enim diserte scribit *in d. A. B. cap. 28. §. invenimus 5.* Verum si vocem, *in civitate*, in der Statt/ stricte acceperimus, Carolus contradictores habebit plurimos. Notant enim alii, ante A. B. moris fuisse, non in æde D. Bartholomæi, nec in ipsa Francofurtensi civitate, quæ per comitium clausa manebat, sed foris in campo Regem Romanorum eligere, qui si concordia electus, postea patentibus portis in civitatem admittebatur. Innuit hoc decretum electionis Ludovici Imperatoris apud Hervvardum *pro Ludovico contra Bzovium part. 1. p. 16.* Quod si discordantibus suffragiis duo fortassis electi fuerant, mos erat civibus Francofurdiæ, nullum admittere qui haberet imperii æmulum, nisi prius urbs aliquam quasi vim passa fuisset; adversarius interim, aut manum cum altero conseruisset, aut divisioni viam invenisset, ita ut unus fortiter regnaret, alter inglorius ac timidus abiret; ut loquitur Octavius de Strada *in vitis Impp. part. 3. p. 467.* Atque inde est quod legimus, quod alter alterum in agro Francofurdiano sive ante mœnia expectaverit, cum eodem manus conserere paratus. Apud Goldastum 2. der Reichssaz. *part.* 87. §. 29. reperio: daß der so in die Acht des Kampfgerichts zu Francken gefallen/ aus derselben nicht habe kommen können/ weder durch den Papst/ Kaiser/ König/ oder Landrichter/ wann gleich der Kläger darein bewilliget/ sondern habe sein Lebtag darein verbleiben müssen/ und diese Beschwerde tragen/ es habe sich dann begeben/ daß zween des H. Römischen Reichs Genossen/ und das H. Römische Reich/ mit Heereskraft zu Franckfurt gelegen/ und derselbe Aechter dahin kommen sey/ verwapnet auf

6.

7.

8.

nem weissen Pferde / vnd vor beyden geschickten die Spitz gebrochen / vnd durchkommen / so er dessen wahre Kundschaft an das Landgericht gebracht / hat ihn der Landrichter aufrecht aus der Acht lassen müssen. Qua dispositione idem quod modo diximus, firmatur. Sed & exempla eiusdem certaminis eorum, qui in Reges Romanos electi simul fuerunt, historiæ nobis suppeditant, in Henrico Landgravio Thuringiæ, & Conrado Friderici II. filio: in Ludovico Bavaro, & Friderico Austriaco: nec non in Gunthero Comite Schvvarzburgensi, & Carolo IV.

9. *Secundo,* illud quoque nobilitatem Francofurtensis civitatis auget, quod præterquam, ceu ex divina quadam officina inde Imperatores prodeant, etiam ipsa primum Cameræ Imperialis sedes fuerit constituta: Gail. *lib.* 2. *de pace publ. cap.* 1. *n.* 28. unde in Handhabung des Landfriedens aufgericht zu Worms *anno* 1495. *tit.* alle Register vnd des Reichs Lehenbücher ꝛc. mentionem fieri videmus, des Reichs Cammer zu Franckfurt. Licet vero eadem Camera Spiram postea translata fuerit, nullo tamen Francofurtensium delicto, sed utilitate Imperii id flagitante, factum dignoscitur.

10. *Tertio,* privilegium habet, ut præ reliquis civitatibus magistri titulum, artis gladiatoriæ peritis, per suos artifices tribuat: Dresserus *de urb. Germ. pag.* 250. Hoc licet Munsterus *d. t. pag.* 929. ita capiat, daß keiner an keinem andern Ort den Namen eines Freyfechters überkommen vnd erlangen möge / dann allein zu Franckfurt; tamen experientia & communi refutatur praxi. Præterea eiusdem civitatis varia sunt privilegia alia, quorum potiora subnecto.

11. Henrici Regis **Brief / denen von Franckfurt / Wetzflar / Fridberg** vnd Gelnhausen gegeben: daß niemand der Ort Burger seine Tochter oder Enckel wider seinen Willen / auch einem Kaiserischen Hofdiener zu verheyrahten getrungen werden möge.

HEnricus DEI *gratia Romanorum Rex, semper Augustus, fidelibus suis, Sculteti & universis civibus de Franckenfort, Wetzflaria, de Fridberg, & Geilinhusen, gratiam suam & omne bonum. Constantiam devotionis vestræ & fervorem fidei, quem multa jam per tempora circa nos & Imperium habuistis, salubriter advertentes, talem vobis damus gratiam & concedimus libertatem, ut nunquam aliquem vestrum, pauperem vel divitem, cogamus aut arctemus filiam vel neptem suam alicui de Curia nostra, seu extra curiam nostram, copulare aut tradere legitimam in uxorem, & in præsenti filiam fidelis nostri Iohannis Goldstein de Franckfurt à coactione, quam inceperamus pro R. servo nostro, dimittimus absolutam, nolentes deinceps aliquem civem vestrum ad talia cogere vel arctare, sed quantum possumus per simplicem petitionem proficere faciemus, nulla tamen mala adhibita voluntate. Ad cuius itaq; facti & gratiæ nostræ certiorem evidentiam præsens exinde scriptum fieri jussimus, & sigilli nostri munimine roborari. Datum apud Noriberg. Anno Dominicæ incarnat. M CC XXXII. XVIII. Kal. Febr. Indict. V.*

RICHAR-

RICHARDI REGIS CONFIRMATIO GENERALIS, 12.

darinnen den Burgern zu Franckfurt alle übrige Privilegia ins gemein / vnd darbey insonderheit bestätiget/zum Theil auch von neuen vns gegeben wird: Erstlich daß keiner sein Kind oder Tochter wider seinen Willen zu verheyrahten getrungen: Zum andern/ die Statt Franckfurt vom Reich nicht veräussert/sondern dabey immediate gelassen: Zum dritten/ noch ein Burger daselbsten Gelts willen zu erpressen von iemand aufgefangen werde. Vnd letzlich die Advocatia von Conrado Rege gestifftet/abgethan seyn soll.

RIchardus, DEI Gratia Romanorum Rex, semper Augustus, universis sacri Imperii Romani fidelibus præsentes literas inspecturis. In perpetuum cupientes ad imitationem Divor. Imperatorum Romanorum & Regum prædecessorum nostrorum, devotos & fideles sacri Romani Imperii specialiori prosequi gratia & favore, dilectis fidelibus nostris, universis civibus de Franckenfort, omnes immunitates, libertates, jura & privilegia ipsis à Divis Imperatoribus & Regibus Romanis prædesessoribus nostris concessa, & eorum consuetudines approbatas, autoritate Regalis culminis confirmamus, prædicta jura & libertates non minuere, sed augere, pro viribus disponentes. Præterea ipsis specialiter duximus indulgendum, ne aliquis civium prædictorum filiam vel neptem sive consanguineam tradere in uxorem alicui per nos absque suo pleno consensu aliquatenus compellatur. Insuper quidem nullus civium prædictorum per nos, vel per aliquem alium nostro nomine, pro aliqua pecunia extorquenda ab ipso singulariter aliquatenus capiatur. Ad hæc præsentium tenore promittimus & simpliciter protestamur, quod civitatem Franckenfortensem, Fridbergens. Wetzlariens. & Gailenhusens. à Nobis & Imperio nullatenus alienare seu separare volumus, sed eas immediate nobis & Imperio reservare. Præterea statuimus & mandamus, ut omnia bona & prædia, quæ hactenus cum prædictis civibus precariam Imperio persolverunt, quomodocunq; ad loca religiosa vel personas alias ecclesiasticas vel mundanas prædicta bona devolvi & transferri contingat, sicut ante ad solvendam precariam, bona ipsa nihilo minus teneantur. Insuper volumus atq; permittimus, quod quemadmodum ibi advocatia per Fridericum olim Imperatorem de consensu Principum deposita fuit, permaneat, ut nunc est. fructibus advocatiæ ipsius Sculteratus officio deputandis. Adhæc cum medietas monetæ nostræ Franckenfurt. & ligna fabricabilia, ut prædicti cives in eorum asserunt Privilegiis contineri, ad reparationem pontis Franckenfurt. fuerint hactenus deputata, nos id, prout recte & pie factum est, ratum habemus & gratum, & præsentis scripti patrocinio confirmamus præsenti edicto, universis & singulis districtius inhibentes, ne quis Cives eosdem contra hanc nostram confirmationem & gratiam impedire præsumat. Quod qui fecerit, nostræ Celsitudinis gravem indignationem incurret. Datum Moguntiæ, VII. die Septembris, indictione XV. Anno Domini millesimo ducentesimo, quinquagesimo septimo, Regni vero nostri anno primo.

Königs Wilhelmi Confirmatio specialis, de non alienando Francofurto ab Imperio. Item Absolutio ab obligatione Nobilium. 13.

WIlhelmus, DEI Gratia Romanorum Rex, semper Augustus, universis Imperii fidelibus gratiam suam & omne bonum. Ex benignitate regia provocari di-

gellous

dilectos fideles nostros cives Francofurtenses, quos amplectimur affectione sincera, absolvimus liberaliter & benigniter ab obligatione, quam feceramus Nobilibus terræ illius, nec volumus ipsos amodo distrahi, vel obligari sive alienari aut infeudari, sed ad servitia nostra & imperia decernimus ipsos de cætero conservandos. Datum apud Leyden IV. Idus Aug. Ind. XII. anno Domini M CC LIV.

14. Caroli IV. Privilegium, **daß die Statt Franckfurt von Kaisern vnd dem Reich nicht verpfändet werden möge/gegeben den Burgermeistern/ Schöffen/ Raht/ vnd Burgern gemeiniglich.**

WIr Carl/ von Gottes Gnaden Römischer Kaiser/ zu allen Zeiten Mehrer des Reichs/ vnd König zu Böheim/ Bekennen offentlich an diesem Briefe/ vnd thun kund allen Leuten/ die ihn sehen oder hören lesen/ wann Wir angeborner Güte allzeit darzu seyn geneigt/ wie Wir alle vnsere vnd des Reichs Getreuen bey ihren Rechten/ Freiheiten vnd Gnaden gnädiglichen behalten/ vnd mit Namen/ daß sie vor Vnrecht vnd Gewalt beschirmet vnd befriedet werden/ darumb haben Wir mit wolbedachtem Muht/ mit rechter Wisse/ vnd von Vollkommenheit Kaiserlicher Rechte/ den Burgermeistern/ den Schöffen/ dem Rahte/ vnd den Burgern gemeinlich der Statt zu Franckfurt/ vnsern vnd des Heiligen Reichs lieben Getreuen/ sonderliche Gnade gethan/ vnd thun ihn mit Kraft diß Briefs/ daß sie vor vns vnd das Reich niemand pfandbar seyn sollen vmb einerley Sache/ vnd wollen vnd sollen auch Wir vnd das Reich keine Pfandbriefe über sie geben/ vnd ob Wir Pfandbriefe über sie geben/ so sollen die Briefe keine Kraft haben. Mit Vrkund diß Briefes versigelt mit vnser Kaiserlichen Maiestät Insigel/ Geben zu Nürnberg nach Christi Geburt dreyzehenhundert Jahr/ darnach in dem sechs vnd sechszigsten Jahr/ an Sanct Barbaren Tag der Heiligen Jungfrauen/ vnser Reiche in dem ein vnd zwanzigsten/ vnd des Kaiserthumbs in dem zwölften Jahre.

15. **Königs** Richardi **Brief/ darinnen er den Burgern zu Franckfurt zugesagt/ keine Vestung inwendig den Mauren daselbsten aufzurichten oder zu bauen.**

RIchardus, DEI Gratia Romanorum Rex, semper Augustus, universis sacri Imperii Romani fidelibus, præsentes literas inspecturis gratiam suam, & omne bonum. Tenore præsentium simpliciter protestamur, nos civibus Franckenfurtens. dilectis fidelibus nostris legaliter promisisse, quod infra mures civitatis ipsius Franckenfurt nullam munitionem vel castrum aliquod construemus. & si forte à Sanctissimo Patre nostro, Domino summo Pontifice, fuerimus, quod absit, per diffinitivam sententiam reprobati, & alius Rex contra nos eligatur, qui ad obtentum regni & Imperii Romani nobis potior sit in jure, dictusq; summus Pontifex prænominatos cives & alios fideles nostros ad avertendũ eos à fidei nostræ cultu per sententiam interdicti & excommunicationis arctaverit, nos ipsos ex tunc à fidelitatis nobis præstito juramento,

& ab

& ab omni promisso, quo nobis, sicut fideles Imperii, sunt adstricti, dimittemus & pronunciabimus penitus absolutos. In cujus rei testimonium præsentes literas exinde conscribi, & sigillo majestatis nostræ jussimus communiri. Datum Magunt. VIII. die Septembris, indictione XV. anno Domini millesimo ducentesimo quinquagesimo septimo, regni vero nostri anno primo.

WIR Ludwig / von Gottes Gnaden Römischer Kaiser / zu allen Zeiten Mehrer des Reichs verjähen offentlichen an diesem Brief / vnd thun kund allen denen / die ihn ansehen oder hören lesen: Daß wir den bescheidenen vnd weisen Leuten / den Burgermeistern / dem Raht / vnd den Burgern gemeiniglichen zu Franckfurt / vnsern lieben Getreuen / vmb besondern danckbare Dienst / die sie vns vnd dem Reich gethan haben / vnd noch täglichen thun / die besondere Gnad gethan haben / vnd thun auch ihn sie mit diesem Briefe / die hernach geschrieben stehen.

16.

2. Ipse ab *Hain*, seu loco, nominis deducit originem; ut sit Hamburga, per syncopen, *Haimburga*: vel à voce *Ham*, qua sylva, sive saltus significatur, ein Forst / quod olim sylva, inter Alstriam & Billam flumina, Ham dicta, ibi fuerit. Quo nomine etiam alia loca appellantur, ut Ham in Hollandia, Ham in Westphalia,
3. Ham in Frisia: Ditmarsi Ham vocant salicetum, seu pratum. Alii originem ab *Hama* trahunt, insigni & strenuo milite: Münsterus *lib.* 3. *Cosmogr. cap.* 444.
4. *pag.* 1008. qui & Hamonem, & Hamam rejicit. Iohannes Goropius Becanus *lib. 6. antiquit Antverp. pag.* 661. eam à Ham / id est, pernis salitis deducit. Fuisse enim hic olim, ait, celeberrimum salsamentorum, & carnis porcinæ fumo du-
5. ratæ emporium. Dominum hæc civitas olim habuit Albionem Nord Albingorum Principem, qui Wittikindi patruelis fuit, & una cum eo Christianus factus est. Deinde Hermannus Billingus, inferioris Saxoniæ Dux, ab Othone I. creatus, sua ætate Hamburgum gubernavit, & post eum Benno filius. Extinctis autem Hermanni Billingi posteris, Lotharius Saxoniæ Dux, Adolpho, Comiti Schauenburgi, gubernationem Holsatiæ, & urbis Hamburgæ commendavit, quam etiam ille tenuit usque ad annum Christi 1137. Adolphus III. prædicti Adolphi nepos, accepta ab Hamburgensibus pecuniæ summa, qua ad profecti-

profectionem in terram sanctam, cum Friderico Barbarossa, indigebat, privilegia civitati attribuit ampla, quæ etiam ab Imperatore confirmata sunt. Privilegiorum tenor is fuit, ut intra duo milliaria ab urbe nemini liceret arcem ædificare: ne vectigalia pensitarent Hamburgenses in Albi, ad mare usque; ad nulla belli onera obligati essent Holsatiæ Comitibus, nec arresto ullo per Holsatiam adstringerentur. Etsi autem absente in Palæstina Adolpho III. Hamburga ab Henrico Leone eversa est, tamen recuperata est eadem, una cum Lubeca, ab eo ipso Adolpho, à Bernhardo Vrso, Saxoniæ Duce, adjuto. Verum non ita multo post Sclesvicensis Dux Woldemarus fratris Daniæ Regis ope utramque urbem, Lubecam & Hamburgum in ditionem suam redegit, Adolphumque prælio superatum, omni jure, quod in Holsatia habebat, exuit, in patriamque sedem ut reverteretur, coëgit: Rex vero Albertum, Orlamundensem Comitem, Hamburgæ præfecit, qui Senatui centum quinquaginta marcis argenti jus suum quod in urbe habebat, vendidit, eoque contractu, quasi gradum atque aditum ad libertatem civitatis jecit. Postea Adolphus IV. hanc ipsam libertatem, & cætera privilegia eidem confirmavit. Sic libera facta civitas, ait Dresserus *d. lib. pag.* 308. titulotenus tantum sub imperio Holsatiæ Comitum mansit. Non levis inde inter civitatem, & Holsatiæ Duces, contentio fuit in 6. comitiis Spirensibus, anno 1570. illa se liberam dixit; hi eandem sibi subjectam affirmarunt. Imperante Carolo IV. anno Christi 1375. cum Hamburgenses Rolandi statuam, in libertatis signum, in foro erexissent, & exemplo Lubecensium à fide Holsatis debita defecissent, Carolum Cæsarem, ad quem rei cognitio & judicium remissum, Tangermundæ ad Albim, secundum Holsatiæ Principes pronunciasse, & Hamburgenses ad obsequium Holsatis præstandum dejecta Rolandi statua, condemnasse*. Secundum hæc cives Christiano I. & ejus fratribus, Christiano III. qui & privilegia ipsorum confirmavit, fidem obstrinxisse, & folium urticæ, (folium rutæ dicit Dresser. *d. lib. pag.* 332.) quod Principum Holsatiæ insigne est, ab eo tempore passim urbis insignibus, in curia, portis, sigillo publico, ac moneta sculpsisse: à Cæsaribus ad Cameram citatos, hoc prætextu, quod Holsaticis subjecti essent, forum declinasse, inter ordines Holsatiæ olim ad conventus comparuisse, in quem usum & ædes proprias Segenbergæ habuerint. Cum vero ab Henrici Brunsuici exercitu ante sedecim annos infestarentur, auxilium ab Holsatis petiisse, quorum interventu res Bergendorpii composita sit. Denique nuper (anno 1544.) cum ad onera Imperii à Cæsarei fisci patrono cogerentur, ad Holsatos provocasse. Quibus rationibus utrinque re disceptata, nihil tamen certi pronunciatum, sed amplior de ea disceptatio ad Senatum (Cameram Imperialem) remissa est: Thuan. *lib.* 47. *p.* 637. *edit Aurelianensis.* Video sane Hamburgum pro Statu Imperii haberi, apud 7. Gylman.

* *Sunt qui sententiam hanc nunquam latam arbitrentur; Gryphiand.* de Weichbild, Saxon. cap. 78. num. 19.

Gylman. *tom.* 1. *Symphor. part.* 1. *tit.* 3. *vot.* 3. *pag.* 220. *num.* 1. & apud Reinking. *de regim. secul. lib.* 1. *class.* 5. *cap.* 3. *num.* 23. ubi ait: Non ita pridem Hamburgum, quod jam olim Imperiali decreto pro libera Imperii civitate agnitum, Regi Daniæ, tanquam Duci Holsatiæ, salva Imperii libertate, homagium, die Huldigung, præstitit, neque tamen ei subjugata est, ut notum. Verum quicquid sit, illud certum est, hanc civitatem immediatam Imperii dici haud posse respectu prædicti homagii, quod Holsatiæ præstat Duci. Quo tamen non attento, prætergressa curia provinciali, Cameram directo appellat: Thomas Michaël *disp. de jurisdict. th.* 54. *lit. c.* Quod etiam facit Susatum, Velalia, Hervordia, Spira, quæ omnes curias Dominorum, quibus homagio obstrictæ, in appellationibus prætereunt: Vietor *de caus. exempt. conclus.* 36. Anno 1556. & seqq.

8\. omnes naves, frumentum per octodecim milliaria vehentes, coëgerunt Hamburgenses ad se appellere, ut ibi venderetur: Dreier. *d. l. pag.* 108. Grave id tunc temporis visum Luneburgensibus, Stadensibus, Buxtehutensibus, & nostra ætate ab iisdem, nec non Othône & Francisco Othone, Ducibus Brunsuicensibus, & Lunæburgensibus, hoc, & aliis nominibus, contra civitatem Hamburgensem in Camera disputatum eo usque fuit, ut denique Hamburgum lata sententia restitutionem in integrum petere fuerit coacta. Qua de re extat *Informatio publici juris à patronis civitatis Hamburgensis facta, anno* 1620. *sub titulo*, Kurtze doch wol gegründte beständige Ausführung vnd Erklärung, wie es vmb die nachstverschienen 1619. ꝛc. Qua inter alia summo studio adstruere

9\. conantur, Hamburgensi Civitati jus stapulæ, seu geranii competere. Præterea, Hamburgum omne imperium in piratas, & delinquentes in Albi, à civitate usque ad maris oras, sibi datum privilegio Caroli IV. asseverat, unde etiam à civitate eo usque (per octodecim milliaria) securitatem commeantibus præstat.

10\. Auxit hoc privilegium Fridericus III. Imper. anno 1468. Cæterum prostat & aliud Caroli IV. privilegium, quo civitati Hamburgensi nundinas annales concessit. Ejus formalia hæc sunt:

11\. *IN nomine sanctæ & individuæ Trinitatis feliciter, Amen.* Carolus IV. *divina favente clementia Romanorum Imperator, semper Augustus, & Bohemiæ Rex, ad perpetuam rei memoriam. Inter cæteras sollicitudinum curas, quibus circa gubernationem sacri Romani Imperii noster frequenter distrahitur animus, illa tamen nobis est cura præcipua, & ad illa sedulum semper destinamus affectum, quæ commune bonum promovere videntur, & felicis Reipublicæ generare continuum incrementum, sacrarum terrarum Alamanniæ, & eas inhabitantium profectum uberem, & eorum status meliorationem gratuita consideratione pensantes, præsertim quod fluvius Albea dictus è Regno nostro Boëmia fluens ad mercimonia sive merces, super ipso hinc inde ducendas, aptus sit & valens, sic quod multis circumjacentibus locis fructum & utilitatem posit importare, ex certa nostra scientia, animo deliberato, sanoque Principum, Comitum ac Procerum nostrorum accedente consilio, ex*

nunc

xunt in aurea annis singulis, duabus septimanis ante festum Pentecostes, & octo diebus post dictum festum continue sequentibus, in civitate Hamburg super fluvio Albea prædicto, nundinas annuales, quæ alias annuale forum vocantur, autoritate Cæsarea, & de plenitudine Imperatoriæ potestatis, statuimus, indulgemus, & decernimus perpetuis affuturis temporibus celebrari per tres septimanas prædictas numerandas, continuo annis singulis duraturas: Ita videlicet, quod universi & singuli, ad dictas nundinas de quibuscunq; partibus accedentes, ibiq; per prædictarum trium septimanarum spatium, vel citra, morantes, & abinde recedentes, omnibus libertatibus, bonis consuetudinibus, iuribus & gratiis gaudere debeant & perfrui, quibus in & super aliis nundinis Civitates Imperii gaudent, vel quomodolibet potiuntur. Decernimus insuper & expresse volumus, quod Cives & Universitas civitatis Hamburg prædictæ, Mercatores & Advenas, nundinas præfatas tempore præscripto visitantes, una cum eorum bonis & rebus, ab omni molestia, iniuria seu violentia iuxta sui possibilitatem tueri, manutenere sine doli scrupulo debeant, & fideliter defensare. Requirimus igitur & hortamur attente universos & singulos Principes, ecclesiasticos & seculares, Comites, Barones, Nobiles, Civitatum & Oppidorum communitates, qui præsentibus fuerint requisiti, fideles nostros dilectos, eorumq; & eorum singulis, ac aliis omnibus nostris & Imperii sacri fidelibus, & præsentibus pariter & futuris, autoritate Imperiali firmiter præcipiendo mandamus, quatenus universos & singulos ad prædictas nundinas, tempore suprà dicto venientes, & abinde etiam recedentes, in nullo molestent, sed eis potius per loca & territoria sua de securo transitu & conductu provideant, eosq; a violentiis & iniuriis quibuslibet protegant & defendant, nec permittant ab aliis quomodolibet impediri, & in supradictis libertatibus, iuribus & consuetudinibus, protegere debeant, & efficaciter defensare. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc nostri statuti, indulti, decreti & mandati, paginam infringere, seu ei quovis ausu temerario contraire, si quis autem hoc attemptare præsumpserit, indignationem nostram gravissimam, ac pœnam mille marcarum puri auri, toties, quoties contrafactum fuerit, se noverit irremissibiliter incursurum, quarum medietatem ærario sive fisco Cameræ nostræ Imperialis, residuam vero partem iniuriam passis, decernimus applicari. Signum Serenissimi Principis & Domini, Domini Caroli IV. Romanorum Imperatoris invictissimi & gloriosissimi, Bohemiæ Regis. Testes huius rei sunt illustres, Rudolphus Dux Saxoniæ, Sacri Romani Imperii Archimareschallus, Otho Marchio Brandeburgensis, sacri Romani Imperii Archicamerarius, Principes Electores: Venerabiles, Iohannes, sanctæ Pragensis Ecclesiæ Archiepiscopus, Bertoldus Eystetens. Imperialis nostræ aulæ Cancellarius, & Albertus, Luthoniuffelen Ecclesiarum Episcopi: Illustres, Henricus Bregens. Rupertus Lignicens. Barnimus Stetinens. Duces: Spectabiles Burchardus, Burggravius Magdeburgensis, Iohannes Landgravius Luchtembergens. Henricus Comes de Montfort: Nobiles, Slabeo & Borso, fratres de Rosenberg, Fridericus & Theodoricus fratres de Schonemburg, Thymo de Roldis, Petrus & Iano de Wartemberg, & quam plures alii nostri & Imperii sacri nobiles & fideles. Præsentatum sub bulla aurea typario nostræ maiestatis im-

tis impressa testimonio literarum. Datum Pragæ anno Domini millesimo trecentesimo sexagesimo quinto, indictione tertia, quarto Calend. Februarii, Regnorum nostrorum anno decimo nono, Imperii vero decimo. Et ego Bertoldus, DEI & Apostolicæ Sedis gratia, Eystetens. Episcopus, sacræ Imperialis aulæ Cancellarius, vice reverendi in Christo Principis, Domini Gerlaci Moguntinensis Archiepiscopi, S. Rom. Imperii per Germaniam Archicancellarii, recognovi. Per Dominum Imperatorem, Petrus Iamne.

12. Pertinet huc ex parte statutum civitatis Hamburgensis, quo cautum, daß Gast mit Gast nicht handlen möge: hoc est, daß kein frembder vnd ausländischer ausserhalben offenen Jahrmärckten in der Statt von andern frembden kauffen / oder denselben verkaufen / besondern allein mit der Statt Burgern handlen solle.

13. B*Onifacius Episcopus, servus servorum DEI, dilecto suo filio Decano Ecclesiæ Sanctæ Mariæ Hamburgensis, Bremensis diœcesis, salutem & Apostolicam benedictionem. Sinceræ devotionis affectus, quem dilecti filii Procõsules, Consules, & Vniversitas Oppidi Hamburgẽsis, Bremensis diœcesis, ad nos & Romanam gerunt Ecclesiam, promeretur, ut votis eorum, illis præsertim, quæ ex devotionis fervore prodire conspicimus, quãtum cum DEO possumus, favorabiliter annuamus. Exhibita siquidem nobis nuper, pro parte dictorum Proconsulum, Consulum & Vniversitatis, petitio continebat, quod iuxta portum fluminis Albeæ, & prope mare Oceanum, sita est quædam turris Nigeo, alias* Nigewerck *nuncupata, dictæ diœcesis, distans à prædicto Oppido fere per decem & octo leucas partium Alamanniæ, quarum quælibet pro quatuor miliaribus partium Italiæ computatur, quodq; huiusmodi mare qualibet die naturali bis ibidem fluit & refluit, dictaq; turris per Proconsules, Consules, & Vniversitatem supra dictos, seu eorum prædecessores, magnis laboribus & expensis fuit constructa, ac hodiernis temporibus per eos, seu familiares eorum, sub maximis expensis conservatur & custoditur, ut venientes ad dictum portum, & navigantes ab eodem, plenam ipsius portus cognitionem possint habere, ad obviandum periculis & naufragiis, quæ multoties evenire possent, & evenirent, si dicta turris ibidem situata non esset, ac nulla alia cognitio dicti portus habetur, quam de turri supra dicta. Cum autem, sicut eadem petitio subiungebat, eadem turris in solitudine maris posita sit, ac fere per duas huiusmodi leucas ab fidelium habitatione, & præsertim à parochiali Ecclesia, ubi custodes huiusmodi, & alii in dicta turri degentes, Ecclesiastica sacramenta recipere tenentur, distare noscatur, & propterea tempore necessitatis propter fluxum maris & refluxum, custodes & degentes huiusmodi pro Missis audiendis, prædictam Ecclesiam, aut Rectorem eiusdem Ecclesiæ pro Sacramentis Ecclesiasticis, custodibus & degentibus ipsis ministrandis, dictam turrim interdum difficulter, quandoq; vero nullo modo possint adire, in magnam custodum & degentium huiusmodi periculum animarum: Quare pro parte Proconsulum, Consulum & Vniversitatis prædictorum nobis fuit humiliter supplicatum, ut ipsis, quod in dicta turri Altare portatile habere, super quo singulis, etiam tempore quo prædicta Ecclesia fuerit ecclesiastico interdicto supposita, per Sacerdotem idoneum*

Missam,

Missam, ac in die festi Nativitatis Domini nostri Iesu Christi plures Missas celebrari, nec non degentibus huiusmodi in dicta turri, & ad eam venientibus, Ecclesiastica Sacramenta ministrari facere valeant, concedere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur huiusmodi supplicationibus inclinati, discretioni tuæ per Apostolica scripta mandamus, quatenus, si est ita, præfatis Proconsulibus, Consulibus, & Universitati, quod in dicta turri habere * *altare portatile, cum debita reverentia & honore, super quo in loco alias ad hoc congruo & honesto Missam singulis diebus & in diebus festis prædicti plures Missas, etiam tempore, quo dicta Ecclesia fuerit Ecclesiastico interdicto supposita, in degentium & ad ipsam turrim venientium huiusmodi præsentia, per sacerdotem idoneum, excommunicatis & interdictis exclusis, celebrari ipsisq., degentibus & venientibus Ecclesiastica Sacramenta ministrari facere possint, dummodo degentes seu venientes huiusmodi causam non dederint interdicto, nec id illis contigerit specialiter interdictis, Apostolica autoritate licentiam largiaris, iure tamen dictæ parochialis Ecclesiæ & cuiuslibet alterius in omnibus semper salvo. Datum Romæ apud Sanctum Petrum IV. Idus Novembris, Pontificatus nostri anno secundo.*

14 Vom Statgericht vnd Raht zu Hamburg / non licet appellare in debitis liquidis & confessatis, nec etiam in causis iniuriarum & ædificiorum civitatis, & aliis valorem sexcentorum florenorum Rheinisch in Gold non excedentibus. In reliquis appellans infra decendium præter appellationem interpositam florenum Hamburgensem inferre ac deponere, insuperque juramentum appellationis, & cautionem pignoratitiam & fideiussoriam, vel in eventum juratoriam, auch mit Verhafftung seines Leibs / si appellatus id petat, præstare tenetur, ob sequens privilegium de anno 1554. Præiudicia extant apud Gylmannum *tom.1.Symphorem.part.2.tit.9.vot.1.fol.213.& tom.4.part.1.vot.64.fol.36.* Et *tom.5. fol.32.* idem dicit, à Scabinis zu Hamburg / ad Cameram Imperialem appellatur 600. floren. Item, vom Thumcapitul zu Hamburg / licet non sit Status Imperii: *tom.1.part.1.tit.3.vot.3 fol.220.n.1.* tamen ad Cameram etiam appellatur: *d. tom.3.fol.32.* De eo etiam, quod in causis debitorum liquidorum von Hamburg non appelletur, ita scribit Petrus Friderus Mindanus: Laudabili more syngrapharum executio summaria plurimis in locis Germaniæ recepta est (ut & Venetiis, Paduæ, Genuæ, Florentiæ, & in tota fere Italia) ut in Austria, Saxonia, Thuringia &c. adeo ut alicubi à debito aliquo liquido & confessato, contra proprium chirographum appellare non liceat, ut fit in Holsatia, item Francofurti ad Mœnum, Lubecæ, Hamburgi, & alibi &c. *lib.2. de mandat. judic. cap.70. §.7. fol.mihi 522.*

* *Constantinus Magnus curavit sibi fieri Ecclesiam portatilem, ut ea, ubicunq; locorum esset, circumferri posset, ad quam velut ad tabernaculum semper præsto fuerunt Sacerdotes, & Diaconi sine intermissione, ministeria divina juxta statæ Ecclesiæ ceremonias obeuntes: Niceph. Callist.* lib.7.hist. Eccles.c.46. *Sozomen.* lib.1.histor.tripart.c.9. *Altare est duplicis generis, mobile (quod portatile dicitur) & fixum: gl* in c. 1. de consecr. Eccles. *Tholos* Syntagm jur.lib.2.c.1.n.15.

Dictum Privilegium der Statt Hamburg über 600. Goldgülden Rheinisch/ tale est.

WIr Carl der Fünfte / von Gottes Gnaden Römischer Kaiser / zu allen Zeiten Mehrer des Reichs / König in Germanien / zu Castilien / Arragonien / Leon / beyder Sicilien / Hierusalem / Hungarn / Dalmatien / Croatien / Navarra / Granaten / Toleten / Valentz / Galicien / Majorica / Hispalis / Sardinien / Corduba / Corsica / Murcien / Giennis / Algarbien / Algeziren / Gibraltar / der Canarischen vnd Indianischen Insulen / vnd der Terræ firmæ des Oceanischen Meers ꝛc. Ertzhertzog zu Oesterreich / Hertzog zu Burgundi / zu Lothringen / zu Braband / zu Steyer / zu Kärnten / zu Crain / zu Limburg / zu Geldern / zu Calabrien / zu Athen / zu Neopatrien / vnd zu Würtemberg / Graf zu Habspurg / zu Flandern / zu Tyrol / zu Görtz / zu Barcinon / zu Artois / zu Burgund ꝛc. Pfaltzgraf zu Hennegau / zu Holland / zu Seeland / zu Pfird / zu Kyburg / zu Namur / zu Rossilien / zu Ceritania vnd zu Zutphen / Landgraf im Elsas / Marggraf zu Burgau / zu Oristani / zu Gociani / vnd des H. Römischen Reichs Fürst zu Schwaben / Cathalonia / Asturia / Herr in Friesland / auf der Windischen Marck / zu Portenau / zu Biscaia / zu Molin / zu Salins / zu Tripoli / vnd zu Mecheln ꝛc. Bekennen offentlich mit diesem Briefe / vnd thun kund allermänniglich / daß vns die Ehrsame / vnsere vnd des Reichs liebe Getreuen / N. Burgermeister vnd Raht der Statt Hamburg / vnterthäniglich haben fürbracht vnd zu erkennen geben: Wiewol sie vnd ihre Vorfahren vor zweyhundert vnd mehr Jahren mit sonderen Privilegien / Exemption vnd Freiheiten / Statuten / vnd præscribirten Gewonheiten / vnter andern dermassen versehen / daß von ihren von Hamburg Vrtheilen nicht weiter noch anderer Gestalt / dann auf der Statt Burg appellirt / vnd beruffen werden soll / wie sie dann bey solcher Freiheit von obberührter Zeit an / bis daher ruhiglich vnd vnverhindert gelassen / vnd darwider nicht beschwehrt worden / neben dem / daß auch einem jeden / vnter ihren Gerichten fürderlich vnd gebührlich Recht wiederführe / ergienge vnd gestattet / vnd wissentlich an denselben niemand beschwehrt / so würde doch je zu Zeiten / von denselben ihren Gerichten / durch ihre Burger vnd Vnterthanen / aus Vnnohtdurft / vnd allein zu Erweiterung / gefährlichen Verzug / Verlängerung vnd Ausflucht des Rechtens / an vns / vnd vnser Kaiserlich Cammergericht zu appelliren vnterstanden / daraus dann die Vollziehung gerechter wolgesprochener Vrtheilen verhindert würde / auch dieselben ihre Burger vnd Vnterthanen in mercklichen Schaden vnd Verderben führten / welches dann gemeiner Statt Hamburg zu Abnemung ihrer Nahrung / vnd sonst in andere mehr Wege zu hohen Beschwerden / gelangte / vnd vns darauf demütiglich angeruffen vnd gebeten / sie vnd ihre Burger hierinn gnädiglich zu versehen. Des haben wir angesehen solche ihre demütige zimliche Bitt / auch die getreue Dienste / so ihre Vorfahren / weiland vnsern Vorfahren am Reich / Römischen Kaisern / vnd Königen / löblicher Gedächtnuß / vnd dem Heiligen Reich / oft williglich gethan /

vnd

vnd sie vns/ vnd dem H. Reich/ hinfüro wol thun mögen vnd sollen / vnd darumb mit wolbedachtem Muht / gutem Raht/ vnd rechter Wissen/ den gemeldten Burgermeistern vnd Raht der Statt Hamburg / diese besondere Gnade gethan vnd Freiheit gegeben/ thun vnd geben ihnen die auch hiermit von Römischer Kaiserlicher Macht / Vollkommenheit / wissentlich in Kraft dieses Briefs / also daß nun hinfüro in ewige Zeit / von Burgern vnd Vnterthanen gemeldter Statt Hamburg/vnd sonst männiglich/hohes vnd nieders Standes/ niemands ausgenommen / von keinen Bey-oder Endurtheilen/ Erkantnuß oder Decret / so an ihrem Stattgericht / vnd einem Raht daselbst/ ergehen/ausgesprochen vnd eröffnet werden / in Sachen bekantlicher Schulden / Injurien oder Scheltwort / vnd die Gebäue der Statt belangend / vnd sonst gemeiniglich in allen Sachen/ da die anfängliche Klag oder Hauptsache / nicht über sechshundert Gülden Rheinisch * in Gold / sondern sechshundert jetzt gemeldter Gülden / oder darunter wehrt were/ weder an vns/ noch vnsere Nachkommen am Reich / oder an vnser Kaiserlich Cammergericht / noch sonst an kein ander Gericht / nicht appelliren / supplicieren noch reduciren solle noch möge in keine Weis / sondern dieselben Vrtheil / Erkantnuß vnd Decret / gantz kräftig vnd mächtig seyn / stät bleiben / vollnstreckt / vnd vollnzogen werden / vnd von gemeldter Statt Hamburg / oder einem Raht daselbst vollfahren vnd procedirt werden solle / wie sichs gebührt / von allermänniglichen vnverhindert. Vnd ob darumb von einem oder mehr Vrtheilen/ die nicht über sechshundert Rheinisch in Gold / wie obstehet / betreffe / welcher Gestalt / vnd von wem das beschehe/ appellirt / supplicirt/ oder reducirt / oder derselben Appellation/ Reduction/ oder Supplication/ an ein oder mehr von vnserm Kaiserlichen Cammergericht / oder andern Gerichten / aus Vnwissenheit oder Vergessenheit angenommen würde/ so setzen/ ordnen vnd wollen wir/ daß solches der obgemeldten vnser Begnadung vnd Freiheit vnnachtheilig vnd vnabbrüchlich / auch dieselbe Appellation/ Reduction vnd Supplication / vnd was darauf gehandelt vnd fürgenommen würde / gantz kraftlos / nichtig / vnd von Vnwürden seyn/ das wir auch alles vnd jedes/ von obberührter vnserer Kaiserlichen Macht / Vollkommenheit/ jetzo als dann / vnd dann als jetzt / vnnüglich vnd von Vnwürden erkennen / erklären / aufheben / vernichten vnd cassiren / vnd die obgemeldten Burgermeister vnd Raht der Statt Hamburg / vnd ihre Nachkommen / vnangesehen das alles/ sich obberührter vnser Freiheit vnd Begnadung gebrauchen / vnd Macht vnd Gewalt haben sellen vnd mögen / solche Vrtheil/ die also sechshundert Gülden

* Sechshundert Gülden Rheinisch in Gold / jeden Vermög des Niedersächsischen Craises neuen Müntzordnung 20. *Januar. anno* 1610. zu 33. Silbergroschen 4. gute Pfenning gerechnet/ thut 44. vnd einen halben Schilling Lübisch / machen 834. Zahlthaler/ 12. Schilling : oder jeden zu 36 Silbergroschen / thut 900 Zahlthaler / oder 1028. Reichsgulden/ 12. Silbergroschen ; den Gulden zu 21. Silbergroschen : *Aleman.* in palæstra consultat. IIX. quæst. princ. 1. partit. 10. pag. 459.

Rheinisch in Gold oder darunter betreffen / zu vollnziehen / vnd ferner wie sich nach rechtlicher Ordnung / vnd ihrer Statt löblichen Gebrauch gebühret / zu handeln / von allermänniglich vnverhindert. Wo aber die Hauptsach vnd Klag über gemeldte Summa sechshundert Gülden Rheinisch betreffe / vnd iemands ausserhalb angezeigter Fälle / in Sachen / da vnser vnd des Reichs gemein Recht vnd Ordnung im Reich solches zugeben / zu appelliren / zu suppliciren / oder zu reduciren vnterstünde / derselbige soll in zehen Tagen / so den appellirten zu Recht angesetzt / dem Raht zu Hamburg einen Hamburger Gulden neben der Appellation dann darzu erlegen / vnd diese Gelübde vnd Eid zu thun schuldig seyn / als daß er von ihrem Vrtheil / Erkantnuß / Proceß / Entschied oder Decret / nicht gefährlich / oder der Widerpartey ihre Gerechtigkeit aufzuhalten oder zu verhindern / appellirt / supplicirt / oder reducirt / sondern daß er nicht anders wisse noch verstehe / dann daß er eine gerechte Sach habe / vnd ihm zu Erhaltung seiner Gerechtigkeit / solche Appellation / Supplication / oder Reduction zu gebrauchen / vnd weiter Recht zu suchen Noht sey / daß er auch derselben Appellation / Supplication oder Reduction / wo er mit seinem Gegentheil nicht würde vertragen / in gesetzter rechtlicher Zeit / fürderlich nachfolgen vnd prosequiren wolle / darauf soll er den Parteien / wider die er appelliret / vmb zu erlangt Recht / so sie vor dem Raht zu Hamburg / auch Kosten vnd Schaden / so sie daselbst empfangen / vnd ihme mit Recht zuerkennet weren oder würden / wo er derselben seiner Appellation verlustig / oder zu gebührlicher Zeit nicht nachkomme vnd prosequire / gnug thun / vnd mit gnugsamer Caution / als Bürgen oder Gütern / abzulegen vnd zu erstatten / vergewissen / oder ob er solches der Massen nicht zu thun vermöchte / sich darfür / so fern die Widerpartey des nicht Benügen hat / mit seinem Eid vnd Verhaftung seines Leibs verpflichten / das alles / wie obstehet / eine iede Partey / so Laut dieser vnser Versehung vnd Begnadung / zu appelliren / suppliciren oder zu reduciren / zulässig / zu thun schuldig vnd pflichtig seyn solle / vnd so das beschicht / so sollen alsdann solche Appellationes aufgenommen vnd zugelassen werden. Da aber iemand solches obgeschriebener Massen nicht thäte / oder thun wolte / alsdann sollen vnd mögen die obgemeldte Burgermeister vnd Raht zu Hamburg / ihre gesprochene Vrtheil / Erkantnuß oder Decret / solcher Appellation vnverhindert / mit ihrer Execution nachfolgen / vnd zu endlichem Austrag / wie sichs gebühret / mit Recht volnstrecken vnd exequiren / vnd dardurch gegen vns / vnd dem Heiligen Reich / noch iemands anders / gar nichts misgethan haben / auch dieselbe Appellation / Supplication oder Reduction / darüber an vnser oder vnserer Nachkommen am Reich / Cammergericht / oder andern Gerichten / wie die zu Zeiten genant würden / in Recht nicht aufgenommen / zugelassen / noch darauf geurtheilt werden / in keine Weis / dann wir die ieko als dann / vnd dann als ieko / hiermit gänzlich vernichten / wiederrufen vnd kraftlos erkennen / von obbestimter vnser Kaiserlichen Macht Vollkommenheit / wissentlich in Kraft dieses Briefs / doch vns vnd vnsern Nachkommen

am

am Reich/ vnd dem H. Reich in Sachen/ so ie zu Zeiten in vnserm vnd des Reichs Namen gehandelt werden mögen/ vnsere Oberkeit vnd Gerechtigkeit hierinn vorbehalten. Vnd gebieten hierauf allen vnd ieden Churfürsten / Fürsten / Geistlichen vnd Weltlichen / Prælaten/ Grafen/ Freien / Herren / Rittern / Knechten/ Hauptleuten/ Landvögten/ Vitzdumben/ Vögten/ Pflegern/ Amptleuten/ Schultheissen/ Burgermeistern/ Richtern/ Rähten/ Burgern/ Gemeinden/ vnd sonderlich allen Hofrichtern/ Landrichtern/ Freigrafen/ Stulherren/ Freischöpfen/ Centrichtern / Westphalischen vnd andern Richtern / vnd Vrtheilsprechern / vnd sonst allen andern vnsern vnd des Reichs Vnterthanen vnd Getreuen / in was Würden / Stands oder Wesens die seyn / ernstlich vnd festiglich mit diesem Briefe / vnd wollen / daß sie die obgemeldte Burgermeister vnd Raht der Statt Hamburg / vnd ihre Nachkommen / bey diesen vnsern Kaiserlichen Gnaden vnd Freiheiten gäntzlich bleiben / deren geruhiglich gebrauchen vnd geniessen lassen/ vnd daran nicht irren oder verhindern / noch das iemand andern zu thun gestatten/ in keine Weis/ als lieb einem ieden sey/ vnsere vnd des Reichs schwere Vngnad vnd Straf / vnd darzu eine Poen / nemlich sechtzig Marck löttiges Golds zu vermeiden/ die ein ieder/ so oft er frefentlich darwider thäte / vns halb in vnsere vnd des Reichs Cammer / vnd den andern halben Theil obbemeldten Burgermeistern vnd Raht der Statt Hamburg vnd ihren Nachkommen / vnnachläßlich zu bezahlen verfallen seyn soll. Mit Vrkund dieses Briefs/ besigelt mit vnserm Kaiserlichen anhangenden Insigel. Geben in vnserer Statt Brüssel in Braband / am sechsten Tage des Monats Aprilis, nach Christi vnsers lieben HERRN Geburt / im 1554. vnsers Kaiserthumbs im vier vnd dreyssigsten / vnd vnserer Reiche im neun vnd dreyssigsten Jahre.

CAROLVS

Vt. A. Perenott.
Rea. B. Nevefs fct.

Ad Mandatum Cæsareæ, & Catholicæ
Maiestatis proprium.

Dis Privilegium ist am Kaiserlichen Cammergericht / anno 1554. den 28. Novembr. insinuirt vnd verbracht / vnd den 29. Martii anno 1555. durch Bescheid/ pro insinuato angenommen worden.

CAPVT XXIV.

Halla Suevorum.

SVMMARIA.

1. *Vnde dicta.*

2. *Officinas Salinarias quot habeat.*

3. *Aliud*

3. *Aliud Civitatis nomen.*
4. *Locus Monomachis destinatus.*
5. *Vexillum Hallense.*
6. *Moneta Hallensis.*
7. *Cives ad extranea non possunt vocari judicia.*
8. *Senatus ubi conveniendus.*
9. *Ab eodem non appellatur nisi summa excedat ducentos florenos.*

1. HAlla, Imperialis civitas, in Suevia ad Cocharum fluvium, qui eam interlabitur, à voce Græca τῦ ἁλὸς nominata, ex qua latine fit Sala, vel Saltz / & salina, quia fontes ibi aqua salsa fluentes, etiam Ptolemæi temporibus conspecti sunt. 2. Officinas salinarias, in quibus sal coquitur, ad centum & undecim habet. 3. Sedes Nobilium olim fuit, qui turres lapideas, instar castellorum in ea ædificarunt, à quibus Sibenburgum fuit vocata. 4. Hæc præsidium Suevis adversus Francos præbuit, & ludis, torneamentis, certaminibusq; singularibus nobilitata est. Quicunq; enim Nobiles per monomachiam, seu duellum, vindictæ cupiditatem explere voluerunt, his à Cæsaribus Halla, tanquam palæstræ locus fuit datus, ubi de fama & capite decertarent. Consentaneum esse scribit Dresser. *de urb. Germ. p.295.* autorem legum huius duelli fuisse Caracallam (crediderim vitio typographi hoc nomen pro Caroli esse positum) Imperatorem, qui eodem in loco ludos Germanis fecit, & duelli huius judicium ad Senatum populumque Hallensem transtulit. 5. Signum, sive vexillum Hallensium in expeditionibus Imperii inter antecursores & torarios est, cuius duo sunt colores, ruber & flavus, symbolum vitæ & mortis. 6. Licet Hallensibus cudere monetam argenteam, & auream, in qua est manus, & crux in aquila, signum trium personarum SS. Trinitatis: Crus. *lib. 9. vol. 3. p. 5.* 7. Præterea Cives Hallenses, zu Hall in Schwaben / privilegiati sunt contra das Landgericht Hertzogthumbs Francken zu Würtzburg / omniaque alia extranea judicia sive clerici sint sive laici: & conveniendi sunt coram civitatis Iudice, vor dem Schultheissen vnd Richter zu Hall. 8. Quod si Senatus & Consul Hallensis ob causas vel bona Reipub. conveniendus, illud coram Sculteto, vor des Reichs Schultheissen zu Hall / fieri debet, cui ad petitionem actoris Senatus adiungit quinque vel septem ex Senatoribus proximarum trium civitatum Imperialium: Quodque hi quinque vel septem vel maior pars cum Sculteto definierit, id ratum firmumque est, nec ulterius procedi potest, nisi justitia dolose protracta, aut denegata fuerit, ex privilegio de anno 1495. & anno 1521. confirmato, in quo etiam hoc specialiter cautum, quod Hallenses vicinos suos, qui cum Hallensibus negotiantur, ob debita quotidiana in urbe Hallensi arrestare & convenire queant, ita, ut nec avocari debeant aut possint. Tenor dicti privilegii est qui sequitur.

WIr Carl der Fünffte / von Gottes Gnaden erwehlter Römischer Kaiser etc. Bekennen offentlich mit diesem Briefe / vnd thun kund allermänniglich / wiewol Wir aus Kaiserlicher Höhe

lich Würdigkeit / darein vns Gott der Allmächtige / durch seine Göttliche Güte gesetzet hat / allezeit geneigt seyn / aller vnserer vnd des Reichs Vnterthanen Ehre/ Nutz vnd Bestes zu fördern / so ist doch vnser Kaiserlich Gemüht billich mehr geneigt zu denen / die wir in vnsern vnd des H. Reichs Sachen vnd Geschäfften / mit getreuen Dienstbarkeiten allezeit willig vnd vnverdrossen finden. Wann vns nun vnsere vnd des Reichs liebe Getreuen / N. Stättmeister vnd Raht / vnd Burgere gemeiniglich der Statt Schwäbischen Hall / durch ihre ehrbare Bottschaft demütiglich anruffen vnd bitten lassen / daß wir ihnen vnd ihren Nachkommen / alle vnd jegliche ihre vnd gemeiner Statt Hall / Gnaden / Freiheiten / Rechte / Briefe / privilegia, Handfesten / die ihre Vorfahren / vnd sie / von weiland vnsern Vorfahren am Reich / Römischen Kaisern vnd Königen / auch andern Fürsten vnd Herren redlich erworben / vnd bishero löblich herbracht vnd gebraucht haben / vnd insonderheit die Gnaden / Freiheiten / Ordnungen vnd Verträge / die ihnen von weiland Kaiser Friederichen vnd Kaiser Maximilian / vnsern lieben Herren / Vrenherrn vnd Anherrn / löblicher Gedächtnuß / gegeben vnd bestätiget seind / in allen vnd jeden ihren Stücken / Puncten / Articulen / Inhaltungen / Meinungen vnd Begreiffungen / als Römischer Kaiser / zu verneuen / vnd zu bestäten gnädiglich geruheten. Des haben wir angesehen solche ihre demütige ziemliche Bitte / auch die angenemen / getreuen / nützlichen Dienste / so dieselben von Schwäbischen Hall / vnd ihre Vordern / vnsern ehegenanten Vorfahren am Reich / Römischen Kaisern vnd Königen / oft williglich gethan haben / vnd noch täglich thun; Vnd mit wolbedachtem Muht / gutem Raht / vnserer vnd des Heiligen Reichs Churfürsten / Fürsten / Grafen / Herren / Edlen vnd Getreuen / vnd rechter Wissen / den jetzgenanten von Schwäbischen Hall / vnd ihren Nachkommen / alle vnd jegliche ihre Gnaden / Freiheiten / Rechte / Briefe / Privilegia, Handfesten / vnd altes Herkommen / vnd gute Gewonheiten / die ihre Vordern vnd sie / von weiland denselben vnsern Vorfahren am Reich / Römischen Kaisern vnd Königen / oder andern Fürsten vnd Herren / redlich erworben / vnd bißhero löblich herbracht vnd gebraucht haben / vnd darzu berührter Kaisers Friederichs / vnd Kaisers Maximilians Gnade / Freiheiten / Ordnungen vnd Verträge / ihnen obberührter Massen gegeben / in allen vnd jeglichen ihren Stücken / Puncten / Articulen / Inhaltungen / Meinungen vnd Begreiffungen / wie dann die von Wort zu Wort lauten vnd begriffen sind / als Römischer Kaiser gnädiglich erneuert / confirmirt vnd bestätet / ihnen auch insonderheit zu Ergötzlikeit ihrer getreuen Dienste / aus sondern Gnaden / diese Gnade vnd Freiheit gethan vnd gegeben / daß nun hinfüro in ewige Zeit / dieselben von Hall / ihre Burgere vnd Inwohnere / alle andere Burger vnd Bauren ihrer Nachbarschaft / so gewöhnlich die Statt Hall brauchen / vnd mit ihnen werben vnd hantiren / vmb tägliche Schulden vnd Forderungen / so sich in der Statt Hall begeben / daselbst aufhalten vnd rechtfertigen / vnd von den Personen derselben Nachbarschaft / so also aufgehalten vnd

gerechtfertiget / so ihre Gericht vnd Herrschaft ausser der Statt nicht geweigert / nicht gezogen werden sollen noch mögen : erneuen / confirmiren / vnd bestäten ihnen auch also von Römischer Kaiserlicher Macht Vollkommenheit / wissentlich in Kraft dieses Briefs / vnd meinen / setzen / vnd wollen / von derselben vnser Kaiserlichen Macht / vnd die nun fürbas hin also kräftig vnd mächtig seyn / vnd sie vnd ihre Nachkommen dabey bleiben / vnd der an allen Enden vnd Stätten gebrauchen vnd geniessen sollen vnd mögen / als ob die gemeinlich vnd sonderlich in diesem vnsernt Kaiserlichen Briefe geschrieben vnd begriffen weren / von allermänniglich vnverhindert / die wir auch also gnädiglich dabey handhaben / schützen vnd schirmen wollen. Vnd gebieten darauf allen vnd ieglichen Churfürsten / Fürsten / Geistlichen vnd Weltlichen / Prælaten / Grafen / Freien / Herren / Rittern / Knechten / Hauptleuten / Vitzdumben / Vögten / Pflegern / Verwesern / Amptleuten / Schultheissen / Burgermeistern / Richtern / Rähten / Burgern / Gemeinden / vnd sonst allen andern vnsern vnd des Reichs Vnterthanen vnd Getreuen / in was Würden / Standes oder Wesens die seyn / ernstlich vnd wollen / daß sie die benanten Stättmeister / Raht / vnd Burger gemeinlich der Statt Schwäbischen Hall / vnd ihre Nachkommen / an den obbestimten ihren Gnaden / Freiheiten / Rechten / Privilegien / Handfesten / alten Herkommen / vnd Gewonheiten / auch obbeschriebener vnser neuzegebenen Gnade / Freiheit / vnd dieser Kaiserlichen Verordnung / Confirmation vnd Bestätigung / nicht hindern noch irren / sondern sie von vnser vnd des Heil. Reichs wegen / dabey handhaben / schützen vnd schirmen / vnd gäntzlich dabey bleiben / vnd der geruhiglich geniessen lassen / vnd hierwider nicht thun / noch das iemand andern zu thun gestatten in keine Weis / als lieb ihnen allen / vnd ihr iedem sey / vnsere vnd des Reichs schwere Vngnad vnd Straf / vnd die Poen in bemeldten ihren Briefen vnd Privilegien begriffen / vnd darzu eine andere Poen / nemlich zwantzig Marck lötigs Golds zu vermeiden / die ein ieder / so oft frefentlich hierwider thäte / vns halb in vnsere vnd des Reichs Cammer / vnd den andern halben Theil den benanten von Hall / vnabläßlich zu bezahlen verfallen seyn soll. Mit Vrkund dieses Briefs / besigelt mit vnserm Kaiserlichen anhangenden Insigel / geben in vnser vnd des Reichs Statt Worms / den vier vnd zwantzigsten Tag des Monats Februarii, anno 1521. vnserer Reiche / des Römischen im andern / vnd der andern allen im sechsten Jahre.

CAROLVS.

Ad Mandatum Domini Imperatoris proprium
Albertus Cardinalis Mogunt.
Archicancellarius.

9. Est & Schwäbisch Hall de anno 1567. novo privilegio munita, ne ab ipsius sententiis appelletur, nisi summa ducentos florenos excedat.

CA-

CAPVT XXV
Hailbrunna.
SVMMARIA.

1. *Nominis ratio.*
2. *Ex pago urbs facta.*
3. *Privilegium.*

HEilbrunna, latine *salubris*, vel *salutis fons*, ad Neccari ripam, civitas & Imperialis Suevica, sic dicta, à copia salubertimorum fontium, quorum aquis sanari consueverunt infirmi, aut, ut aliis placet, quasi *Salis fons*, id est, Hal oder Saltzbrunn/ Ptolemæo *Halisson*: Reusner. *d.tr.p.*168. Ex pago in urbis formam redacta est anno Christi 2. 1085. vel, ut alii volunt, circa annum 1240. quo Imperii civitatibus imperante Friderico II. adscripta est: Dresser. *d.tr.p.*315. Eius privilegium refert Wehne- 3. rus *d.tom.*6. *Symphor. c.*7. *pag.*190.

CAPVT XXVI.
Isena.
SVMMARIA.

1. *Nominis ratio.*
2. *Quibus olim subdita.*
3. *Libertatem ut fuerit nacta.*

ISena, vel Isna, Jsne/ Imperiale oppidum in Rhætia prima, vel à fer- 1. ro, vel ab Iside Ægyptia, à Suevis olim culta, sic nominatum. Pa- 2. ruit Comitibus Veringensibus, qui cœnobium ibi condiderunt. Extincta Veringensi familia, in potestatem Dapiferorum de Walburg pervenit, & inter eos tandem ad Othonem, qui Leopoldum Austriæ Ducem, in quodam bello adiuturus, equites aliquot conduxit, quibus cum solvere stipendia non posset, pecuniam quidem conradere conatus est, sed frustra. Itaque à civibus suis Isnensibus pecuniæ summam non exiguam 3. sumpsit, eo pacto, ut à bello reversus eam redderet: Idque si faceret, ipsi in fide & obedientia manerent; sin minus, liberi essent. Sed è bello non rediit. Itaque liberi cives facti, civitatibus Imperii sese adscribendos curarunt: Dresser. *de urb. Germ.p.*343. Reusner, *de urb. Imperial.p.*208.

CAPVT XXVII.
Kaufbaiern.
SVMMARIA.

1. *Nominis ratio.*
2. *Cui olim subdita, & quomodo libera facta.*

1. KAufbairen / Imperii oppidum in Algoia, sive Alemania veteri, positum, quasi *Caviburnum*, sive *Cavinus Fons*, dictum; vel potius, ut Rhenano placet, à rusticis ædibus Cavinorum camporum, quorum Ammianus & Sidonius faciunt mentionem. Communis tamen fama & opinio est, ex origine Germanica 2. nomen hunc civitati inditum fuisse, quod latine est *emptus pagus*. Nam soluta pecunia quinquaginta millium aureorum in libertatem sese vindicavit, imperante Cunrado II. Domini autem huius oppidi fuerunt Barones à Villa, vom Hof / qui ex Gallia progressi in eum locum, ductu & auspiciis Lotharii Imperatoris, municipium ibi condiderunt, circa annum Christi 1342. In horum potestate ad annos ducentos fuit, & tum demum ornata & aucta est privilegiis amplis à Cunrado, Rudolpho, Adolpho, & consequentibus Imperatoribus: Dresser.*d.tr.pag.*347. Reusner.*d.tr.pag.*192.

CAPVT XXVIII.

Landavium.

LAndavium, sive Landavia, civitas Imperii Germanici transrhenana, ad montes Vogesi versus sita, Queicho amne irrigua. Fuit olim hæc civitas multo in angustiorem locum conclusa, quam nunc conspicitur, sed pomœrium eius deinde auctum est, augescente quotidie civitate ipsa, & civium multitudine, ob loci amœnitatem, & agrorum ubertatem, omniumque rerum abundantiam: inclusis intra mœnia tribus finitimis pagis, in ea parte civitatis, quæ ad D. Iustinum nuncupatur. A Ludovico IV. Cæsare ea pignori obligata Nemetum Antistiti, & multis post annis à Maximiliano I. Augusto iterum redempta, ac pristinæ libertati restituta: Reusn.*de urb.Imperial.pag.*83.

CAPVT XXIX.

Lindavia.

SVMMARIA.

1. *Situs.*
2. *Nominis ratio.*
3. *De initiis, & incremento urbis.*
4. *Quibus olim subdita.*
5. *Insignia civitatis.*
6. *De Magistratu civitatis.*

1. LIndavia, vel Lindavium, in lacus Podamici insula situm, oppidum Imperiale, lapideo ponte ducentorum & nonaginta passuum terræ annectitur. Ab Ortu Algoiam habet, ob Occasu Helvetiam, à Meridie Rhætiam & 2. Italiam, à Septentrione Sueviam. Nominatum videtur à tiliis, Linden / quorum copia

copia olim ibi fuit. Apparet Augusti Cæsaris propugnaculum fuisse adversus Vindelicos, & sequentibus temporibus Romanorum contra Alemannos, à quibus tandem locus ille vastatus est. Initia autem & incrementa urbs ita se dederunt: Circa annum Christi 810. cognatus quidam Caroli Magni, Adelbertus de Norbach/ è magno periculo liberatus, cœnobium D. Virgini, tanquam ex voto, ædificavit. Ad hoc cœnobium cum multi religionis causa confluerent, vicus extructus est: ex vico identidem ampliato, & aucto, oppidum est factum, in loco amœno, commodo & fœcundo situm. Quod primum Abbatissæ, deinde Ducibus Sueviæ paruit. Tandem sub Imperii potestatem & tutelam cecidit: Dresser. *d. tr. p.* 355. Ac multis propter virtutem donatum privilegiis, jus cudendæ quoque monetæ, & pro insignibus viridem tiliam in albo clypeo accepit: Reusner. *d. tr. p.* 188. Post conflagrationem anno 1275. à Rudolpho Habspurgio Rom. Rege multis donatum privilegiis, quo adversus Abbatissæ sententiam demum Consulis & Prætoris suo arbitratu eligendi jus obtinuit, qui cum Senatu libere jurisdictionem exerceret, sed in gravioribus negotiis (puta religionis, fœderis aut belli) inconsulto populo universo, & octo tribunis plebis, nihil ageret, ne scil. tyrannis, aut seditio existeret, id quod anno 1396. accidit, ubi Patriciis in ordinem coactis, Tribunitia potestas in Senatu prævalere cœpit.

5. 4. 5. 6.

CAPVT XXX.

Lubeca.

SVMMARIA.

1. *Situs.*
2. *Nominis ratio.*
3. *Quos agnoverit olim Dominos.*
4. *Quando libera facta.*
5. *Insignia Civitatis.*
6. *Splendor Civitatis.*
7. 8. *Quando à Senatu liceat appellare.*

LVbeca caput Wagriæ, in litore Balthico, vetusta Slavorum, sive Henetorum sedes, ad Suarde & Drave confluentem: Sic dicta quasi *laudis angulus*, Lobeck/ Eck des Lobs; quod decus sit urbium in isto littore, & limes Romani Imperii in Germania: vel à Corona lingua Vandalica, quod sit tanquam insignis corona Imperii Germanici: Adrian. Rom. *descript. urb. p.* 101. vel, ut alii, à Luba, piscatore quodam, qui primus ibi tenues casas, ubi nunc civitas jacet, ædificare cœpit: Reusner. *de urb. Imperial. pag.* 59. Buccovetium *in annalibus Polonorum* olim fuisse appellatam, memoriæ prodidit Iodocus Ludovicus Decius *in lib. de vetustatibus Polonorum*. Exiguum olim fuit oppidum ab Adolpho Holsatiæ Comite, Imperatore Cunrado III. extructum, & varias fortunæ, ac Dominorum vices expertum. Ab Adolpho enim Henri-

1. 2. 3.

cum Leonem, Saxoniæ & Bavariæ Ducem vi extortum, devenit. Hic sedem Aldenburgensis Episcopi in hanc urbem transtulit. Anno Christi 1162. à Leone in Imperii jus ac ditionem concessit; inde ad Henricum Leonem rediit, à Leone ad Adolphum III. inde ad Canutum Daniæ Regem. 4. Victis vero & eiectis Danis, autoritate Friderici II. Imper. in libertatem sese vindicavit. Hoc modo libera Imperii civitas facta est anno Christi 1209. Dress. *d.tr.p.*396. Friderici I. temporibus Imperio adscriptam hanc civitatem anno 1182. scribit Adrian. Roman. *d. tr. pag.* 102. consentiente quadantenus Reusnero *d.tr. pag.* 60. Sed utraque opinio vera est. Nam proscripto Leone, & Saxonia Bavariaque universa pulso, à Friderico Cæsare Barbarossa primo possessa, & Imperii urbs facta, arcem Comitum Wagriæ, ad Dravam, una cum libero fluminis usu, & immunitate vectigalium redemit. Mortuo deinde Cæsare, quasi postliminio, ad veterem Dominum reversa, ac post mortem eius aliquandiu Canuti Regis Danorum subiugata imperio. Demum prælio acerrimo cum eo commisso, Friderici II. Imper. autoritate, & sua cumprimis virtute ac potentia, integram libertatem adepta, in ditione deinceps Romani Imperii permansit. 5. Insignia huius civitatis sunt aquila in campo purpureo sive rubro, & niveo, hastis militaribus coronæ aureæ innitentibus. Mysteria horum insigniorum variis coniecturis explicat Sibrandus *in urbis Lubecæ, & Anseaticarum, nec non Imperial. civitat. jurib. publicis, part,* 2. *sect*, 8. 6. Insignis est amplitudo, splendor & dignitas huius civitatis: Caput est Hanseaticæ societatis, emporium celeberrimum, ædificiis ornatum undique. Consules in Senatu duodecim sunt, & quidem patricii, vel equestris ordinis viri, qui perpetuo Rempublicam gubernant, & custodes sunt libertatis, atque salutis civium: Dresser. *d.tr. pag.* 401. 7. Horum tanta est autoritas, ut non indistincte in qualibet causa ab iisdem ad Cameram detur appellatio. Olim summa appellabilis Lubecæ erant quadraginta floreni Lubecenses, quæ postea ad ducentos florenos Lübeckischer Wehrung / redacta est de anno 1534. & deniq; anno 1588 ad quingentos florenos aureos: infra quam summam nec à definitiva, nec ab interlocutoria appellare licet: Gylmannus *tom.* 5. *Symphorem. relat.* 6. *fol.* 17. & 20. Quod si in casibus permissis appelletur, pars appellans intra decendium præter appellationem interpositam, florenum Lubecensem deponere ac inferre, nec non juramentum & cautionem, sub noxa etiam corporis, si appellatus hoc petat, præstare debet, ob dictum privilegium de anno 1534. & 1544. Deinde plane non appellatur von Lübeck contra proprium chirographum vel confessionem, in debitis apertis, liquidis & confessatis: so für dem Stattbuch oder dem Necklerbuch geschehen / vigore dictæ concessionis Cæsareæ: Qua de re Frider. Mindan. *lib.* 2. *de mandat. judic. cap.* 70. §. 7. *fol.* 522. ita scribit: Laudabili more syngrapharum executio summaria plurimis in locis Germaniæ recepta est, ut in Austria, Saxonia, Thuringia &c. adeo ut alicubi à debito aliquo confessato & liquido, contra proprium chirographum appella-

re non

non liceat, ut fit in Holsatia, item Francofurti ad Mœnum, Lubecæ, Hamburgi & alibi; item Venetiis, Paduæ, Genuæ, Florentiæ, &c. & in tota fere Italia.

Privilegium der Statt Lübeck auf 200. Gülden Anno 1534.

WIr Carl der Fünfte / von Gottes Gnaden Römischer Kaiser / zu allen Zeiten Mehrer des Reichs / König in Germanien / zu Castilien / Aragonien / Leon / beyder Sicilien / Hierusalem / Hungarn / Dalmatien / Croatien / Navarren / Granaten / Toleten / Valentz / Galicien / Maiorica / Hispalis / Sardinien / Corduba / Corsica / Murcien / Giennis / Algarbien / Algezirén / Gibraltar / der Canarischen vnd Indianischen Insulen / vnd der terræ firmæ des Oceanischen Meers ꝛc. Ertzhertzog zu Oesterreich / Hertzog zu Burgundi / zu Lottringen / zu Brabant / zu Steier / zu Kernten / zu Crain / zu Limburg / zu Lützenburg / zu Geldern / zu Calabrien / zu Athen / zu Neopatrien / vnd zu Würtemberg ꝛc. Graf zu Habspurg / zu Flandern / zu Tyrol / zu Görtz / zu Barcinon / zu Arthois / zu Burgundi / Pfaltzgraf zu Hennegau / zu Holland / zu Seeland / zu Pfird / zu Kiburg / zu Namur / zu Rossilien / zu Ceritania / vnd zu Zutphen / Landgraf zu Elsas / Marggraf zu Burgau / zu Oristani / zu Gociani / vnd des H. Römischen Reichs Fürst zu Schwaben / Cathalonia / Asturia / Herr in Friesland / auf der Windischen Marck / zu Portenau / zu Biscaia / zu Molin / zu Salins / zu Tripoli vnd zu Mecheln ꝛc. Bekennen offentlich mit diesem Briefe / vnd kund allermänniglichen / wiewol wir allezeit geneigt seind / allen vnd ieglichen vnseren vnd des H. Reichs Vnterthanen vnd Zugewanten / vnsere Gnade vnd Mildigkeit zu erzeigen / so ist doch vnser Kaiserlich Gemüht viel mehr begieriger / die sich bey vns vnd dem Heiligen Reich in getreuem Gehorsam / vnd mit Darstreckung ihrer Leibe vnd Güter / in mannigfaltige Wege mildiglich erzeiget vnd bewiesen haben / mit noch mehr Gnaden vnd Freiheit zu begaben vnd zu versehen. Wann vns nun die Ehrsamen / vnsere vnd des Reichs liebe Getreuen / Burgermeister vnd Raht der Statt Lübeck / durch ihre Ehrbare Bottschaft / haben fürbringen lassen / wie das weiland der Durchleuchtigste Fürst / Kaiser Maximilian / vnser lieber Anherr seeliger löblicher Gedächtnuß / die Statt Lübeck / aus etlichen beweglichen Vrsachen / vnd sondern Gnaden / die er zu derselben / vnd vmb ihrer getreuen Gehorsam vnd Dienste willen getragen / gnädiglich gefreiet vnd fürsehen habe / daß niemand von einiger interlocutoria oder Endvrtheil / Erkantnuß / Entscheid oder Decret / so durch die von Lübeck in ihren Rechten vnd Gerichten gesprochen so die anfängliche Klag nicht über viertzig Gülden Lübecker Wehrung antreffe / weder an vns / oder vnsere Nachkommen am Reich / nicht appelliren solle / alles Laut seiner Maiestät Briefe / darüber ausgegangen / vnd aber bisher von etlichen / vnangesehen vnd über das alles / vnd auch daß sie einem ieden / so das Recht bey

A Senatu Northuſano, der Statt Northauſen, ad Cameram Imperialem appellatur, ut teſtatur Myſingerus *reſponſo* 2 *dec.* 13. *num.* 110. *verſ.* zu Northauſen,

5.

sen / *fol.* 124. *& seq.* ubi ita scribit: Zu Northausen ist die Vogtey des Heiligen Römischen Reichs / der Vogt ist der Graf von Hohenstein: aber dessen vngeacht / so hat der Raht alle Bottmässigkeit über die Burger / exerciret alle actus meri & mixti imperii, & simplicis jurisdictionis, halten ihres Rechts vnd Gerichts Knechte / Stockmeister / vnd Scharpfrichter. Sie haben den Angrif / Stock vnd Thurn / vnd wann ein strafbarer ergriffen wird / so lassen vor ihnen / hoc est, vor dem Raht Anklagen / Antwort / Ein- vnd Widerreden / auch judicia ad torturam einlegen / holen vnd sprechen die Vrtheil / vnd lassen die torturas durch ihre Kriegsmeisterschaften von dem Scharpfrichter verrichten: Daselbst hat der Vogt nichts mitzuthun / biß so lang der angeklagte zu endlichen Ausspruch des Vrtheils / vnd execution desselben erlangt vnd erstanden worden. Wann das geschehen / wird es dem Grafen zu Hohenstein / als dem Reichsvogt zugeschrieben / vnd er gebetten / daß er seine Richter von Clettenberg wolle schicken / vnd das Halsgericht hegen lassen. So heget alsdann der gesandte Richter das Gericht / von wegen des Reichs / der Statt Northausen / vnd des Grafen / als Reichsvogts. Dem Richter werden zugesetzt zween Schöpffen / die sind Rahtsherren / sprechen die Vrtheil / oder Borgen (wie es genant wird) an den Raht / der spricht die Vrtheil / vnd wird gleichwol vom Gericht an den Raht appellirt. Vber dieser Vogtey seind die Grafen vnd Statt vor etlichen Jahren irrig worden: dann die Grafen haben wollen im Flor vnd Feld auch über Hals vnd Hand richten / vnd einen erschlagen Menschen aufheben / der Raht hat solches gefochten / auch die Grafen zur transaction gebracht / nach Anweisung derselben wird es gehalten / wie oben vermeldet. In gedachter Statt Northausen ist das Schultheissen-Ampt des Landgrafen in Thüringen / der bannet sein Gericht auch von wegen des Reichs / der Statt Northausen / vnd des Landgrafen in Thüringen / ietzo des Churfürsten zu Sachsen. Die Scabini sind Rahtsherren / fällen das Vrtheil / der Raht spricht / vnd gibet gleichwol die appellation an Raht / vom Raht an das Kaiserliche Cammergericht immediate. Item, der Raht vergleitet die ausgetrettene / da doch sonst der Schultheiß das Gleitgeld / aber wenig / von iedem Faß Bier einen alten Pfenning nimt. Item der Schultheis thut Hülffe / vnd verhängt den Kummer vnd Arrest: wird einer Burger / gibt er dem Raht sein Burgerrecht / das ist / zween Thaler / dem Schultheis allein achtzehen Pfenning.

CAPVT XXXVIII.

Offenburgum.

OFfenburgum Imperiale oppidum Brisgavorum, ad Cynthium amnem situm, quasi Offonis pyrgum seu castellum. Ab eo enim constructum esse perhibetur, cum ex Anglia in Germaniam profectus esset. A parvis initiis

initiis eo processit fortunis & opibus, itaque locupletatum est, ut Imperii municipium sit factum: Dresser.*d.tr.p.*493, Reusnerus *d.tr.pag.*100.

CAPVT XXXIX.

Ratispona.

SVMMARIA.

1.2.3. *Varia eius nomina.*
4. *Q[u]ibus subdita & quando libera facta.*
5. *Quinque Status Imperii in Civitate degunt.*
6. *Tot sacella habet, quot annus dies.*
7. *Pontem quis construxerit.*
8. *Cives ad aliud non vocantur tribunal.*
9. *Iudices primæ instantiæ quos agnoscat civitas.*
10. *Causæ iniuriarum ubi agitentur.*
11. *Clerici quatenus civitatis ll. subiecti.*
12. *Quando à Senatu, & Prætore eiusdem liceat appellare.*

RAtispona, civitas Imperialis, ad Danubium, pervetus & populosa, à Tiberio Cæsare condita, à quo etiam *Tiberina*, & *Augusta Tiberii* nominatur, quasi dicas castrum Regium, Germanice Regenspurg, quod est *Regispurgum*, à quo etiam *Reginopurgum* fuit dicta. 1. Ratisbonæ autem nomen à Rhætis Germaniæ populis sumptum esse videtur, quasi Rhætobonna. 2. Hi enim à Noricis, hac urbe, quasi quodam limite, separantur. (vel *Ratispona*, à ponendis ratibus, navigii vicem præbentibus: quarum isthic magna est copia: Reusner. *d. tr. p.* 105.) Sunt qui malint à Rego amne nominatam esse: Dresser. 3. *de Germ. urb. pag.* 506. vocata olim quoque fuit *Colonia Quartanorum*, *Metropolis Ripariolorum*, & *Caput limitaneorum*: Munsterus *lib.* 3. *Cosmograph. c.* 370. *p.* 890. Paruit olim Regibus Boiorum, quorum etiam sedes fuit: sed imperante Friderico I. libera facta est: 4. vectigalia tamen & portoria non asseruit, quæ adhuc partim possident Principes Boiorum, partim cives ex pacto obtinent: Reusner. *d. p.* Hac in civitate, quod notabile est, quinque Imperii Status simul vivunt: 5. Warem. ab Ehrenberg *lib.* 2. *meditam. pro fœder. c.* 1. *p.* 49. *n.* 61. Episcopus videlicet, Abbas S. Emerani, Abbatissæ, una in Ober, altera in Nieder Münster, & denique quod Civitatis reliquum est. Tot in civitate templa & sacella numerantur, quot dies annus solaris obtinet. 6. Ponte Danubium lapideo iunxisse scribitur Henricus V. Imper. anno M C XXXV. cui nullus est similis, nec in Danubio, nec in Rheno, pilis & fornicibus altis. 7. Nam veterem illum pontem fornicatum, admirandi operis, quem Traianus in novæ provinciæ tutelam fecerat, non ita multo post Hadrianum demolitum fuisse legimus, ne barbaris pateret aditus ad Mœsias depopulandas: Reusner. *d. tr. p.* 106. Privilegia quod attinet, Fridericus II. anno 1230. Civitati hoc dedit, quod cives cogi non de- 8.

beant venire ad aliud Iudicium extra civitatem, & quod concivis concivem suum, eiusve res extra civitatem detinere non debeat, querimoniam contra ipsum movendo, nisi prius conquestus fuerit civitati, & justitia sibi denegata fuerit: Legul. Hund. *in Metrop.Salisb.p* 1. Gryphiand. *de Weichbild.Sax. c.60. n.7.*
9. Præterea, ut Wehnerus literis prodidit, Ratispona privilegio gaudet primæ instantiæ, & in causis civitatis zu Regenspurg/ privilegiati judices sunt, Consul & Senatus, der Statt Augspurg / Nürnberg vnd Vlm / vel etiam pro actoris arbitrio, quinque aut sex Senatores Ratisponenses. Ab his ad Cameram appellatur. Cives vero nullibi in prima instantia, nisi coram Senatu Ratisponæ conveniendi: nec cuiquam prætendenti sibi denegatam fuisse justitiam, cre-
10. ditur, nisi prius Magistratui vmb Bericht scribatur, & desuper audiatur. Iniuriarum causæ, communium civium, eodem fere modo, ut supra de Noriberga dictum, coram Quinqueviris, vor den Fünfen / expediendæ sunt, coram quibus summarie, & oretenus, mündlich/ non etiam in scriptis, agitur ci-
11. tra appellationis beneficium. Clerici & personæ etiam Ecclesiasticæ, Ratisponensis civitatis legibus, non secus ac laici subjecti sunt, ac parere tenentur, in causis scilicet conservationem & protectionem civitatis, & eius politiæ con-
12. stitutionem, concernentibus. A sententiis Senatus non appellatur infra summam quingentorum florenorum (quamquam Gylmannus *tom.* 1. *part.* 1. *Symphor. fol.* 7. tantum 400. Gülden in Müntz ponat) ex privilegio de anno 1566.

CAPVT XL.

Rotvila.

SVMMARIA.

1. *Nominis ratio.*
2. *Dicasterii Imperialis sedes.*

1. ROttvvila (Ptolemæo Taxgœtium) vetus Imperii oppidum, in Rhætia (ad Nicrum seu Neccarum flumen) à Rott / id est, cohorte, & Vil, seu villa nominatum, quasi dicas cohortum Cimbricarum mansionem. Eo enim in loco consedisse dicuntur Cimbricæ cohortes, postquam à Romanis fusæ sunt. Principio pagus aut villa fuit exigua: deinde civitas facta, aliquoties sedem mutavit suam: primo quidem trans Nicrum, deinde ob Preimii torrentis crebras inundationes in alteram eius ripam translata, quæ vetus civitas hodie appellatur: Denique post conflagrationem paulo editiore in loco colloca-
2. ta: Reusner. *d.tr.p.*16. Dresser. *d.tr.p.*527. Dicasterium, sive Consistorium, ibi est Imperiale, de quo suo loco.

CAPVT

CAPUT XLI.

Ravenspurgum.

RAvenspurgum in Algovia, sive Alemannia, civitas Imperatoria, ad Schussium amnem, in valle amœna; & jugis vitiferis circumdata. Eam sub Carolo Magno Gravenspurgum dictam esse volunt (infra quam est quidam vicus Gravenau) quod nimirum ea fuerit arx quædam Comitum Altorfensium: Reusner, *d.tr.p.195.* vide Crusium *lib.8.annal.Suev.p.2.c.16.*

CAPUT XLII.

Reutlinga.

SUMMARIA.

2. *Nominis ratio.*
1. *Quando Imperio fuerit adscripta.*
3. *Quos judices prima habeat instantia.*
4. *Cives contra extranea judicia privilegiati.*

REutlinga Sueviæ oppidum Imperiale, ab extirpando (reutten / ausreutten) nomen invenisse dicitur, quod arbores ex Sylva, quæ ibi fuit, extirpatæ sint, & urbs condita, ad amnem præterfluentem Echez & fluvium Neccarum. Imperii civitatibus adscripta est à Friderico II. Imper. eodemque autore etiam muro valloque circumdata, & ex pago urbs effecta, circa A. Chr. 1215. Dresser. *de Germ. urb. p.511.* vel ut alii, anno 1240. vel 1282. Reusner. *d.tr. p. 167.* Privilegium primæ instantiæ, & judices, habet, Consulem & Senatum der Statt Ulm / Eslingen / vnd Schwäbischen Gemünd. Porro cives & subditi Reutlingenses privilegiati sunt contra omnia extranea judicia, nec ullibi quam ibidem vor dem Stattgericht / conveniri debent, nisi justitia protracta, aut denegata probetur. Extat privilegium de anno 1516. 1. 2. 3. 4.

CAPUT XLIII.

Rotenburgum.

SUMMARIA.

1. *Nominis ratio.*
2. *Olim cui subiecta.*
3. *Libera quando facta.*
4. *Quando ab eadem liceat appellare.*

ROtenburgum, ad Tubarum, Franconiæ oppidum, à turrium, & tegularum rubore dictum, olim paruit Francorum Ducibus: sed post Friderici I. tempora Imperii urbibus annumeratum est, & cella penaria Franconiæ habetur: Dresl. *de urb. Germ. pag.526.* Ab ea non potuit appellari, nisi summa maior fuerat ducentis florenis. vide *tom.6.symphorem.c.7.p.220.* 1. 2. 3. 4.

CAPUT

CAPVT XLIV.

Roſtochium.

SVMMARIA.

1. Situs & nominis ratio.
2. Quis eandem condiderit.
3. An unquam fuerit Imperialis Civitas.

1. ROſtochium, in Ducatu Meckelburgico, ad Arni fluminis ripam, quinquies mille paſſibus ſupra oſtium maritimum ſitum, à Roſa nomen habere videtur, quaſi roſetum, Græce ῥοδότοπος. 2. Cœptum eſt ædificari (vel, ut Adrian. Romanus *de urbib.pag.*106. refert, augeri) à Pribislao Henetorum Principe, circa annum Chriſti 1160. Dreſſer. *d. tr. pag.*522. 3. Roſtochium nonnulli dicunt olim civitatem Imperialem fuiſſe, & regalia velut civitatem Imperialem, ſtatumque Imperii adhuc retinere. Id vero qua fide, vel autoritate nitatur, ſe ignorare ſcribit Erneſtus Cothman, *reſponſo Academico* 47. *n.*22. & in contrarium ſequentia ſubnectit argumenta. *Primo*, ex hiſtoricis conſtat, à Ducum Megapolenſium maioribus & deceſſoribus, civitatis huius, quæ nunc Roſtochium appellatur, prima initia eſſe, eamque inſtar viculi piſcatorii, circa annum Chriſti 329. exigua quædam fundamenta accepiſſe, & procedente tempore à Godeſcalto Obetritarum Rege in oppidulum aliquo modo redactum, & anno 1160. à Pribislao, eiusque filio Burevino muro cinctam, foſſis munitam, & in rectiorem urbis formam inſtauratam, telonii exemptione, & Lubecenſis juris beneficio donatam fuiſſe, uti probant Burevini domini Megapolenſis deſuper datæ literæ in hunc modum. *In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis: Boruvinus Dominus Megapolenſis, omnibus præſentem paginam viſuris. In perpetuum notum ſit omnibus Chriſti, noſtrisq; fidelibus, tam præſentibus, quam futuris, qualiter ego Boruvinus, nec non filii mei dilectiſſimi, Henricus videlicet, ac Nicolaus, tam noſtram, quam heredum noſtrorum nunc & in futuris utilitatem procurantes,* Roſtoch *oppidum divina proſperante clementia delegimus conſtruendum. Vt vero prædicti loci excultores cum ſecurius appetentes, pace firma, libertate fulciantur omnimoda, tam præſentes quam futuros, in ædificiis, areis, terris cultis & incultis, agris, campis, pratis, paſcuis, ſylvis, piſcationibus, venationibus, aquis, aquarumve diſcurſionibus, viis & inviis, exitibus & reditibus, omnimoda in juriſdictione, noſtra telonii exemptione, Lubecenſis civitatis juris beneficio habito nunc & habendo, ſtabilientes confirmamus. Vt itaque noſtræ donationis autoritas in futuris temporibus firmior ac ſtabilior habeatur, dominationis noſtræ maioribus, tam Slavis, quam Teutonicis, præſentibus Epiſcopo noſtro Brunwardo, videlicet viro religioſiſſimo, interpoſito Thetlevo de Marlouve, Iordano Hermanno Capellano*

pellano Nautrich / Janicke / *Henrico Gamma, Wartis, Iohanne de* Snackenburg / *Raulino, Henrico Grubone, Hugone Abbate de Dobberan, universaliq; conventu ibidem, Stephano Sacerdote, Dummemaro, Pribolo, Bizpraue, Thoma Alverico Præposito, Hermanno de* Rodenbecke *etc. hanc chartam inde consciptam mandato nostro, ut infra videtur, corroborantes, sigilli nostri Notario jussimus insigniri. Datum VIII. Kalend. Iulii anno ab incarnatione Domini M CC XVIII. indictione quinta, epacta undecima, concurrente sexta.* Est vero certi juris, ædificatione dominium acquiri: *l. adeo, §. cum in suo, ff. de A.R.D. Deinde* id ex aliorum privilegiorum à Ducibus Megapolensibus civitati ex singulari gratia datorum tenore manifestissime apparet. At constat privilegiorum collatione jus eminens demonstrari: *c. licet causam, ext. de probat.* Bart. *in l. omnes populi, de I. & I.* sed & privilegiorum illorum antiquissimorum instrumenta probationem facere: *l. 1. & t. t. ff. & Cod. de fide instrum. Tertio* res ipsa probat, Duces Megapolenses, eorumque maiores, non solum superioritatis jus, sed & merum ac mixtum imperium, omnemque jurisdictionem in oppido à se condito habuisse, exercuisse. Expeditum autem est, possessione jus nostrum demonstrari, indeque firmissimum præscriptionis titulum surgere: *l. 1. & t. t. de usucap. & præscr. Quarto*, id ita esse, ex literis jurisdictionis, itemque maioris, medii ac maioris judicii, anno 1358. civitati Rostochiensi venditi, evidentissimum fit, quæ ita habent: *Nos Albertus D. G. Dux Megapolensis, ac Stargardiæ &* Rostoch *Dominus, omnibus, ad quos præsentia pervenerint, cupimus fore notum, ac infra scriptæ rei & æternæ lucidam constare veritatem, quod discretis & honestis viris, nobis fidelibus, & dilectis Consulibus, & Communitati civitatis nostræ* Rostoch / *præsentibus & futuris, de nostrorum heredum, ac Consiliariorum omnium pleno consilio & consensu, vendidimus rationabiliter, & dimisimus, ac præsentibus vendimus & dimittimus omnino pro duobus millibus marcarum Rostochiensium denariorum, nobis per eosdem Consules & Communitatem in parata pecunia integraliter numeratis, traditis & persolutis, totum & integrum Iudicium nostrum maius ac medium & minus, & jus ad ipsum pertinens, ac jurisdictionem civitatis nostræ* Rostoch *prædictæ, tum intra eandem civitatem, quam extra in terris & in mari circumquaq; prout in suis terminis & campi spatiis, vulgariter* Marckschede *dictis, se extendunt, cum omnibus & singulis suis excessibus, delictis, punitionibus, correctionibus, & remissionibus, utilitatibus, fructibus, proventibus, & libertatibus, ac aliis attinentiis universis, ad ipsos spectantibus, nullis penitus exceptis, in agris cultis, & incultis, silvis, & lignis, pratis, pascuis, campis, cespitibus, nemoribus, aquis, aquarumve decursibus, viis & inviis, semitis, rubetis, piscaturis, paludibus & mansionibus ut Rhotis, perpetuo futuris temporibus libere & pacifice, prout nos & antecessores, ac progenitores nostri prædictum Iudicium maius, medium & minus ac jus & jurisdictionem, cum excessibus, delictisque ex iis provenire potentibus, & proventuris, ac punitionibus, correctionibus, & remissionibus eorundem, cum omnibus attinen-*

attinentiis, fructibus obventionibus, & emolumentis, in longum, latum, altum & profundum habuimus tenuimus, & possedimus, & sicut ad nos & nostros antecessores, ac progenitores, huc usque spectabant, per eosdem Consules & Communitatem tenenda, habenda & possidenda, nihil penitus nobis, aut nostris heredibus, seu successoribus in eisdem judicio maiori, medio ac minore, jure, & jurisdictionibus, excessibus, delictis, punitionibus, correctionibus, & remissionibus, ac singulis ad ea spectantibus reservantes. Ac dedimus etiam, quod dicti Consules, & eorum in perpetuum successores, licite poterunt prohibere omnes appellationes faciendas, & interponendas ad Consules in Lübeck / à quibuscunq; diffinitionibus, pronunciationibus & sententiis per eosdem Consules Rostoch dandis & ferendis, & eas etiam, quandocunque & quotiescunque ipsis placuerit, in omnibus causis generalibus, & specialibus admittere, & prohibere, prout eorum fuerit arbitrii, commodi & voluntatis. Promittimus quoque præfatis Consulibus, & Communitati, omnium præmissorum Warandiam diei & anni. In quorum efficaciam testium præsentes literas nostri sigilli appensione fecimus communiri. Testes huius sunt fideles nostri, &c. Datum Wismar anno Domini 1358. in vigilia beati Andreæ Apostoli.

Ex hisce emptionis & venditionis literis constat, Duces Megapolenses, eorumque decessores, in oppido Rostoch / superioritatem, imperium & jurisdictionem omnem, usque ad prædictum annum habuisse: cum privatio præsupponat habitum: *l. eius qui, ff. de reb. credit.* & nemo in alium transferre possit, nisi quod ipse habet: *l. nemo, ff. de R. I.* *Quinto*; jurisdictione & imperio ad eum quem diximus modum vendito, Duces Megapolenses in sua civitate superioritatis jus & dominium nihilo minus retinuerunt, idque ipsa Academiæ fundatio probat, & quidam Imperii Recessus comprobant, & titulus, quo Duces Megapolenses ab hominum memoria usi sunt, atque etiamnum utuntur, & per Dei gratiam Rostochii dominos se appellant, liquido ostendit. Certum autem est titulum jus probare, & ad juris adquisitionem, autoritatem præstare: *l. 1. ff. pro suo.* *Sexto*, huc faciunt insignia urbis, quæ testes sunt locupletes, illam esse à Ducibus Megapolitanis, eorumque maioribus: Matth. Wesembec. *consil. 2. n. 68.* *Septimo*, infinita eam in rem documenta ex archivis publicis nullo negotio produci posse, scribit Cothman. *d. l. n. 29* quorum plura se vidisse & inspexisse adfirmat. *Octavo*, cum Consules & Senatores aliquoties se à jurisdictione Ducum suorum eximere & à contributionibus immunes facere adniterentur, tantum abest, ut res illa feliciter successerit, ut etiam propria subscriptione in singulis literis, quas ad Duces Megapolenses mittunt, palam confiteri teneantur, oppidum Rostock Ducem Megapolensium hereditariam, & subditam civitatem esse, sed & contributiones in comitiis provincialibus decretas sua voluntate solvere coguntur. Est vero explorati juris, propria confessione probationem nullam meliorem inveniri: *l. 1. ff. de confess.* sed & contributionum exactione & præstatione jurisdictionem probari constat: *l. nulli, §. quod si in vico,*

C. *de*

C.de Episc. & Cleric.c.2.ext.de censib. Marcus Natta *consil.656.n.78.* denique hæres in contradictorio judicio tractata, tandemque pro Principibus Megapolensibus decisa, superioritatem, & jurisdictionem illorum evidenter confirmat: *l.cum de consuetudine, ff.de ll.* *Nono*, id quoque omni dubitatione caret, & pluribus instrumentis demonstrari potest, omni tempore, quo provincialia comitia conscripta, fœdera facta, & similes actus publici celebrati sunt, civitatem Rostoch velut provinciæ membrum vocatam fuisse, & ad vocationem factam submisse comparuisse. Quod ipsum quoque subiectionis argumentum est: *l. Titius, & ibid.DD. ff.de constit.pecun.l.cum tabernam, §.idem quæsiit, ff.de pignorib. l.Publia,§.fin.& ibi.*Br.*n.3.ff.depositi.*Borchold.*consil.*11.*p.*144. *Decimo*, Principes Megapolenses ordinationem curialem fecerunt, & in illam provinciæ suæ ordines retulerunt, & inter ceteros civitatem etiam Rostoch descripserunt. Quam ordinationem Cæsarea Maiestas clementissime confirmavit, ut proinde ex eo etiam Ducum Megapolensium possessio magis justa appareat: *l.juste.ff. de acquir.poss.* *Undecimo*, oppidum Rostoch jus monetæ cudendæ, & si quæ similia jura habet, neutiquam ab invictissimis Imperatoribus, velut Regalia, sed illustrissimis Principibus Megapolensibus, velut jura quædam singularia, vel ex peculiari gratia & privilegiorum clementissime concessa, vel pretio vendita, submisse accepta referre, ex privilegio illorum instrumentis antiquissimis probatissimum est, ut proinde nihil sit dicere, oppidum Rostoch privilegia & Regalia olim tanquam Imperialem civitatem statumque Imperii acquisivisse. Contraria enim simul stare non possunt, sed uno posito alterum corruat necesse est: *l.hæc verba 124.ff.de V.S.* Confirmationes certe privilegiorum illorum, quandoque ab invictissimis Imperatoribus petitæ & impetratæ sunt, sed illo ipso magis probatur, civitatem Rostoch non Imperialem esse, sed municipalem, non Imperatoribus invictissimis, sed Ducibus Megapolensibus immediate subditam esse, & parere. Confirmationes enim novum jus non tribuunt, sed id quod est, firmant & roborant: Matth. Wesembec. *consil.15.n.24.* *Duodecimo*, ab omni hominum memoria oppidum Rostoch Ducibus Megapolensibus, tanquam Dominis suis, homagium præstitit, atque hodie etiam præstat. Quo ipso in persona Principum superioritas & dominium, & in oppido ipsa subiectio manifeste comprobatur: Matth.Wesembec.*consil.1.n.56.& consil.95.n.3.* *Decimotertio*, oculorum inspectio & rei evidentia probat, oppidum Rostoch ditione & provincia Ducum Megapolensium contineri: Paris de Puteo *de fine feudi, c.13.n.2.* Laurentius Calcaneus *consil.8.n.7.* Hieron.de Monte *consil.130.n.5.* *Decimoquarto*, accedunt recessus provinciales, Landsabscheide/ quibus oppidum Rostoch parere tenetur, adeoque dominio Ducum Megapolensium subiacere dignoscitur: Ioh. Sichard. *consil.1.n.87.* *Decimoquinto*, civitas Rostoch Principibus Megapolensibus ad eorum voluntatem portas aperit, manifesto superioritatis Ducibus competentis argumento: Matth.Wesembec.

bec.*consil.2.n.78. Decimosexto*; si necessitas cogat Duces Megapolenses, jus & potestatem habent oppidum suum Rostoch ad arma vocandi: Zasius *consil. 16. n.1. lib.2. Decimoseptimo*, possunt Principes Megapolenses oppido Rostoch delinquenti gratiam facere, idque sæpius factum historiæ docent, & transactiones desuper factæ confirmant. Quo ipso superioritas Ducum satis evidenter demonstratur: Iason *consil. 166. n.2. vol.4.* Marcus Natta *consil.636. n.75. Decimooctavo*, Duces Megapolenses oppido Rostoch justitiam administrant, superioritatis Principibus debitæ certissimo indicio: Ludov. Roman. *consil.70. n. 13.* Mynsing. *resp.16. n.26. decad.2. Decimonono*, possunt, & solent, Duces Megapolenses contra oppidum Rostoch inquirere, idque per fiscalem suum, si casus talis incidat, in jus vocare: Bart. Socin. *consil.187. n.20. vol.2.* Ioan. Cephal. *consil. 441. n. 21. Vicesimo*, rescriptis & mandatis Ducalibus justis & legitimis oppidum Rostoch obedire tenetur: Bald. *in d.l. data opera, n.28.* Matth. de Afflict. *decis. 265. n. 10. Vicesimoprimo*, solent Duces sua edicta, rescripta & mandata in oppido Rostoch publicare, indubitata superioritatis nota: Innocent. *in c. delictis, n.3. ext. de capell. monach.* Socin. Iun. *consil.96. n.22. vol.4. Vicesimosecundo*. Duces Megapolenses plura jura ipsis competentia, ex mera clementia oppido Rostoch indulserunt, quod facere non potuissent, nisi præsides, & domini fuissent: cum privatio habitum præsupponat. *Vicesimotertio*, ipsi etiam honestissimi cives quoties jusiurandum magistratui suo præstant, ante omnia, & in primis Ducibus Megapolensibus, & tum Magistratui oppidaneo jurare assolent: ut dubitari nequeat, quin oppidum Rostoch Principibus prædictis simpliciter subditum sit: *c. si diligenti, cum ibi notat. ext. de præscript.* Bald. *in l.2. n.50. C. de servitut. & aqua. Vicesimoquarto*; supra demonstratum est, Burevinum oppido suo Rostoch jus statutorum Lubecensium concessisse, & præterea indulsisse, ut Lubecam appellarent; verum quia privilegio illo oppidanus Magistratus abuti, & jure exemptionem aliquam comminisci adnitebatur, res ad verum usum reducta, & transactum est, ut cives si se læsos esse videant, vel Lubecam, vel ad Curiam Ducalem appellent, & eo ipso superioritas Principum Megapolensium illæsa & intacta servetur. At scimus jus appellationum ad hunc vel illum interponendarum & recipiendarum, jurisdictionem regulariter arguere: *c. si duobus, §. denique, ext. de appellat.* Iason *consil.123. vol.1. Vicesimoquinto*, civis quondam Rostochiensis Petrus Lindebergius, diserte scribit, oppidum Rostoch à Ducibus Megapolensibus, & ipsorum maioribus conditum esse, & Principibus Megapolensibus semper paruisse: *lib.1. Chron. Rostoch. c.6. Denique* subnectit Cothmannus se ne unum quidem actum, in archivis diligenter perverstigatis, vel etiam in historicis probatis, reperire potuisse, qui ostendat, ullo unquam tempore Rostochium immediate civitatem Imperialem fuisse. Neque est, quod ab hac verissima & certissima veritate abripi nos patiamur, matricula aliqua fugitiva, quæ Rostochium, vel quod aliud oppidum Ducibus immediate sub-

iectum.

jectum, inter Imperiales civitates recenſeat, vel Imperio aliquid contribuiſſe dicat, niſi veram, rectam, ſinceram, & probam iſtam matriculam eſſe ante demonſtretur. Scimus, inter literatos & experientes viros adhuc hodie quæri & diſceptari, quænam ſit Imperii nativa, germana, juſta, & authentica matricula: ſed illas fugitivas matriculas, quæ ipſæ ſuos errores palam oſtendunt, pro matricula haberi non poſſe, inter omnes convenit. Minus offendere nos debet, quod eruditiſſimus Iacobus Auguſtus Thuanus ſcribit, ſummi imperii umbram penes Principes Megapolitanos eſſe, ſed Roſtochium jus ipſum, privilegia antiqua & libertatem retinere: *lib.56.p.429.* Nam poſterius recte intellectum non impugnamus: prius autem Thuani axioma declaratione indiget, cum in confeſſo ſit, Duces Megapolenſes non umbram ſummi imperii, ſed ipſum ſummum imperium cum omnibus utilitatibus, proventibus & fructibus habere ac poſſidere. Et qui didicit, quid ſummum vel ſuperioritatis jus ſit, quidque comprehendat, is nunquam ſcribet, penes Duces Megapolenſes umbram tantum imperii eſſe. Hactenus Gothman. *d.l.* Cæterum ſtatum Roſtochienſem quod attinet, is, ſi Matth. Stephano *lib. 2. de jurisdict. part. 2. c. 2. n. 290.* credimus, Ariſtocraticus eſt, Democratia temperatus, ut præcipua penes Senatum autoritas, & poteſtas ſit, ex omnium tamen familiarum tribubus artificumque collegiis eligantur centum viri, qui in gravioribus ad Senatum convocantur, & in conſilium adhibentur. Hoc etiam, eodem *d. l. n.293.* teſte, Roſtochii obſervatur, quod deficientibus tribus, aut quatuor Senatorii ordinis viris, die Matthæi Apoſtoli, ex lautioris & honeſtioris famæ civibus, ſolemniter eliguntur novi decuriones, qui ſeſe habent inſtar Senatorum.

CAPUT XLV.

Seleſtadium.

SUMMARIA.

1. Origo.
2. Quando ad Imperium pervenerit.
3. Imperii pagus.
4. Prætor a quibus olim ibi conſtitutus.
5. A quibus hodie.
6. De Magiſtratu civitatis.

SEleſtadium, Schletſtatt / Alſatiæ oppidum, ad Ellum ſitum, quaſi portus Elli: Helvetum Antonino dictum. Ortum habet ex Elcebi illius veteris ſ. (quod apud Ptolemæum extat) ab Ello & Cebo amnibus ſic cognominati, ruinis atque ruderibus, poſt calamitoſam illam Attilæ vaſtationem: foſſa muroque ſeptum dicitur à Wolfelino, Præfecto, ſive Legato Friderici II. Cæſaris,

2. ris, anno 1216. Tandem à Rudolpho I. Imper. ſub jus & poteſtatem Imperii Romani penitus redactum. De quo publica eiusmodi inſcriptio extat in municipio: *Reſpublica decori & ornamento Sacri Rom. Imperii conſultura non minus quam ſuæ: cuius municipium, & vicus honoratior Eleceſtadium, ob antiquitatem ſingularem, & Elcebi illius veteris, apud Cl. Ptolemeum inter Tribunorum oppida annotati, celebritatem, a priſcis Francorum, Auſtraſianorum, Germanorum Regum, & Impp. temporibus eſſe meruit: transgreſſarum olim melioribus tandem auſpiciis è transrhenana Germania gentium, ſub calamitoſiſſimam illam Attilæ vaſtationem, nova Colonia f.f.* M D XXIIX. Reuſner. *de urb. Imperial. pag.* 80.

3. In diviſione Imperii in quaterniones, refertur inter Imperii pagos, æque ut Vlma, Hagenoa, Bamberga.

4. Prætorem huic civitati primis temporibus Præpoſitus S. Viti ibidem atque Imperator alternis vicibus dedit, poſtea permutationis totum hoc jus ſoli Imperatori ceſſit; qui & idem exercuit multos per annos, per quos Prætoris munus Imperiale beneficium fuit, cui additum inſigne, crux quadrata, quam tamen à diverſis una cum ſuperficie aliter atque aliter colorum diſcrimine variatam conſtat. Tandem Prætorium munus ad jus civitatis hac occaſione devenit.

5. Iohannes Botzemius, cuius adhuc pictura viſitur in templo parochiali, cum pro tribunali ſediſſet, ob neſcio quam cauſam commotior factus, prætoritium baculum, quem jus dicens ſolet habere in manibus, indignabundus in terram abiecit. Videbatur iniuria facta Cæſareæ Maieſtati, cuius id inſigne eſſet, itaque ex aſſeſſoribus quidam ſurgens, nomine Cæſaris, inquit, hunc ſcipionem de terra levo; quod vindicatæ iniuriæ ſtudium Sigiſmundo Auguſto adeo gratum fuit, ut jus deſignandi Prætoris ad Senatum transferret. Tum primum cives Senatores ad hunc Magiſtratum aſſumpti, cui Nobiles antea præficiebantur, de quibus decretum, ne in ſenatum eligantur: Beatus Rhenanus

6. *lib.3.p.154.* & Hertzog *in Chron. Alſat. lib.*7. quo toto de civitate Seleſtadienſi agit. p. autem 10. de Magiſtratu civitatis ita ſcribit: Sonſten iſt von Alters hero der Magiſtrat mit acht Perſonen beſetzt worden / die vom Raht aus den Zünften zu ihnen erwöhlet worden / deren ſeind Zwölf; in hochwichtigen Sachen werden ihrer hundert zu Raht gefordert. Heutiges Tags wann der gantze Raht zuſammen komt / ſeind es fünf vnd dreiſſig Perſonen / vnter denſelben ſeind acht Burgermeiſter / vnd vier zwantzig Zunftmeiſter / von ieder Zunft zween. Es werden auch iedes Jahr / aus denen Achten des Magiſtrats / vier erwöhlet / deren ein ieder ein Vierthel Jahr das Burgermeiſterampt trägt / vnd regieret / auch werden zween / ſo am älteſten der Eini nach im Magiſtrat / ein Jahr vmb das ander zu Schultheiſſen erwöhlet.

CAPVT

CAPUT XLVI.

Spira.

SUMMARIA.

SPira civitas Imperialis vetus quidem quoad originem, recens vero quoad 1. appellationem. Olim enim Nemetum urbs appellata est. Quin & populi in ea habitantes, dicti sunt Nemetes; forte ex Græco verbo νέμειν, quod est *pascere*, quod vitam pecuariam coluerint. Anno autem Christi 1082. Spiræ 2. nomen demum adepta est, à pago & fluviolo propinquo, quorum uterque muro urbis inclusus est à Rudigero, Episcopo: Dresser. *de Germ. urb. p.* 548. Chy- 3. træus quidem *in oratione, continente descriptionem regionis Creichgoæ, ad Neccarum sitæ*, à Græco σπεῖρα, quod cohortem significat, deducit, quod fuerit locus castrorum, & sedes Prætoris, seu aulæ Constantini Imperatoris. Verum antea dicta mihi magis probatur opinio, quam & placere video Reusnero *de urb. Imperial. p.* 51. Hebereto *in servit. Ægypt. l.* 1. *c.* 5. *p.* 29. Nec accedere possum Peutin- 4. gero, qui teste Irenico *lib.* 12. *exeges. Germ. p.* 225. Spiram à Mola dictam arbitatur, ut maxime licet Sebastiano Brand ea quoque arriserit opinio. Præ- 5. ter alia urbis decora, & ornamenta, templum summum est, à Conrado Salico Augusto constructum, monte Oliveti ac sepulcris aliquot Cæsarum Suevicorum, veluti Conradi II. Henrici II. Henrici IV. Henrici V. eorumque coniugum Augustarum, celebre atque conspicuum: quorum tumulis distichon hoc ibi inscriptum legitur.

Filius hic, pater hic, avus hic, proavus jacet istic:
Hic proavi coniux, hic Henrici Senioris.

Reusner. *d. l.* Singulare quoque huius civitatis ornamentum est Camera Impe- 6. rialis, quæ ad eandem adeo alligata, ut inde sine Ordinum consensu transferri nec possit nec debeat: *Ordin. Cam. part.* 1. *tit.* 49. *in pr. & part.* 2. *tit.* 34. Eadem 7. in urbe, prope Ecclesiam Cathedralem, positus est lapis ingens capacitatis magnæ,

gnæ, ein grosser steineren Napf/ cui hæc addita subscriptio:

Quid velit (hæc relegas) ut lanx cavus iste catinus.
Dum novus Antistes, Procerum comitante caterva,
Urbem hanc intrat, eques huc Bacchi munera fundit,
Virginis à templo, Cleri simul Ecclesiarum,
Terminus & limes, stat libertatis asylum.
Et sit confugium, portus & ara reis. M CCCC XC.

Leheman. *Chron. Spir. lib. 4. c. 23. p. 378.* Porro hæc Spirensis civitas quamplurimis exornata est privilegiis aliis, ex quibus subsequentia meam ad notitiam pervenerunt.

Privilegium Kaiser Carls des Vierten / der Statt Speier ertheilt / innerhalb 3. Meilen von der Statt, keine schädliche Burghäuser zudulden.

8. WIr Carl/ von Gottes Gnaden Römischer König / zu allen Zeiten Mehrer des Reichs / vnd König zu Böheim / Bekennen vns offentlich an diesem Brief/ vnd thun kund allen denen/ die ihn immer sehen oder hören lesen / daß wir haben angesehen grossen Schaden / vnd Vbergriff/ als von den Häusern zum Neuen Hof/ vnd zu Affelterloch manigfältiglich gethan / vnd geschehen ist / vnd darumb so haben wir durch Nutz vnd Nohtdurft der Stätten vnd des Lands gemeiniglich/ dieselben Häuser zerbrochen / also daß wir nicht wollen / daß immer ewiglich kein Burglicher Bau oder Enthaltnuß da werden solle. Wann wir nun wol vernommen haben/ daß der Statt vnd den Burgern zu Speier / vnsern vnd des Reichs lieben getreuen / groß Gewalt / Vbergriff vnd Vnrecht geschehen ist/ von Burglichen Bauen/ die bey ihnen wider Rechten gemacht seind / darumb so haben wir angesehen getreue Dienste / den dieselbe Burger dick vnd mit grossem Kosten gethan haben / vnd noch fürbaß thun mögen/ vnd gebieten von vnserm Königlichen Gewalt/ vor vns vnd alle vnsere Nachkommen/ daß niemand inwendig drey Meilen vmb die Statt Speier/ keinen Burglichen Bau / ohne Laubung / Willen vnd Verhängnuß der Statt vnd der Burger zu Speier bauen/ machen/ oder aufrichten soll/ ewiglich in keine Weise/ was Burglicher Bau / auch ietzt in denselben Zielen / drey Meilen vmb die Statt gemacht seind / wo die fürbaß gebrochen / vnd abgethan werden / der soll man ohne Laubnuß/ Willen vnd Verhängnuß der vorgenanten Statt/ vnd der Burger zu Speier nicht wider machen / oder aufrichten / ewiglich ohn alle Widerrede eines ieglichen / vnd wer darwider thäte / er sey wer er sey / vnd immer einen Burglichen Bau vnterstünde in den vorgemeldeten dreyen Meilen/ vmb die Statt zu Speier zu machen / oder aufzurichten / denselben Bau sollen vnd mögen die Statt oder Burger zu Speier vnd ihre Helfere / welche ie darzu helfen wollen / abbrechen vnd abthun / nach allem ihrem Willen / vnd sollen daran gegen niemand freveln / oder gefrevelt haben in keine Weiß / das er-

laubern

lauben wir ihnen an diesem Briefe/von unserm Königlichen Gewalt/vor uns und alle unsere Nachkommen/ und soll ihnen auch darzu ein ieglicher Landvogt/ im Speirischer Gau/ der dann ist wann das von den Burgern zu Speier an ihnen gefordert wird/ behülflich seyn/ getreulich und festiglich ohn allen Verzug und ohn alle Gefährde/ und des zu einem wahren Urkund/so geben wir ihnen diesen Brief/ besigelt mit unserm Königlichen Insigel/ der geben ist zu Speier/ da man zahlt von Gottes Geburt dreyzehenhundert und neun und viertzig Jahr/ an dem nächsten Freihtag vor dem Palmtag/ in dem dritten Jahre unserer Reiche.

Privilegium Kaisers Sigismundi, der Statt Speier gegeben/ voriges Inhalts.

WIr Sigmund/ von Gottes Gnaden Römischer Kaiser/ zu allen Zeiten Mehrer des Reichs/ und zu Hungaren/ zu Böheim/ Dalmatien/ Croatien/ König/ rc. Bekennen und urkunden allermänniglichen mit diesem Briefe: Wann die Macht und Gewalt Kaiserlicher Maiestät heischet/ und aus rechter Bescheidenheit fordert/ ihrer Vorfahren/ Römischer Kaiser und Könige/ redlicher Gethat/ Gnade und Freiheit/ die sie thut und gibt/ auch gethan und gegeben hat/ unversehrt/ stät/ und fest halte: So han wir gedacht auf solche Freiheit und Gnade/ als mit guter Gedächtnuß Kaiser Carl/ unser lieber Herr und Vatter/ dem Gott barmhertzig sey/ den Ehrsamen unsern und des Reichs lieben Getreuen/ Burgermeister und Raht der Statt Speier gegeben hat/ zu den Zeiten als er dannoch Römischer König was/ und sonder in den Jahren/ do man zahlt von Gottes Geburt/ dreyzehenhundert und neun und viertzig Jahr/ an dem nächsten Freihtag vor dem Palmtag/ nemlich unter andern inhaltend/ daß niemand inwendig dreyen Meilen umb die Statt Speier/ ewiglich keinen Burglichen Bau/ ohne Laubung/ Willen und Verhängnuß der Statt und Burger zu Speier/ bauen/ machen und aufrichten solle/ darum/ als wirs mercken/ nicht allein die Statt zu Speier/ sondern auch das Reich mehr dann in einem Weg/ erbarlich und wißlich bedacht und gemeint ist/ wiewol doch dieselben von Speier/ als wir glaublich unterweist seyn/ darüber ie bey der Weile mit allerley Bäuen ersucht und unterstanden werden/ der etlich mit erster Angesicht etwas minner dann burgerlich erschienen/ und doch gleichwol in der Maß von Zeiten zu Zeiten zunemen möchten/ ob es anders also zugelassen und gestattet würd: Daß zu langen Tagen das Reich/ die Statt/ die Burger und Inwohner/ Geistliche und Weltliche/ davon wol schweren merckliche Schaden leiden möchten. Und wann wir nun von Gunst und Gnaden/ der heiligen Miltigkeit an die Ende erhebt seyn/ also daß uns von Recht und von Ampts wegen/ davon wir gebrauchen Römische Kaiserliche Würdigkeit/ gebührt und zugehört/ solch und ander des Reichs und seiner Unterthan gegenwärtige und auch zukünfftige Gebrechen und Ungemach zu fürsehen/ als fern wir die mercken oder vernemmen; so weiset

vns auch redlich Gewißheit aus / die wir han / das sonderlich die vorgenante von Speier/ allweg vnsern Vorfahren / Römischen Kaiseren vnd Königen/ auch vns vnd dem H. Reich/ mit stäter Treu/ fleissig zu Dienst bereit vnd willig gewest / vnd noch seind. Darumb auch wir sie billig getreulich wiederumb schirmen/schützen/ fordern vnd ehren / nicht allein mit oder in solchen Gnaden / der sie vormals von vnsern Vorfahren / vns vnd dem Heiligen Reich empfänglich worden seind / sondern auch mit neuen Kaiserlichen Gnaden vnd Freiheiten / aus der sie ihre Statt/ ihre Burger vnd Inwohner / Geistlich vnd Weltlich / desto baß wider ihr Gebrechen beschirmen / vnd sich selber dem Reich desto fürderlicher / hinfüro im Wesen aufgehalten mögen/ vnd also zu Nachfolgung des obgenanten vnsers lieben Vatters Käiser Carlen seeligen gethan : So wollen wir/ordiniren/vnd setzen von Kaiserlicher Macht in Krafft dieses Brieffs / daß die obgenanten von Speier / vnd alle ihre Nachkommen solcher seiner Gnad vnd Freiheit / wie die von Worten zu Wörten inhalt vnd vorberührt ist / gebräuchen vnd geniessen / vngehindert von allermänniglichen. Wir han auch vernommen / daß etwan von Gefröste / oder vielleicht auch etwan von Gußwassern der Statt Gebrechen zufall / als daß ihr Mühlen ihnen nicht nohtdürfftiglich gedienen vnd Gereitschaft gethun mögen / deshalb frembde vnb heimische / Junge vnd Alte/ Mangel leiden möchten : Hierumb geben wir ihnen von vnser Kaiserlichen Macht/ Erlaubung vnd Gewalt / ob öder wann in der Noht geschicht / oder so dunckt / daß es ihnen oder ihrer Statt bequem vnd eben sey/ daß sie dann eine oder mehr Mühlen mögen bauen vnd hencken lassen / in vnsern vnd des Heiligen Reichs freien Rheinstrom / am nächsten bey ihrer Stätt / wohin das allerfüglich ist / doch also bescheidentlich / daß der gemeine Gewerbe / im Strom vnd Leinpfad dardurch nicht gehindert werde ; vnd ist auch daß sie also Mühlen bauen vnd hencken werden/ so wollen wir/daß sie frey ihr vnd vnbeschwert seyn vnd bleiben / von männiglichen / doch vnschädlichen iederman an seinen Mühlen vnd Rechten. Vnd darumb so gebieten wir allen vnd ieglichen Fürsten/ Geistlichen vnd Weltlichen/ Grafen/ Freien / vnd Rittern/ Knechten / Stätten / vnd allen andern / in welchem Adel / Würden vnd Wesen die seind/ernstlich vnd festiglich mit diesem Briefe/die vorgenante von Speier/ihre Nachkommen/ vnd die ihren / wider diese vorgeschriebene vnsere Gnade vnd Freyheit / noch wider keinerley / daß sie vormals von vnsern Vorfahren / Römischen Kaisern vnd Königen/ auch von vns / vnd dem Heiligen Reich empfänglich worden seyn / nicht zu vnterstunde zu tringen / zumuthen / zu leydigen / noch zu beschädigen/ bey vnsern vnd des Reichs Hulden / vnd bey Verlust hundert Pfund feines Golds/ die ein ieglicher/ der da wider thäte/ zu rechter Poen verfallen seyn solle/halb in vnsere Kaiserliche Cammer / vnd halb den von Speier vnablässlich zu bezahlen. Mit Vrkund dieses Briefs / versigelt mit vnser Kaiserlichen Maiestät Insigel/ geben zu Eger nach Christi vnsers lieben HERRN Geburt / vierzehenhundert Jahre / vnd darnach im sieben vnd dreissigsten Jahre / am Montag nach S. Ja-

cobs

cobs Tag des heiligen Zwölffbotten/ unserer Reiche des Hungarischen im ein und fünffzigsten/ des Römischen im sieben und zwantzigsten/ des Böhmischen im siebenzehenden/ und des Kaiserthumbs im fünften Jahre.

Privilegium Henrici V. Spirensibus datum, concernens partem illam, quæ vulgo Budtheil dicta, & liberam testandi facultatem. 10.

Omnibus Christi nostriq; fidelibus tam præsentibus quam futuris notum fieri voluimus. Qualiter nos pro remedio animæ chari Patris nostri, felicis memoriæ, Henrici Imperatoris, consilio ac petitione Principum nostrorum, Friderici videlicet Coloniensis Archiepiscopi, Brunonis Trevirensis Archiepiscopi, Brunonis Spirensis Episcopi, Cunonis Strasburgensis Episcopi, Vdalrici Constantiensis Episcopi, Othonis Babenburgensis Episcopi, Burchardi Monasteriensis Episcopi, Hermanni Augustensis Episcopi, Friderici Ducis, Comitum quoque Gotfridi de Calwe, Friderici de Zolra, Hartmanni de Dilinga, Berengarii de Sulzbach, Gerhardi de Gellera, Henrici, Dudonis, Stephani, Gerungi, Walteri, in ipsa die Sepulturæ eius, omnes qui in civitate Spirensi modo habitant, vel deinceps habitare voluerint, undecunque venerint, vel cuiuscunque conditionis fuerint, à lege nequissima, & nefanda, videlicet, à parte illa, quæ vulgo Budtheil * *vocabatur, per quam tota civitas, ob nimiam paupertatem annihilabatur, ipsos suosq; heredes excussimus. Ne vero aliqua persona vel maior vel minor, non Advocatus, non eorum naturalis Dominus, illis morientibus, de eorum supellectile quicquam auferre præsumat, interdiximus. Et ut omnes liberam potestatem habeant, suis heredibus relinquendi, vel pro anima sua dandi, vel cuicunque persona dare voluerint, ipso Spirensi Episcopo Brunone in pulpito astante & concedente, concessimus & confirmavimus: Ea tamen interposita conditione, ut in anniversario patris nostri, solemniter ad vigilias & Missam omnes conveniant, candelas in manibus teneant, & de singulis domibus panem unum pro eleemosyna dare & pauperibus erogare studeant. Vt autem hæc nostra concessio & confirmatio, rata & inconvulsa omni ævo permaneat, & ne aliquis Imperator, aut Rex, vel Episcopus, aut Comes, vel aliqua potestas, vel maior vel minor infringere audeat, in perpetuam specialis privilegii memoriam, hoc insigne stabili ex materia, ut maneat, compositum aureis literis, ut deceat, expolitum nostræ imaginis interpositione, ut vigeat, corroboratum, in ipsius templi fronte, ut pateat, annitente nostrorum opera civium constat expositum, singularem erga ipsos continens nostræ dilectionis affectum. Data XIX. Cal. Sept. Indictione IIII. anno Dominicæ Incarnationis MCXI. regnante Henrico V. Rege Romanorum.*

Lehm. lib. 4. Chron. Spirens. c. 22. p. 350.

* Es hat mit dem Budtheil diese gelegenheit gehabt/ wann sich Leibeigene zusammen verheyratet/ und die Frau vor dem Mann Tods verfahren/ so ist dem Bischoff das beste Bett/ oder ander Stuck ihres Hausrahts/ darinn er die Wahl gehabt/ heimgefallen. Ist aber der Leibeigene Mann verstorben/ so hat dem Bischoff oder des Stiffts Vogt/ das beste Pferd/ und bestes Kleid seiner Hinterlassenschaft gebühret und zugestanden/ und diß hat man Hauptrecht genant/ Budtheil/ Gewandfeil/ *item* eine todte Hand/ *manum mortuam*: *Lehman.* d. l. p. 355.

rum, anno VI. imperante, primo. Actum est Spiræ in Christo feliciter, sub Brunone venerabili Præsule Spirensi Ecclesiæ præsidente.

Aliud ab eodem Imperatore Spirensibus datum Privilegium, varia quod continet capita.

16. Lehman. d.l. p. 351.

QUoniam supernæ pietatis adminiculante gratia, locum istum ob insignem patrum nostrorum memoriam, & fidem civium ipsius erga nos semper constantissimam, præ cæteris sublimare proponimus, jura ipsius Imperiali autoritate pro nostrorum Principum consilio corroborare decrevimus, liberos ab omni telonio, quod in civitate hactenus dari solebat, cives nostros statuimus, nummos quos vulgo Bannpfenning/ *cum illos quos appellarunt* schaßpfenning/ *piper quoque quod de navibus exactum est, eis remittimus. Volumus etiam ut nullus civium nostrorum extra urbis ambitum Advocati sui placitum cogatur requirere. Nullus præfectus aut alicuius Domini nuncius suo serviturus Domino, à panificis vel macellariis, vel aliquo genere hominum in civitate, supellectilem aliquam præsumat illis invitis accipere. Nullus præfectus vinum, quod appellatur* Bannwein/ *præsumat vendere, aut alicuius civis navim, ad opus sui Domini invito illo accipere. Volumus etiam ut nihil exigatur ab his, qui res proprias, propriis seu conductis navibus provehunt. Monetam quoque nulla potestas in levius aut deterius imminuat aliqua ratione, nisi communi Civium consilio permutet. Nullus ab eis telonium in toto Episcopatu, aut in locis fiscalibus, id est, ad utilitatem Imperatoris singulariter pertinentibus, extorqueat. Si quis curtem aut domum per annum & diem sine contradictione possiderit, nulli hoc interim scienti ultra inde respondeat. Causam in civitate inceptam, non Episcopus aut alia Potestas extra civitatem determinari compellat.*

12. Privilegium Henrici Imper. quod cives Spirenses immunes constituuntur à telonio Oppenhemii aliis solvendo.

Lehman, lib. 7. c. 86. p. 595.

HEnricus, DEI gratia Romanorum Rex, & semper Augustus, universis Imperii fidelibus, quibus præsens scriptum exhibitum fuerit, gratiam suam & omne bonum. Ex insinuatione præsentium pervenire cupimus ad notitiam universorum, quod nos ad instantiam & petitionem dilecti Principis nostri, Cunradi, Spirensis Episcopi, fidelibus civibus nostris Spirensibus, nec non propter devota obsequia eorundem, quæ nobis & Imperio sæpius exhibuerunt, & exhibent incessanter, talem gratiam fecimus, de mera benignitate regia, ut absque qualibet exactione telonii cum bonis suis apud Oppenheim, transeant, in descensu & ascensu, libere & quiete. Quapropter autoritate regia & sub obtentu gratiæ nostræ districte præcipimus, quatenus nullus ausu ductus temerario apud locum memoratum à bonis civium prælibatorum exactionem telonii requirere præsumat: Quod qui attentaverit, gravem offensam nostræ celsitudinis se noverit incurrisse. Ad maiorem itaque evidentiam præmissæ nostræ donationis, sæpe fatis nostris civibus præsentem paginam sigillo nostræ Celsitudinis communitam jussimus exhiberi. Testes qui interfuerun hi sunt H. Marchio de Baden, Comes

Comes H. de Wirtemb. H. Nifarius. E. Dapifer de Walpurg. C. Pincerna de Winterstet-ten. H. de Ravenspurg. Foreberg & alii quam plures. Datum apud Eslingen, Anno Dominicæ Incarnationis MCCXXXIII. IV. Nonas Iunii, Indictione VI.

Privilegium Fori, quo Cives Spirenses coram aliis, quam suæ civitatis judiciis, conveniri prohibentur.

13. Lebemann. d. lib. 5. c. 116. p. 646.

NOs Rudolphus, DEI gratia Rom. Rex semper Augustus. *Ad universorum, tam præsentium, quam futurorum, notitiam volumus pervenire, quod nos ob fidem impermutabilem & per præclaræ devotionis memorandam constantiam, prudentium virorum, civium Spirensium, quibus nos & Imperium sunt jugibus obsequiis prosecuti, nobili viro Iudici curiæ inhibuimus, & præsentibus inhibemus, quod de eisdem civibus, Spirensibus nulli judicet conquerenti: Sed volentes de eisdem civibus, vel eorum aliquo querelari, ad nos dictus Iudex debet transmittere, & nos eos ad civitatem Spirensem remittemus, amore vel justitia complanandos. Quod si ibidem factum non fuerit, nos utrique parti exhibere tenebimur justitiæ complementum. Dantes eis has literas nostras in testimonium super eo. Datum Moguntiæ VI. Calend. Iulii Indict. XIII. Anno Domini MCCLXXXV.*

Privilegium continens den Speirbach.

14. Lebemann. d. l. c. 124. p. 663.

NOs Adolphus, DEI gratia Romanorum Rex, semper Augustus, *notam esse volumus tam præsentibus quam futuris præsentem paginam inspecturis, quod cum divæ memoriæ Fridericus, quondam Imperator Antecessor noster illustris, aquam quæ* Speirbach *dicitur, deductam pro molendino apud* Rechholtz *quod ipse Dominus Fridericus ad usus Imperii erexerat, Civibus Spirensibus conquerentibus, eis in hoc fieri injuriam, ipsis duxerit restituendam, & pro eorum usibus reducendam, ut in ipsius antecessoris nostri literis vidimus contineri; ad hæc molendinum hoc idem deponi totaliter & mandarit. Et nos jus inibi credentes habere, molendinum de novo erexerimus loco in prædicto,* Rechmühl *nominatum. Sed quia secus novimus, ideo, immo etiam propter devotam fidem, qua nobis & antecessoribus nostris, ac Imperio dicti Cives Spirenses hactenus gratanter adhæserunt, & amodo desiderant fideliter adhærere, ad preces eorum devotas, molendinum prælibatum apud* Rechbach *deponimus ac deponi volumus, & mandamus & aquam dictam* Speirbach *deductam pro ipso molendino, ipsis civibus restituimus pro suis usibus modis omnibus reducendam: Nec amplius aliquod a quoquam inibi ædificari volumus molendinum. Dantes eis has nostras literas sigillo majestatis nostræ consignatas in avum testimonium super eo. Datum Spiræ Septemb. Indictione X. anno Domini MCCLXXXXVII. regni vero nostri anno IV.*

Privilegium Fori.

15. Lebemann. d. l. c. 125. p. 664.

NOs Adolphus, DEI gratia Romanorum Rex semper Augustus, *ad universorum, tam præsentium quam futurorum notitiam volumus pervenire, quod nos ob fidem impermutabilem & præclaræ devotionis memorandam constantiam pruden-*

1. VEtustissimam hanc urbem, præ cæteris Galliæ, atque Germaniæ, plerique constituunt. Ejus enim originem ad Abrahami Patriarchæ atque Semiramidis, Assyriorum Reginæ, tempora referunt: siquidem Trebetæ, Nini filio, Semiramidis privigno, à noverca patrio Babyloniæ Regno profugo, adscribunt. Gotefridus Viterbiensis, olim sub Henrico VI. Imper. præfectus sacrorum & Augustalium scriniorum, carmine hoc expressit, *part. 3. Chronic. in fin.*

> *Filius est Trebeta de Nini semine Regis,*
> *Cedere quem Regno Regina noverca coëgit,*
> *Vt pater elegit regna noverca regit.*
> *Pulsus ab hinc Trebeta subiit Germanica Regna;*
> *Fundat ibi Treverim fluvio præsente Mosella.*
> *Post eadem Treveris Belgica Roma fuit.*

2. Quam varia hujus civitatis, per temporum intervalla, sors fuerit & conditio, eleganti tractatu, quem *Augustæ Treverorum annales* dixit, Wilhelmus Kyriander, Treverensis Syndicus, publicæ exposuit utilitati. Ex eodem hic ea mihi potissimum referenda duxi, quæ de libertate ejusdem, *d. tract. part. 17. pag. 191.* consignavit. *In universum*, inquit, *earum civitatum, quæ Regibus & Imperatoribus Romanis solum, non aliis Dynastis olim paruere, quædam adhuc immediate eidem parent, quædam concessione Romanorum Principum, aliæ violentia potentiorum, cæteræ sua sponte & pactionibus, in alienam potestatem, ex toto vel pro parte, devenerunt. Ipsos Imperatores, Cæsaresque, doni, feudive, vel pignoris nomine, quasdam à se alienasse, nonnullas à Pontificibus suis, aliisque potentibus, per vim domitas subactasque, vel tutelæ suæ causa, & ob publicas necessitates fœderibus sese alienis obstrinxisse, vel se potestati, & fidei aliorum permisisse constat. Nemo autem reperitur, qui Treverorum Augustam vel concessione, donove cujusquam Regum, aut Imperatorum, dominationi, potestatique suorum Pontificum traditam, vel ab iisdem, armis debellatam, vel sponte in arbitrium, & ditionem eorum, repudiata prisca libertate sua sese contulisse, vel denique quicquam memorat, unde titulum aliquem pleni imperii, principatus, seu dominii, in ipsam civitatem arripere possint Episcopi. Nisi quod arbitrali sententiæ Caroli*

roli IV. at inani prorsus, & irrita cassæque potissimum innititur actio nuper adversus civitatem instituta, cuius hæc summa est: uti decernatur, ipsam urbem Treverim pleno iure subiectam Pontificibus, nec ulla in re ad sacrum Imperium sine medio pertinere, nulla sua libertate præditam, sed in omnibus a nutu, atq; voluntate Pontificum pendere, mandata istorum, & imperia qualibet, pati oportere. Quod quam parum æquo ac bono, iuriq; & moribus antiquissimis Reip. Treverensis conveniat, prudentis iudicium, sacræ nimirum Cæsareæ Maiestatis &c. erit æstimare. Quanquam autem ad intentionem istiusmodi fundandam adversus civitatem, Carolina illa sententia manifesto nimirum infirma, manifesto nulla, & in nihilum soluta, veluti pro titulo potissimum allegata fuerit in iure, quippe quia Cunonem Archiepiscopum Civitatis advocatum simul, & dominum vocet, urbem Pōtifici cum directis & utilibus dominiis, omni superioritate, iurisdictione, mero mixtoq; imperio, & gladii potestate attribuat, atque item regalium nomine a posterioribus Cæsaribus confirmata sit, id ipsum tamen multis modis non solum invicem, verum etiam descriptione tēporum, tam quæ præcessere, quam quæ secuta sunt Caroli IV. imperium, aperte cum ratione pugnare deprehenditur. Quale & istud est, quod non pridem A.C. 1571. in celebri conventu Francofurtensi, Monetæ atq; Matriculæ causa indicto, libellus Archiepiscopi Treverensis nomine, Senatui omnium ordinum sacri Imperii Romani exhibitus fuit, manifestis erroribus refertus, in hanc sententiam: Priscos Francorum Reges postquam urbe Treveri potiti sunt, Clodovæum, Dagobertum, Pipinum, Carolum, & alios, Christiana pietate motos, ad D. Petri Apostoli, & discipulorum eius Materni, Eucharii & Valerii (per quos Christiana religio primum Treveris, atque inde in totam Franciam, Germaniæq; partem propagata sit) veluti Archiepiscopalis Ecclesiæ Treverensis autorum, eorumq; successorum honorem, ipsam Ecclesiam Treverensem in Primatum tertius Franciæ sublimasse, & Pontificibus iisdem regias mansiones, homines fiscales, monetam, telonium & iudicium super re qualibet in urbe Treveri, & circum circa, cessisse, atque assignasse, ac deinde reges alios, postremoque Zuendeboldum viventibus illa tempestate Archiepiscopis, ipsorumque successoribus & Ecclesiæ Treverensi, omne imperium, omnia dominia civitatis, totiusque regionis, libere permisisse, tradidisseq;: quod posteriores reges confirmaverint: & Archiepiscopos ipsam urbem Treverim, cum regione circumiecta, simul ad Imperium Romanum attulisse, sic deinceps ab Imperatoribus, Cæsaribusque Romanis, usque ad ipsam Cæsaream Maiestatem, quæ nunc rerum potitur, inter alia de civitate Treverensi cum multis eximiis eam rem concernentibus privilegiis investitos: atque adeo Treverim nunquam fuisse civitatem Imperialem sine medio, vel Imperii membrum, sed inde ab istis donationibus atque cessionibus continue sub temporali dominio & administratione Pontificum suorum, veluti provinciæ Principum, mansisse. Quæ omnia, si necesse foret, insignibus documentis, atque item incorruptis tabulis authenticis annorum quingentorum, sexcentorum, septingentorum, octingentorum, & amplius, ostendi ac probari queant. Tandem cum urbs antiquitus muris careret, ideoque esset iniuriis & incursionibus opportuna

tuna, turribus mœnibusque, veluti ea etiamnum hac memoria cernuntur, à Ioanne primo eius nominis Archimysta, qui anno Christi 1213. die 14. Martii decesserit, cinctam fuisse, sicuti judicialiter probatum sit. Tandem securitate à Pontificibus suis munitos cives audaciores factos, & imperium sui affectare, à potestate Archiepiscoporum sese subtrahere cœpisse: donec Caroli IV. Imper. temporibus Baldevvino, Boëmundo, & Cunoni Pontificibus, rebellarint: unde judicium & diffinitiva sententia Caroli secuta sit: ex qua, sicuti & quamplurimis aliis in judicio editis instrumentis, plane atque indubitato constet, ab illo tempore Archimystas in continua possessione, vel quasi, mansisse universæ superioritatis Principi provinciæ competentis, & Ecclesiasticæ atque temporalis jurisdictionis, usque ad novissimam triennii vel quadriennii rebellionem. Hæc de verbo ad verbum fere, sed germanico idiomate, pluraque similis notæ nihil minus quam judicialiter probata, scriptum istud continet, eademque solent apud imperitos inculcari magna fiducia. Sed

quid dignum tanto feret hic promißior hiatu?

Speciosos eiusmodi titulos, & inanes rerum umbras, comminisci perinde nullius momenti ac facile est. Ad populum phaleras &c. At cum eorum, qui res Pontificum Treverensium monumētis prodidere, quæ quidem publice extare compertum sit, nemo talia confirmet, simulque nec ad temporum conditionem, nec ad formam regni Francorum, aut Imperii Rom. veterem vel probatas historias quadrent, tantisper dum citatis tam prisci ævi eximiis tabulis non comprobantur, fide haud immerito laborant. Præterquam quod in actis, tam Regum Francorum, & Imperatorum Rom. quam Archimystarum Treverensium, superius breviter commemoratis, innumera sese produnt argumenta, quæ tam antiquam Pontificum dominationem in urbe Treveri vel finitima regione, neutiquam credi patiuntur. Ipsa illorum, quæ vocant Regalia, seu à Cæsaribus de more impetrata diplomata, quam non veterem principatum, qualem provinciam, obtineant testantur. Nec obscurum est, quid quisque Pontificum, quove jure ac titulo acquisiverit, donec in eam amplitudinem, quæ nunc est, ditionis fines crevere. Reges Francorum, Cæsaresque prisci, quid tribuerint Treverensi Ecclesiæ, vetusti ipsorum codicilli antea relati indicant: quos qui olim memoriæ prodidere, verisimile non sit ignorasse, vel celare voluisse, si quid amplius aut illustrius Ecclesiæ vel Pontificibus impertitum fuisset. Immodice fere potentiam, seu præcipuam dignitatem & potestatis gloriam, tum ipsi Pontifices, tum eorum scriptores antiqui affectarunt: ecquid igitur adeo præclara laudis argumenta in obscuro esse paßi sint: Denique conditio vetus ac tempora quæque civitatis aperte diversum indicant, longe aliud comprobant, quemadmodum breviter in sequentibus apparebit. Quanquam fateri nullo periculo liceat, olim ob virtutes heroicas, innocentiam vitæ, atque prudentiam singularem, præsertim religionis intuitu, maximo in honore apud cives plerunque fuisse Pontifices. De Boëmundo 90. Treverorum Archiepiscopo temporibus Rudolphi, Adolphi & Alberti Cæsarum, scriptor eiusdem seculi eruditus, Cives, inquit, Tre-

verenses

verenses paterna solicitudine amplectebatur, eorum pervigili cura procurans libenter pacem & honorem, sicque eos reddidit cunctis suis beneplacitis benevolos & intentos. Cum Dithero 91. *Archimysta proximo successore honestissimum fœdus percussit civitas, de mutuo adversus hostes auxilio: cuiusmodi pacta sæpenumero etiam cum aliis Episcopis inita sunt. Ipsum insuper Cunonem* 94. *Pontificem, ac pene omnes qui eum insecuti sunt, quippe jam præpotentes facti, & finitimæ regionis domini, ob protectionem atque tutelam civitatis, annuam pecuniam cepisse negari nequit. Quæ omnia sicuti cum honestate atque laude coniuncta fuere, atque etiamnum pro bono pacis merito expetuntur, ita plenæ potestatis aut dominationis Pontificum in ipsam civitatem indicia non esse, sed eiusmodi principatum manifesto destruere, fatendum est. Etsi etiam constet, Pontifices olim non contentos finibus Ecclesiasticæ suæ jurisdictionis, eandem amplissime exercuisse, quamobrem Ioannes Petrus de Ferrariis, eximius Iureconsultus, ante annos* 150. *fere, in practica, Sic, inquit, nota quot modis Clerici illaqueant laicos & jurisdictionem ampliant: sed heu miseri Imperatores & Principes seculares, qui hæc & alia sustinetis, & vos servos Ecclesiæ facitis, & mundum per eos infinitis modis usurpari videtis, nec de remedio cogitatis &c. nihilo magis tamen ostendi queat, Episcopos Treverenses dominationem unquam vel imperium civitatis abolita illius libertate nactos, vel uti principes seculares suo jure exercuisse. Præterea variis atque turbulentis Imperii Rom. temporibus, tum per interregna, tum per schismata, non modo Romanorum Pontificum, sed etiam Imperatorum atque Cæsarum, civitatem Treverensem quotiescunque justum haberet Archiepiscopum, eidem adhæsisse, partes easdem secutam quod asseritur, quis improbet? quis laudi non ducat? quanquam si pleni in urbem arbitrii fundamentum inde quæratur Archimystis, tam facile sit probare istud non fuisse perpetuum, quam promptum est intelligere, quicquid dubiis rebus, & fluctuante Republica vel necessitate, aut ob vim maiorem fit, temporarium esse, nec innovare jus cuiusquam, nisi usu inveterato, & consuetudine longa, in mores transeat, moribus solidetur. Ita nimirum leges generales, multoque magis privilegia, rescriptave Principum, ita respublicæ, potestates, regna stant, vel cadunt, manent vel immutantur, valent vel expirant. Exoleta simul ac nova, æqua & iniqua moribus atque usu censentur. Protritum vulgo proverbium: Omnium rerum vicissitudo est; omnia fert ætas. Scite Petrarcha: Varietate natura bella est. Enimvero magnis imperiis quam minima æternitas semper fuit, parvæ res quomodo antiquum diu obtineant, aut statum suum perpetuo tueantur? Nisi inveterata possessio momentum & autoritatem suam retineat, in dubio fluctuabunt omnia, nemo juris sui, nemo dignitatis sortisque suæ certus fuerit, lites & bella nunquam cessabunt, exulabit gratia, pacem magis optare, quam colere licebit. Veteres migrate coloni. Si quæratur quo jure contra legum & Ecclesiæ prisca scita gladius spiritualis & temporalis reciprocent, quemadmodum memoria superiore*

dixerunt legum interpretes; consuetudinem prætendi certum est, quam etiam Celsus Iureconsultus, non semper ratione, sed errore aliquando primum introduci & obtinere significat. Leodium Regalis olim urbs, præpotens & libera, Caroli Burgundi armis debellata, & in Episcopi sui potestatem penitus redacta est, intra centesimum fere ab hinc annum. Moguntiam antiquitus liberam, & Imperialem civitatem fuisse perinde vulgo constat: quæ tamen anno Christi 1462. Archiepiscopi sui irruptione per vim capta, partim cæsis, partim in exilium pulsis civibus, antiquata reipublicæ forma prorsus sub jugum redacta est, & quo facilius imperio contineretur, haud diu post, arcem ibi munitissimam Archiepiscopus erexit. Non modo lites, sed etiam bella cum civitatibus suis frequenter, & acerrima gessisse, Basileensem, Argentoratensem, Spirensem, Wormatiensem, Metensem, Virodunensem, ac omnes pæne in Imperio Romano qui sunt Episcopi, insuper & Abbates quosdam, non latet annalium consultos, dum illi dominatum & potestatem summam in cives vendicant, hi pro libertate sua, patriisque moribus & institutis dimicant. Et fortuna, ut in rebus bellicis, varia certatum est: Civitates victæ sunt, & vicere. Manent inde onera legesq;, manent etiam prærogativæ atque commoda. Quisque nunc usu suo gaudet, jus suum uti possedit antiquitus, ita possidet. &c. Occasio ambiendi totum dominatum Pontificibus plerumq; fuit tum Ecclesiastica jurisdictio, quam exercebant amplissime, tum possessio ac usus regalium in urbibus, uti sunt palatia, comitatus, jurisdictio, merum & mixtum imperium, jus creandorum magistratuum ad expediendam justitiam, pœnæ mulctæq;, telonia, monetæ, Iudæi, pluraq; alia: quæ tamen etsi multa simul concurrant, uti Agrippinæ Coloniæ, Wormatiæ, Spiræ, Argentorati, Metis, Viroduni, Vesontionis &c. palam est ea propter necessario neque libertatem civitatum antiquam interire, neque plenum in eas imperium Pontificibus competere. Treveri igitur Archiepiscopum suum in urbe obtinere palatium, obtinere utriusque tribunalis, Ecclesiastici nimirum & civilis arbitrium, capiendis judicibus, cæterisque ad ea pertinentibus ministris, qui jus dicant gladiiq; potestatem exequantur, paucos item Senatores sed ab ordine probandos nominandi, & monetæ cudendæ jus habere, & admittendi Iudæos, aliaq; nonnulla quondam habuisse non negant, cæterum sese atque civitatem ipsam antiquissima libertate frui asseverant, sui juris suæq; potestatis se esse, plurimisq; consuetudinibus Imperii potiri, qualia sunt rerum suarum administratio, Senatum magistratusq; suos municipales creare, publicam quietem tueri, & vindicare, urbem munire, custodire, aliena fœdera tutelæ suæ causa contrahere, leges municipales condere, pœnas mulctasq; civiles infligere, in carcerem duci jubere, torquere, de criminibus, utrum capitalia sint necne, cognoscere, quædam etiam coërcere, monetas æstimare, forum, vectigalia quædam & molas, & aquarum decursus, & alia pleraque commoda, juraq; civitatis, quæ sacro Imperio Romano solum referant accepta, & autoritate, consensu atque tabulis Cæsarum & Imperatorum confirmata sibi inveterato usu obtineant: quanquam nihilo minus quibusdam modis uti

præde-

prædictum est, ac certis pactis, seu conditionibus tutelæ atque necessitatis suæ causa coniuncti ita sint Archiepiscopo suo, Principi Electori, ut eiusdem patrocinio in multis publice atque privatim, instar cæterorum subditorum uti consueverint, eiq; vicissim eo nomine honorem ac præmia pro more maiorum tribuant. Quamobrem etiam factum est, ut per novas Imperii constitutiones, atque in comitiis haud ita pridem autore D. Maximiliano primo Aug. Publica pax, Cæsareum Cameræ judicium, Circuli & Matricula Imperii, aliaq; nonnulla de statu Reipublicæ sancita dispositaq; sunt, Augustæ Treverorum ratio nominatim habita non fuerit, sicuti & de Principibus, Dynastis ac Civitatibus aliis compertum est, quibus tamen prærogativæ suæ, libertasq;, & jus antiquum ab ipso rerum fastigio immediate dependens, non invidenda est, nec præter iniuriam oppugnari possit. Matriculam Imperii certam, neque hac, neque superiore memoria fuisse, testantur publicæ constitutiones, & publica acta Imperii: quæq; nunc omnium potior censetur Wormatiensibus Comitiis Anno Christi 1521. conflata, illam sæpenumero deinceps uti imperfectam corrigi, augeri, vel innovari placuit, opere necdum absoluto, sed æque ac olim incondito.

Literis Cæsareis in judicio prolatis abunde constat, ab initio D. Caroli V. Imper. confectaq; jam tum Wormatiense matricula, sursum per omnium Rom. Regum & Imperatorum tempora, usque ad Wenceslaum, & ulterius, Treverenses cives ad Imperii comitia vocatos, & in matriculis seu catalogis onerum atque tributorum Imperii comprehensos fuisse, donec Pontifex eorum Iacobus II. qui anno Christi 1511. mortem obiit, primum omnium in comitiis obtinuit, sicut in illius Epistolis proditur, ne civitatis Treverensis portio, seu numerus Imperialis subsidii, publicis tabulis, aut Imperii libello adscriberetur, sed ipsi Archiepiscopo levandi sui numeri causa semel atque iterum condonaretur. Nec istud invitis civibus, sed cum bona eorum voluntate atq; gratia factum est: superioribus enim annis quum citarentur ad Comitia, plerumque partes suas Archiepiscopo suo, vel legatis illius, mandare solebant, tametsi interdum ipsi, sese per literas, vel si Pontifice vacaret Treverensis Ecclesia, per alios excusabant: incommoda sua necessitatesq; seu pericula, seu alias causas, quibus impedirentur quo minus indict: consilii vel auxilii gratia publice uti cuperent & tenerentur adessent, prætendebant. Et quidem haud temere: nam bellis pæne perpetuis, quæ prisca Francorum natio faidas vocavit, implicata civitas fuit, insuper Gallicani regni finibus propinqua, continuis turbis in Luzenburgensibus & Lotharingiis vicina, Philippi quoq; ac Caroli postremorum Burgundiæ Ducum potentia studioq; proferendi dominatus anxia, præsertim nothorum Burgundi ambitione & insidiis aliquoties petita, suspectam temporum fidem maiore cura rerum suarum domi pensare coacta est. Præterea statim ab obitu Othonis Archiepiscopi, anno Christi 1430. pernitiosissimi schismatis occasione, quod inter Iacobum & Vdalricum simul creatos Episcopos, ac demum inter Vdalricum, & Rabanum pluribus annis viguit, gravissimam cladem diuturno bello acceperat, æris alieni plurimum contraxerat, exhaustis Reipub. viribus, cum summa rerum omnium difficultate luctabatur. Denique priusquam publica pax Imperii

severius à D. Maximiliano primo Aug. conderetur, itinera passim habebantur infesta, nec sine valido comitatu longe proficisci ad conventus tutum erat: unde tum in abitus reditusq;, tum in ipsas comitiorum moras amplior & ingens sumptus impendebat, quem maiores lucrari, atque vitare non modo frugalitati & prudentiæ, sed etiam fortunis suæ civitatis convenire existimabant: eoq; commodius onera, quæ publice essent indicta, vel exequebantur, vel dependebant. Quanquam enim ex suis civibus neminem ad concilia mitterent, nominatim tamen excusabantur, & per alios, quibus id negotii dederant, vices eorum implebantur, ac si ipsi coram adessent: nihiloq; secius quam præsentes numerum suum publici oneris accipiebant. Deinde quia tutelæ suæ causa pecuniam annuam ex fœdere solvebant Archiepiscopis, æquum putabant, uti & ab iis tum in comitiis, tum in oneribus Imperii, quæ nec frequenter incidebant defenderentur: nihilo minus tamen eo nomine seorsim grati Pontificem muneribus, subsidio tributove pro suis opibus afficiebant, quo præter suam jacturam, id quod civitati indictum fuisset, exolueret, averteretque, ac perinde ut in concilio, ita & in onerum præstatione, vicibus eorum fungeretur. Ea ratio temporibus Imper. Friderici tertii maxime commoda civitati visa est, præsertim geminis fœderibus sociatæ Archiepiscopo Ioanni secundo, qui annis amplius sex & quadraginta pontificatum gessit, annisque postremis summe pacem & concordiam, sive sponte sua, seu arte coluit, adeo quidem ut per suos consiliarios Senatui sponderet, operam sese daturum, quo civitas ex Cæsareis registris deleretur, ea nimirum sententia, ne deinceps publicorum onerum impositione, vel exactionibus fiscalibus vexari posset. Quanquam vero præstare hoc nequiverit Ioannes, proximus tamen eius successor Iacobus, qui apud D. Maximilianum Cæsarem summo loco autoritatis atque gratiæ fuit, ab eodem cum in Agripinense Colonia Christi anno 1505. mense Iulio conventum ageret, tandem impetravit, uti civitas Treveris ipsi Archiepiscopo sui tributi levamento relinqueretur, neque nominatim in Catalogo Imperii pro ista vice describeretur. Id denuo factum videtur biennio post Constantiæ: quamobrem non difficile tandem fuit successori Iacobi Reichardo, Wormatiæ Comitiis habitis anno Christi 1521. in quibus ipse plurimum polluit, obtinere, ne civitas Treverensis matriculæ, seu descriptioni, illius publici subsidii, quod eo conventu institutum fuit, insereretur. Et cum posterioribus Comitiis omnes pæne subsidiorum Imperalium distributiones, ad instar ejusdem matriculæ Wormatiensis factæ sint, mirum non est, in iis Augustam Treverorum comprehensam non fuisse: quanquam nihilo minus etiam post annum 1521. ad Imperii Comitia tributaque vocata sit. Insuper eadem ratione quod ad Comitia venire desiisset, factum est, ut à levioribus Imperii contributionibus, quas communes, & non privilegiatas vocant, libera relicta sit: nec immerito: siquidem tutelæ suæ, atque commerciorum & annonæ causa, nec non ob alias necessitates finitimorum Dynastarum, ac suorum etiam Pontificum, qui tandem præpotentes & circumjectæ regionis domini sunt facti, fœdera coluit, conventaque hactenus haud immodica quotannis dependsa pe-

si pecunia redemit. Sed & Imperii Germanici extremitatem occupat, nec tam multis eius commodis fruitur, ut aliis civitatibus, quæ plurimas ab Imperio consuetudines, feuda, vectigalia, vel eiusmodi prærogativas & emolumenta possident, vel in medio regni gremio plena securitate potiuntur, oneribus ferendis æquari jure debeat, vel par esse posit. Sed hæc hactenus, atque eo potissimum spectant, uti intelligatur, Augustam Treverorum, etsi publicas immunitiones tam conventuum, quam onerum superiore memoria subterfugerit, eoq; nomine verbis admodum blandis identidem Pontificem suum Ioannem secundum compellaverit, nihilo magis tamen eo ipso, illius potestati ac Imperio sese, repudiata sua libertate subdidisse, sed potius ob fœdera, pactamque protectionem, sicuti etiam in Epistolis ea de causa missis evidenter apparet, tantam sibi cum Archiepiscopo conjunctionem intercedere arbitratam, ne cogeretur ad Imperii conventus magno cum incommodo gravique sumptu, ut tunc erant tempora, venire. Continuatum istud institutum fuit sub Iacobo II. & Reichardo Pontificibus, qui tabulas conventæ protectionis innovarunt: quod eorum successores, quanquam peculiaribus scriptis non fecerint, pretium tamen defensionis ergo, quotannis more majorum suscepere omnes, usque ad postremum, qui nunc præsulatum tenet: unde factum ut iis etiam civitas pro suis facultatibus, & pro inveterata consuetudine munera tributumve reipublicæ causa præbuerit, quotiescunque subsidium aliquod eximium, seu privilegiatum, uti vocant, a quo nemo immunis esse deberet, publice in Imperio decretum est. Antiquis vero temporibus, & ad Comitia profectos Treverenses, & ipsos subsidia sua præstitisse Cæsaribus, haudquaquam levibus argumentis constat. Ex his in confesso est, Archiepiscopos annis amplius ducentis, usque ad eum qui nunc vivit, annuam pecuniam, nomine tutelæ, protectionis & patrocinii sui, quod civitati impenderunt, ab ipsa cepisse: id autem iusto magistratui non licere, pro certo asseritur. Deinde provincialia subsidia, seu tributa, sive militares operas, aut angarias, aut quid tale, quod à subditis exigitur, & præbetur indies, nunquam Pontificibus suis reddidit Treveris. Sed nec juramentum subjectionis unquam præstitit: nec fidelitatem juravit aliter, quam recepta invicem ab Archiepiscopo religione, libertatem, jus, consuetudinem, moresq; civitatis salva fore: postremoq; omnium tale jusiurandum utrinque dictum est A. Christi 1460. sicuti in rebus gestis Ioannis secundi Pontificis refertur. Arbitrium reipublicæ vel administrationis, vel rerum civitatis, vel Senatus capiendi Magistratuve, vel collegiorum aut custodiæ, quo pertinent munitiones, præsidia militaria, portarum claves, annonæ cura, cæteraq; generis eiusdem, nemo Pontificum exercuit. Ipsa civitas, uti paulo ante commemoratum est, suo jure antiquitus aliena fœdera contraxit, & in hodiernum usque diem retinet, sua bella gessit, suæ potestatis fuit, institutis patriis uti liberam Imperii rempublicam, Cæsaribus ipsis sine medio subditam, sese rexit, & ab aliis Imperii Statibus liberæ sortis habita, Cæsarum etiam peculiari tutela, conciliis publicisque conventibus & aliis actis & diplomatibus honestata, & ipsorum epistolis Imperii civitas appellata, susceptis quoque

sacra-

sacramentis devincta est. Hæc hactenus ex Kyriandro: cui quantum tribuendum sit, audita demum parte altera licebit perspicere. Sane audiamus nos, si

3. placet, Ponti Heuteri *in hist.veter.& novi Belgii lib.2.c.5.p.86.* judicium. *Treveris,* inquit ille, *etiamnum hodie est civitas ampla, ac visu digna, libertate Imperii Germanici utens. Præest illi, universæq; ditioni Archipræsul, è tribus sacris Germaniæ Belgicæ Septemviris, qui ad Cæsarum electionem sunt instituti unus. Hunc certis, ho-*

4. *nestisq; legibus, salva libertate, in hodiernum usque diem agnoscit, ac reveretur. Etymon nonnulli putant ductum è veterum Germanorum fastu, ac jactantia, quem militari incessu, exprimere vultu, pedibusq; conabantur, ac proinde dicti Treetvuir, significare volentes, se tanta animorum confidentia ac ardore ad pugnam properare, ut viri, equiq; incessus vehementia ignem, calcatis è silicibus, imo ex ipsa terra, provocarent. Ride si lubet: attamen similibus etiamnum hodie vulgus gaudet nominum in-*

5. *ventionibus.* Post hæc à me scripta vir quidam Consultissimus me docuit, Rudolphum II. Imperatorem p.m. fere sub initium sui imperii, litem hanc inter Civitatem Treverensem, atque Archiepiscopum, sententia pro Archiepiscopo lata terminasse. Quod te, amice Lector, latere nolui.

CAPUT XLIX.

Vberlinga.

1. Situs, loci commoditas, & quando ad imperium devoluta. | *2. Privilegium appellationem concernens.*

1. VBerlinga, vel Iburinga vel Yberlinga, civitas Imperialis in lacu Podamico, sedes quondam fuit Sueviæ Ducum, propter loci opportunitatem, quasi statio quædam navium, qui illuc appellere solent, & vel mercibus importandis vel exportandis, adhiberi. Itaque domum etiam publicam habet, ad eum usum destinatam, ut hospitibus quovis tempore pateat. In Imperii Romani tutelam præsidiumque recepta est anno Christi 1267. Dresser. *d.tr. p.579.*

TENOR PRIVILEGII Reipubl. Vberlingensis, appellationem concernentis.

2. WIr Carl der Fünfte/ von Gottes Gnaden Römischer Kaiser/ zu allen Zeiten Mehrer des Reichs/ König rc. Bekennen offentlich mit diesem Brief/ für vns vnd vnsere Nachkommen am Reich/ vnd thun kund allermänniglich. Wiewol wir aus angeregter Güte vnd Kaiserlicher Miltigkeit aller vnd ieglicher vnser vnd des Heil. Reichs Vnterthanen vnd Getreuen/ Ehr/ Nutz vnd Bestes zubefürdern/ allezeit geneigt/ iedoch seind wir mehr begierig vnd williger gegen denen/ so bey vnsern Vorfahren/ Römischen Kaisern vnd Königen/ auch vns vnd dem Heil. Reich/ in stätter/ williger/ getreuer

getreuer Gehorsam vnd Dienstbarkeit/ für andern herkommen/ vnd sich redlich erzeigt/ gehalten vnd bewiesen haben/ sie mit vnsern Kaiserlichen Gnaden zu begaben. Wann Wir nun gütlich betracht haben/ solch Ehrbarkeit vnd Frommigkeit/ darin vnser vnd des Heiligen Reichs lieben getreuen/ Burgermeister vnd Raht/ Burger vnd Gemeind der Statt Vberlingen/ vor vnser Majestät berühmt seynd/ vnd wie sie sich in den nächsten Lutherischen Bäurischen Empörungen/ vnd aufrührischen schweren Läuften/ vns vnd der Heiligen Christlichen Kirchen zu Gehorsam/ tapffer/ mannlich vnd redlich gehalten/ auch die getreuen/ angenemen vnd willige Dienste/ so sie vns vnd dem Heiligen Reich in mannigfaltige Weg gethan haben/ vnd hinfürter wol thun mögen vnd sollen/ daß Wir demnach mit wolbedachtem Muht/ vnd rechter Wissen/ den gedachten Burgermeistern/ Raht/ Burgern vnd Gemeind der Statt Vberlingen/ diese besondere Gnad/ Freiheit vnd Recht gegeben vnd gethan/ thun vnd geben ihnen die auch hiemit von Römischer Kaiserlicher Macht Vollkommenheit/ wissentlich in Kraft diß Briefs/ vnd meinen/ setzen/ ordnen vnd wollen/ Nemlich/ Erstlich daß ein ieder Burger oder Burgerin zu Vberlingen/ so von einer Vrtheil/ vor dem Ober-Stattgericht daselbsten ergangen appellirt/ dieselb Appellation/ nach dem er ein gelehrten Eyd geschworen/ daß dieselb Appellation nicht für Gefähr/ noch Verzug/ allein aus Nohtdurft gethan habe/ nach dem Recht vnd Statuten der Statt Freiburg in Breißgau/ oder der Statt Rohtweil vnd Ravenspurg/ die ein Ehrsamer Raht zu Vberlingen/ einem iederzeit anzeigen vnd benennen wird/ vollziehen/ vnd alles das/ so von dem Raht zu Freiburg/ Rohtweil oder Ravenspurg/ mit Vrtheil erkant/ vnd zu Recht gesprochen wird/ daß dasselb stät vnd vngeweigert/ von beiden Parteien gehalten werden/ vnd wann der Appellant verlustig wird/ gemeiner Statt Vberlingen zehen Pfund Pfenning für Buß abzutragen verfallen seyn/ vnd in die Statt Vberlingen nicht mehr kommen soll/ die seyen dann zuvor bezahlt worden. Zum Andern/ daß ein ieder Burger oder Inwohner zu Vberlingen/ ein ieden Frembden vnd Auswendigen sein Haab vnd Gut ausserhalb der Statt Vberlingen/ vnd derselben ihrer Burger/ auch Spital vnd aller ander Gotteshäuser daselbst Gerichten/ Gebieten/ Gezwängen vnd Bännen/ vmb seine Anforderung wol zu Recht helfen mögen/ allermassen als sie bißher in der Statt Vberlingen/ vnd ihrem Stattgericht gethan/ vnd im Brauch vnd Vbung gehabt/ noch haben sollen/ vnverhindert allermänniglichs. Zum Dritten/ daß Burgermeister vnd Raht zu Vberlingen die ietzt seynd/ oder künftig seyn werden/ oder der mehrer Theil vnter ihnen/ der Statt Vberlingen auswendigen/ auch ihrer Burger/ Spital/ vnd anderer Gotteshäuser/ ihnen zugehörig/ Gebieten/ Gerichten/ Zwingen/ Bännen vnd derselbigen Oerter/ in allen Sachen setzen vnd ordiniren mögen/ was sie nach Erkantnuß des Rahts daselbst/ oder des mehrern Theils vnter ihnen/ auf ihr Eyd/ Nohtdurft/ vnd besser gethan/ dann gelassen bedüncken seyn wird/ vnd was sie dann also setzen/ ordnen/ erkennen/ das soll in denselben ihren auswendigen/ auch ihrer Burger Spitaln/

vnd andern Gotteshäusern wie vorstehet / Gebieten / Gerichten / Zwingen vnd Bännen / vnd derselben Oerter daselbst / von iederman gehalten / gegeben / vnd vollnführt werden / ohn Ein- vnd Widerred / auch Versaumnuß allermännigliche / allermaß / Gestalt vnd Recht / wie sie in der Statt zu Vberlingen / anzusehen vnd zuthun / von altem hergebracht vnd gethan haben / vnd hinfüro auch wol thun vnd gebrauchen mögen / von allermänniglich vnverhindert. Vnd gebieten darauf allen vnd ieglichen Churfürsten / Fürsten / Geistlichen vnd Weltlichen / Prælaten / Grafen / Freien / Herren / Rittern / Knechten / Hauptleuten / Vitzthumben / Hofrichtern / Landrichtern / Vrtheilsprechern / Richtern / Stulherren / Freigrafen / Freischöffen / Schultheissen / Vögten / Pflegern / Verwesern / Amptleuten / Burgermeistern / Rähten / Burgern / Gemeinden / vnd sonsten allen andern / vnsern vnd des Reichs Vnterthanen / vnd Getreuen / in was Würden / Stands oder Wesens die seyn / ernstlich vnd festiglich mit diesem Brief / vnd wollen / daß sie die genanten Burgermeister / Raht vnd Burger zu Vberlingen / ihre / ihrer Burger / vnd Gotteshäuser / Pfand / eigen Dienst / Gerichtsleut / Hintersassen / Vnterthanen vnd Zugehörigen / vnd ihre Nachkommen / an den berührten ihren Gnaden / Freiheiten vnd Rechten / nicht hindern noch irren / sondern sie vnser vnd des Heiligen Reichs wegen / getreulich dabey handhaben / schützen / schirmen / vnd der geruhiglich gebrauchen vnd geniessen lassen / vnd dawider nicht thun / noch das iemand andern zu thun gestatten / in keine Weiß / als lieb einem ieglichen sey / vnser vnd des Reichs schwere Vngnad vnd Straff / vnd darzu eine Poen / als nemlich fünftzig Marck lötigs Golds / die ein ieder / so oft er freventlich darwider thäte / vns halb in vnser vnd des Reichs Cammer / vnd den andern halben Theil den obgemeldten von Vberlingen / vnd ihren Nachkommen / unabläßlich verfallen seyn soll / ohne Gefährde zubezahlen. Mit Vrkund diß Briefs / der besigelt mit vnserm Kaiserlichen anhangenden Insigel. Geben in vnser vnd des Heiligen Reichs Statt Augspurg / am neun vnd zwantzigsten Tag des Monats Julii / nach Christi vnsers lieben HERRN Geburt 1530. Jahr / vnsers Kaiserthumbs im zehenden / vnd vnserer Reiche im fünfzehenden Jahre.

CAPVT L.

Vlma.

SUMMARIA.

1. *Nominis ratio.*
2. *Cui olim paruerit.*
3. *Quomodo libera facta.*
4. *Administratio Reipublicæ.*
5. *Archivum ibi est Imperialiū civitatum.*
6. *Privilegium habet* wider die Jüdischheit.
7. *Privilegium circa jurisdictionem.*

Vlma.

VLma, Imperialis Civitas Sueviæ, ad Danubium sita, (quam Ptolemæus 1. Alcimœnium appellare videtur) ab ulmis arboribus, quarum copia illic fuit; vel ab uligine nominata est, quod veteri notatur disticho:

> *Nomen quod Latio desumptum est fonte, quod apta*
> *Vlmeris posita est plena hæc uligine terra.*

Vel ab Hulmigeris, sive Bructeris, huc olim profectis, ejus conditoribus, unde & in vetustis literis Hulma, non Vlma legitur. Mœnibus caruit usque ad annum Christi 1100. ideo pagus dicta: hodie valide munita & magnifica præcellaque turri conspicua. Ex hac olim conscensa, Maximilianus I. Cæsar singularem cepit voluptatem: qui semipede tantum in turri, cum ea nondum corona vel ambitu cincta esset, eique semipedi pede altero præposito, de ea intrepide despexisse dicitur, cujus nomen adhuc marmori incisum inibi legitur. Carolum 2. Magnum, annales scribunt, olim hanc civitatem cum omni ejus jurisdictione donasse Cœnobio, quod est in veteri Alemaniæ insula, quam lacus efficit Venetus: quæ Sindeletiana primum, deinde Augia Dives (vulgo Reichenovia) appellata est, uno distans lapide à Constantia, urbe Imperiali; à quo multis post annis magna vi pecuniæ redempta, sui juris rursus effecta est, autoritatem suam interponente Friderico III. Imperatore. Alii eam paulatim in libertatem pecu- 3. niis prudenter datis, sese vindicasse scribunt, sub Ludovico Bavaro Cæsare, à quo potestate accepta, ipsa urbs sibi deinde Senatum, Consules & Tribunos creavit, anno circiter 1346. cuius privilegia adhuc magis confirmarunt Carolus IV. & Fridericus III. Imperatores. A Ludovico Bavaro (inquit Crusius *Annal. part. 3. lib. 4. cap. 15.*) impetraverunt Vlmenses, ut solverentur jugo Divitaugensis Monasterii. Itaque deinde sibi Senatum, Consules & Tribunos plebis, potestate à Cæsare accepta, fecerunt annum circiter 1346. ita se tunc fere omnino in libertatem à Richenoënsi Abbate vindicarunt. Adhuc tamen monachis eos infestantibus, Carolus IV. postea eis privilegia Ludovici confirmavit. Nondum vexare desinentibus claustralibus in Concilio Constantiensi & Basileensi, tandem Fridericus III. Vlmam omnino liberavit, cum ea monachis dedit grandem pecuniam. Forma Reipublicæ aristocratica est, 4. & ab Optimatibus administratur. Senatores habet XLII. (52. ponit Dresserus *d. tr. p. 586.*) qui ex ordine patricio & plebejo constant, quorum prudentia universæ res tum in urbe tum in agro administrantur, dum singulis sua munera attributa sunt. Inter hos sunt Duumviri, seu duo Prætores, ex Patriciis, senatores *καθ' ἐξοχὴν* (die ältern Herren) appellati. Ab his sunt Quinqueviri, rebus tantum gravibus & secretis judicandis præpositi (die geheime Herren) deinde Tresviri Consulares, omnes ex ordine patricio: qui alternis annis præsident. Vnus militarium negotiorum Consiliarius, & Legatus: duo præterea provinciales (Herrschafft-Pfleger) quibus cura rerum in agro: & tres

Quæstores (Stattrechner) quibus rerum in urbe, censuumque & redituum administratio commissa est: Curatores duo Hospitales (Spittalpfleger); tres vero pupillarium negotiorum (Pflegherren): ac duo Censores (Aininger) mulctæ pecuniariæ perfecti. Hi omnes cum paucis adhuc aliis minutioribus officiis universum senatum constituunt: à quibus plerisque quotannis administrationis peractæ rationes exiguntur. Sed & plerorumque munerum, quæ perpetua non sunt, ante novi Consulis renunciationem, quæ fere in Idus Augusti incidit, curatio instituitur. Ecclesiastici Consiliarii, qui religionis negotia tractant (Hüttenherren) sex sunt: Qui etiam Ædiles vocari possunt, quoniam
5. sacras ædes sartas tectas servant: Reusnerus *d.tr. pag.*139. Ad privilegia, & excellentiam civitatis pertinet, I. Daß sie aller anderen Freien vnd Reichs-Stätte
6. archivum vnd registratur in Verwahrung hat: Schadæus *in dedicat. Sleidan. contin.* II. Ist sie gleich wie Nürnberg wider die Jüdischheit privilegirt vom Kaiser Ferdinando I. sub dato 28. Martii A. C. 1561. Viennæ: Ayrer. *part. 2. process. histor. c. 5. obs. 1. p.* 548. Scilicet, ut Iudæi cum civibus nec contrahere, nec ullibi
7. desuper eos convenire possunt. III. Civitas Imperialis Vlm privilegiis gaudet Cæsareis de annis 1359. 1400. 1401. & 1479. ne quis civium ad quodvis extraneum judicium sive Rotvvilam sive alio evocetur: sed Vlmæ coram der Statt Amptmann conveniatur, nisi justitia denegata aut protracta fuerit: pertinentque illa privilegia non tantum ad cives, sed & ad quoscunque subditos Vlmenses, etiam illos, qui in castris per Vlmenses emptis, als Helfenstein/Geislingen vnd Albedech/mit ihren ein vnd zugehörigen Dörfern/rc. habitant: *d. privileg. anni* 1400. *& seq.* Dicta Privilegia der Statt Vlm hæc sunt.

WJR Günther / Graf zu Schwartzenburg / vnd Herr zu Rams/des Allerdurchleuchtigsten Fürsten vnd Herrn/Herrn Sigismund/Römischen Königs/zu allen Zeiten Mehrer des Reichs/ vnd zu Hungarn/rc. Königs Hofrichter/Bekennen vnd thun kund offenbar mit diesem Briefe/ allen denen die ihn sehen / oder hören lesen / daß Wir einen desselben vnseres Herrn/des Königs Majestät Brief gantz gerecht vnd vnverfährt in Pergamen/Schrift vnd Sigel gesehen vnd gehört haben/derselbe Brief von Wort zu Wort geschrieben stund/und lautet also:

WJR Sigmund / von Gottes Gnaden Römischer König/ zu allen Zeiten Mehrer des Reichs/vnd zu Hungarn/Dalmatien/ Croatien / König / Bekennen vnd thun kund offenbar mit diesem Briefe/ allen denen/ die ihn sehen oder hören lesen/ wiewol vnser Königlich Gemüht/durch der Römischen Königlichen Würdigkeit Willen/darinnen vns der Allmächtige Gott/durch seine lautere Güte gesetzt hat/mit embsiger Sorgen allezeit beladen ist/ aller vnd ieglicher des Römischen Reichs Einwohnern/ Frommen/ Nutz vnd Bestes zubestellen/ iedoch ist solches vnser Gemüht billich stättiglicher

licher vnd mehr beladen/ wie Wir die Vnterthanen vnd Getreuen/ die vnsern/ vnd desselben Reichs Diensten/ allezeit getreulich vnd gehorsamlich bereit seynd/ bey ihren Gnaden/ Freyheiten/ Rechten/ Briefen/ Privilegien/ schirmen vnd gnädiglich behalten: wann das die Vernunft räht/ die Gesetz gebieten/ vnd alle Ordnung der Gerechtigkeit heftiglich fordern. Wann nun für vnser Königliche Majestät kommen ist/ der Burgermeister/ Raht vnd Burger gemeiniglich der Statt zu Vlm/ vnser vnd des Reichs getreuen/ Ehrbare Botschaft/ vnd für vns bracht zuverhören demühtiglich gebetten hat/ diese nachbeschriebene drey Brief/ lautent also:

WIR Carl/ von Gottes Gnaden Römischer Kaiser/ zu allen Zeiten Mehrer des Reichs/ vnd König zu Böheim/ Bekennen vnd thun kund offentlich mit diesem Brief/ allen denen/ die ihn sehen oder hören lesen/ daß Wir angesehen haben die stäten vnd getreuen Dienste/ die vns vnd dem Reich/ der Burgermeister/ der Raht/ vnd die Burger gemeiniglich der Statt Vlm/ vnser vnd des Reichs lieben getreuen/ oft nutzlich gethan haben/ vnd fürbaß thun wollen vnd mögen zu künftigen Zeiten/ vnd haben ihnen die Gnade gethan/ vnd thun auch mit diesem Briefe/ mit Kaiserlicher Macht/ mit rechter Wissen/ vnd von sonderlichen Gnaden/ daß niemand sie/ alle die Burger vnd die Statt zu Vlm/ samt/ oder ihr ieglichen besonder/ für keinerley Landgericht/ oder sonst Gericht/ wie die seynd/ oder wo die gelegen seynd/ oder auch für vnser vnd des Reichs Hofgericht/ laden/ fürtreiben/ oder heischen solle vmb was Sachen das sey ohn allein vor ihren Amptmann in der Statt Vlm/ es were dann/ daß dem Kläger Rechts versagt/ oder wider Bescheidenheit verzogen würde: Wer aber zu ihnen/ samt vnd besonder/ darüber icht zu sprechen hat/ der soll Recht von ihnen vor dem ehegenanten ihrem Amptmann nemen in der Statt Vlm. Darüber gebieten Wir allen vnsern vnd des Reichs Vnterthanen/ daß niemand wider solch vnser Gnad thun soll oder könne/ in keine Weiß/ als lieb ihnen sey/ vnser vnd des Reichs Hulde zubehalten. Were aber/ daß darüber oder darwider ichts geschehe/ so wollen Wir/ daß alle solche Ladung vnd Gericht keine Kraft noch Macht haben sollen/ vnd den ehegenanten Burgern vnd der Statt zu Vlm keinen Schaden bringen. Mit Vrkund dieses Briefs/ besigelt mit vnser Kaiserlichen Maiestät Insigel/ der geben ist zu Prag/ nach Christi Geburt dreyzehen hundert Jahr/ darnach im neun vnd funftzigsten Jahr/ an der nächsten Mittwochen nach Sanct Martins Tag/ vnserer Reich im vierzehenden/ vnd des Kaiserthumbs in dem fünften Jahr.

WIR Ruprecht/ von Gottes Gnaden Römischer König/ zu allen Zeiten Mehrer des Reichs/ ꝛc. Bekennen vnd thun kund offentlich mit diesem Brief/ allen denen/ die ihn sehen oder hören lesen/ daß Wir angesehen/ und betracht haben/ die getreuen vnd nutzlichen Dienste/ so die Burgermeister/ Raht

vnd alle Burger gemeinlich der Statt Vlm / vnser vnd des Reichs lieben getrewen vns vnd dem Reich oft nutzlichen vnverdrossentlichen gethan haben / vnd in künftigen Zeiten thun sollen vnd mögen / vmb das so haben Wir ihnen mit guter Fürbetrachtung nach Raht vnser vnd des Reichs Fürsten vnd Getrewen / von Römischer Königlicher Macht Vollkommenheit / solche Freiheit vnd Gnad gegeben vnd gethan / vnd thun vnd geben auch die mit rechter Wissen / in Kraft diß Briefs / daß niemand / wer der sey / sie alle / vnd ihre Statt besamt vnd gemeinlich / noch keinen ihren Burger besonder / noch iemand der gemeiner Statt oder ihren Burgern zuversprechen stehet / es seyen Leut oder Gut / für keinerley Landgericht / oder sonst Gericht / was die seynd / oder wo die gelegen seynd / oder auch für vnser vnd des Reichs Hofgericht laden / fürtreiben / heischen soll / vmb was Sachen das sey / ohn allein die vorgenanten Burger gemeiniglich vnd auch besonder / vnd ihr Gut zu Vlm / für ihren Amptmann in der Statt zu Vlm / vnd die ihren / die ihnen vnd ihren Burgern zuversprechen seynd / als vorgeschrieben stehet / für die Amptleut / vnd zu die Gericht / da sie gesessen seynd : Es were dann / daß dem Kläger Recht daselbst versagt / oder wider Bescheidenheit gefährlich verzogen würde / vnd wer darüber zu ihnen besamt vnd besonder / oder zu den ihren / die ihnen zuversprechen seynd / als vorgeschrieben stehet / icht zusprechen gewinnet oder hat / der soll Recht also von ihnen suchen vnd nemen / in aller der Weiß / so hievor begriffen ist / ohne alle Widerrede. Vnd darumb so gebieten Wir allen vnsern vnd des Reichs Vnterthanen / daß niemand / oder ihr keiner / wider solche ihre Gnade / ichts thun soll oder könne / in keine Weiß / als lieb ihnen sey / vnser vnd des Heiligen Reichs Huld zubehalten. Were aber / daß darwider ichts beschehe / so wollen Wir vnd setzen auch ietzt / daß alle solche Ladung / Gericht / vnd auch Recht / keine Kraft noch Macht haben sollen / vnd den ehegenanten Burgern der Statt zu Vlm / besamt vnd besonder / noch den ihren / als vorgeschrieben stehet / keinen Schaden bringen in keinen Weg : vnd were / daß die vorgenanten von Vlm / oder ihre Burger / oder die ihnen zuversprechen stünden / darüber iemand zu dem rechten käme / es were auf Hofgerichten / auf Landgerichten / Stattgerichten / oder sonst Gerichten / oder zu tagen auf Gemeinleut vnd auf Schuldleut / daß ihnen das dann niemand noch kein Gericht / Richter noch Vrtheilsprecher / nicht widertheilen noch absprechen soll / vnd soll demnach der Kläger / einer gemeinen Poen / mit Namen fünfzig Marck lötigs Golds darumb verfallen seyn / die halb an vnser vnd des Reichs Cammer / vnd der ander halbe Theil den vorgenanten von Vlm / oder den jenigen so alle verfahren weren / ohne Minderung gefallen soll. Mit Vrkund diß Briefs / versigelt mit vnser Königlichen Majestät Insigel / Geben zu Vlm auf Sanct Lorentzen des Heiligen Martyrers Tag / als man zahlt nach Christi vnsers lieben HERRN vnd Erlösers Geburt / viertzehen hundert vnd eins / vnsers Reichs im ersten Jahr.

WIR Ruprecht/ von Gottes Gnaden Römischer König/ zu allen Zeiten Mehrer des Reichs/ Bekennen vnd thun kund offentlich mit diesem Brief/ allen denen/ die ihn sehen oder hören lesen: wann die Burgermeister/Raht vnd alle Burger gemeinlich der Statt Vlm/vnser vnd des Reichs lieben getreuen/ vns vnd dem Reich zu Ehren etliche Schlösser/ Leut/ vnd auch Güter/ vnd sonderlich vnd mit Namen Helfenstein/ die Veste Geislingen/ die Statt mit den Zöllen/ Vngelden/ Geleiten/ Wildbahnen/ Märckten/ Dörfern/ vnd andern Zugehörigen/ zu Albedech/Burg vnd Statt/ mit den Dörfern/ Weilern vnd Höfen/ die darzu gehören/ wie die genant/ oder wo die gelegen seynd/ an sich/ vnd die gemeine Statt zu Vlm bracht haben/ darumb so haben Wir ihnen mit wolbedachtem Muhe/ rechter Wissen/ vnd Römischer Königlicher Macht/ mit Raht vnser vnd des Reichs Fürsten vnd Getreuen/ ihn vnd der Statt zu Vlm gemeinlich/ dieselbigen Schloß/ Leut vnd auch Güter/ alle/ vnd darzu allen ihren Burgern/ alle ihre Besitzung/ Leut vnd Güter gnädiglich bestätet vnd confirmirt/ bestäten vnd confirmiren ihnen auch die in Kraft diß Briefs/ ihnen vnd ihren Erben vnd Nachkommen fürbaß mehr geruhiglich zubesitzen/ zugeniessen/ vnd zu haben/ ohn alle Gefährde/ vnschädlich doch vns vnd dem Reich an vnseren Lehen vnd Rechten vnnachtheilig: Darzu haben Wir den vorgenanten von Vlm/ von besondern Gnaden/ solche Freiheit vnd Gnad auch erlaubt vnd gegeben/ daß ihre Vögt vnd Amptleut zu Helfenstein/Geislingen/vnd zu Albedech/ vnd in Dörfern darzu gehörig/ die sie jetzund da haben/ oder zu künftigen Zeiten da setzen oder gewinnen/ dieselben Leut/ auch Gut/ gegen allermänniglichen an ihre statt/ vnd von ihrentwegen/ mit dem Rechten darinnen sollen vnd mögen gnug thun/ zu gleicher weiß/ vnd auch in allen den Rechten/ als der Burgermeister vnd der Raht/ oder die Burger selber zu Vlm/ ohne alle Gefährde. Darumb so gebieten Wir allen vnsern vnd des Heiligen Reichs Vnterthanen/ daß niemand/ noch ihrer keiner wider solch vnser Freiheit vnd Gnad nicht spreche/ rede/ oder thue/ als lieb ihnen vnser vnd des Heiligen Römischen Reichs schwere Vngnad sey zuvermeiden. Were aber/ ob von jemand darwider ichts gesprochen/ oder gethan würde/ das soll keine Kraft noch Macht haben/ vnd den ehegenanten von Vlm gäntzlich vnschädlich seyn/ in alle Weg/ darzu nemen Wir sie/ vnd die Statt zu Vlm/ in vnser Huld vnd Gnad/ vnd wollen ihr gnädiger Herr seyn. Vrkund diß Briefs/ versigelt mit vnser Königlichen Majestät Insigel/ Geben zu Vlm auf S. Lorentzen Tag/ des Heiligen Martyrers/ in dem Jahr als man zahlt nach Christi vnsers lieben HErrn vnd Erlösers Geburt/ vierzehen hundert vnd eins/ vnsers Reichs im ersten Jahr.

Vnt

VNd wann vns die obgenante Bottschaft fürgelegt hat/ mit Klag/ wiewol Wir den vorgenanten von Vlm/ die vorgeschrieben/ vnd andere ihre Gnaden/ Freiheiten/ Briefe/ Privilegien vnd Handfesten/ gnädiglich erneuert vnd bestättiget haben/ nach Inhalt vnser Majestät Briefe darüber gegeben/ iedoch seynd sie von Klagen wegen des Edlen Grafen Hansen von Helfenstein/ für vnser vnd des Heiligen Reichs Hofgericht zu diesem mal geladen/ vnd seynd ihnen also die ietzige Brief vnd Freiheiten überfahren/ vnd wann vns dieselbe Bottschaft demühtiglich angeruffen vnd gebetten hat/ die vorgenanten von Vlm/ bey denselben Briefen vnd Freiheiten zu behalten/ vnd als Wir ihn vnser Beständnuß-Majestät Brief/ vormals ehe Wir vnser Königliche Krönung zu Aach empfangen hetten/ gegeben haben/ daß Wir ihnen auch ietzo/ die vorgeschriebenen drey Brief/ vnd auch alle andere ihre Gnad/ Freiheit/ Recht/ gute Gewohnheit/ Briefe/ Privilegien vnd Handfesten/ die sie von Römischen Kaisern vnd Königen/ vnsern Vorfahren am Heiligen Reich/ erworben vnd hergebracht haben/ vnd darzu aller vnd ieglicher/ ihrer vnd der Statt Vlm/ vnd ihr ieglicher Burger daselbst/ Besitzung/ Leut vnd Güter/ wie die dann genant seynd/ besamtlich vnd besonder/ zubestätigen vnd zubefesten/ vnd auch die vorgenante Ladung abzuthun/ gnädiglich geruheten: Das haben Wir angesehen solche redliche Bitte/ vnd auch der vorgenanten von Vlm willige/ getreue vnd vnverdrossene Dienste/ die sie vns vnd dem Reich zuthun allezeit willig vnd bereit seynd/ vnd darzu die vorgeschriebene Freiheit vnd ihr Inhaltung/ vnd nemlich vnser vorgenante Bestätigung/ für vns genommen/ vnd haben darumb mit wolbedachtem Muht vnd gutem Raht vnser vnd des Heiligen Römischen Reichs Fürsten/ Grafen/ Edlen vnd Getreuen/ den vorgenanten von Vlm/ die vorgeschriebene drey Brief/ vnd ihr vnd iegliches Inhaltung/ vnd auch alle vnd iegliche/ ander ihr vnd der Statt zu Vlm/ Gnad/ Freiheiten/ Recht/ vnd gute Gewonheit/ Briefe/ Privilegien vnd Handfesten/ wie die dann von Wort zu Wort lauten vnd begriffen seynd/ die sie von Römischen Kaisern vnd Königen/ vnsern Vorfahren an dem Reich/ erworben vnd herbracht haben/ samentlich vnd besonder/ gnädiglich bestätet/ vnd befestet/ bestäten vnd befesten ihnen die/ mit rechter Wissen in Kraft diß Briefs/ von Römischer Königlicher Macht vnd Vollkommenheit/ vnd meinen/ setzen vnd wollen/ daß sie fürbaß mehr vnwiderrufflich kräftig seyn vnd bleiben/ vnd in allen andern Kraft vnd Macht haben sollen/ als ob aller solcher Briefe/ Privilegien vnd Handfeste/ Meinung/ Puncten vnd Articuln/ von Wort zu Wort in diesem Briefe geschrieben stünden/ vnd Wir haben auch darauf die vorgenante Ladung/ von des vorgenanten Graf Hansen wegen/ an das vorgenante Hofgericht gethan vnd beschehen/ vnd was davon kommen ist/ vnd darnach gefolgt hat/ gäntzlich vnd gar abgethan vnd vernichtet/ thun ab vnd vernichten die mit rechter Wissen/ von Römischer Königlicher Macht/ mit die-

sem

versitatis, Studii, & Hoher Schulen/appellationibus potissimum clara. Academiæ vocabulum, & prosodia, & origine seu notatione, & significatu, apud rei literariæ præfectos, uniforme haud est. Qui antepenultimam acuunt, Latinorum; qui penultimam, Græcorum legem sequuntur (sicut Latinus penultimam in Metamorphosis attollit, Græcus deprimit.) Vel, illi dicunt Academia, à Græco ἀκαδημία: hi vero à Græco ἀκαδήμεια. Apud Stephanum enim reperias hanc vocem per ει diphthongum scriptam, quod *lib. 2. de re metrica* annotavit Micyllus, qui eam pro diversitate scribentium corripi & produci posse penultima existimat. Claudianus eam corripuit, Cicero produxit: Goclen. *lib. 1. problem gramm. c. 17. p. 15.* Vocabuli originem nonnulli ab Academo: Laërtius *lib. 3. de vit. Philosoph. p. m. 190.* seu, ut alii legunt, ab Echedemo, vel Ecademo, Heroë quodam deducunt, qui in loco suburbano, nemoroso, prope Athenas Scholam instituerat & ex privata possessione publicam fecerat, studiorum causa. Hanc celebrem docendo reddidit Plato, summæ prudentiæ & autoritatis apud Græcos: *l. 2. ff. de nundin.* sublimis apex Philosophorum: Arnob. *advers. Gentes lib. 1. p. 11.* heres maiore ex parte priscæ sapientiæ; ad quem, tanquam ad legitimum filium doctrina priorum devoluta est: Augustin. Steuchus *de perenni Philosoph. lib. 2. c. 2. p. 86.* cuius ore Musæ, si græce loqui voluissent, fuissent usæ; Possevin. *tom. 2. Biblioth. select. lib. 12. p. 24.* imo Iupiter ipse. Iul. Bellus *in Hermete Polit. lib. 1. p. 10.* Alii à Kadmo Agenoris filio primordia repetunt, ut Franc. Iunius *c. 1. de Academ. p. 1.* literis consignavit. Græcam alii hanc formant originem ab ἄκος, & δῆμος; quorum prius remedium, posterius populum notat: quasi Academias dicas remedium populi, vel medelam publicam, contra toxicum inscitiæ, & ignorantiæ, atque gangrænam vitiorum. In eo alii conveniunt, Athenis primum hoc nomen inclaruisse, verum dubio & ambiguo significatu: Fr. Iunius *d. tr. c. 1. p. 1.* Audomarus Talæus *in Academ. pag. 2.* Nobis quandoque significat, I. *διατριβὴν* Platonicum, Athenis distans passus mille. Vnde ipse, eiusque sectatores Academici dicti. II. Sumitur pro quavis literarum Schola insigniore & ampliore, & præcipue ea, quæ dicitur Vniversitas. III. *μετωνυμικῶς*, pro doctrina Academica, seu ea, quæ in Academia usurpatur: ut, *hoc olet Academiam*: Gocl. *in Lex. Philol. verb. Academia p. 25.* IV. Fuit Academia villa Ciceronis, porticu & nemore insignis, in qua nomen imposuit quæstionibus Academicis, quas in illa villa Orator & Philosophus conscripsit: Choppin. *de sacra Polit. forensi lib. 2. tit. 8. num. 14.* V. Itali, & Galli, Academias vocant etiam collegia civium nobiliorum, ubi vel Musica, Oratoria, Poësis &c. excoli solet; vel ubi exercitia aliquot junctim juventuti prostant. Imo Galli Academias habent lusorias, & eas eo nomine dignantur: Vid. Lans. *de princip. Provinc. Europ. pag. 300.* *Vniversitates cur hæc vocentur sodalitia*, quæstio non est indubia: Nam diversos in opinionum anfractus hic doctiores abire videas. Alii quum universis ad has pateat aditus, tanquam ad privilegiatas quasdam nundinas, Vniversitates

4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11.

tes jure meritoque dici autumant: Middendorp. *de Academiis lib.* 1. *c.* 1. *p.* 2. Matth. Stephan. *d.tr. c.* 1. *n.* 47. Huc illud trahunt, quod Monasterii cuiuspiam ad introitum positum memorant,

Porta patens esto, nulli claudaris honesto.

Plane ut virtus omnes dicitur admittere, nec censum nec ætatem curare, ita conveniens virtutis hocce in theatrum quemlibet recipere. At inde nomen rei
12. ponere, mihi licentiosa videtur audacia. Vti neque illorum sequor vestigia, qui universitates inde metiuntur, quod universa artium liberalium genera complectantur, & studium universi, hoc est, omnium optimarum disciplinarum ac rerum: Perionius *lib.* 1. *Græcorum & Romanor. magistrat. in fin. pag. m* 318. *in additam. tr.* Zamoiscii *de Senatu Romano.* Besold. 1. *polit.* 12 § 3. *n.* 31. Goclen.
13. *loco supra à nobis adducto.* Præterquam enim, quod nullum huius opinionis videam ab illis positum fundamentum, usus me contrarium docuit. Acade-
14. mia Parisiensis (cuius de fundatore nunc non disputo. Sive enim Carolum Magnum eum constituas, cum Belloforesto *de mundo lib.* 3. *c.* 44. *p.* 233. Zabarella & Petro Anchorano *in clement.* 1. *de magistr.* Possevino *lib.* 3. *select. Bibliothec. c.* 5. Middendorp. *de Academ. lib.* 6. *p.* 358. Giusseppe Mattheacci *ragion. polit. p.* 189. sive alium, cum Estienne Pasquier *livr.* 3. *des recherches de la France ch.* 23. *p.* 310. *& seqq.* parum hoc faciet nostrum ad propositum) in privilegio Ludovici IX. & Innocentii Pontificis (quæ extant apud Middendorp. *d. lib.* 6. *p.* 366.) nec non aliorum in sanctionibus (quæ videre licet in Codice Henrici III. *lib* 11. *tit.* 1.)
15. Vniversitas cluet. Aurelianense studium, variis rescriptis, & concessionibus Regiis (quæ prostant in Synopsi Privilegiorum, & Statutorum inclytæ Nationis Germanicæ in Vniversitate Aurelianensi, sub rubrica de Vniversitate) Vniversitatis nomine clarum est. At nec in hac, nec in priori illa, universa Ency-
16. clopædia viget, nec omnes artium liberalium facultates existunt. In Lutetiana quidem juris civilis nulla professio, in Aurelianensi Theologiæ nulla: quod & in aliis Galliæ Vniversitatibus notavi. Præterea quæ olim Academiæ dictæ, tractu temporis postea, nullo discrimine rerum, Vniversitates dici cœperunt; ut Autor *Apologiæ antiquitatis Oxoniensis lib.* 1. *num.* 145. *pag.* 66. uberius firmat. Quo simul subtilis nonnullorum (eam enim hoc titulo sibi imaginantur) distinctio corruit, qui Academiam ab Vniversitate separant, & aliam hanc, aliam illam constituunt: atque eandem recte Dn. Clutenius, ne-
17. que subtilem, neque utilem, multo minus veram censuit, *in Sylloge rerum quotidianar. thes.* 21. *lit.* E. Denique si Vniversitas literaria inde nominis hoc sortita, unde volunt à me supra relati dissentientes, velim scire, Civitates unde Vniversitates dictas arbitrentur? An quod illæ universa opificiorum, & ad utilitatem communem necessariorum artificiorum genera complectantur? Id vero falsum, atque ineptum. Potius ergo est, ut quo sensu reliqua Collegia, Corpora, Respublicæ, Communiones, &c. Vniversitates dicuntur, eodem etiam

no-

noſtra hæc collegia literaria Vniverſitates audiant. Licet vero accurate loquendo, alii noſtras Vniverſitates non ſimplici nomine, ſed ad diſtinctionem aliarum, cum adiuncto, literarias, ſeu ſtudiorum, appellitent; attamen nec illi errant, qui omiſſo adiuncto per excellentiam Vniverſitatem enunciantes, aliam non intellectam volunt, quam eam, de qua nos hic agimus. Habent eam in rem aliorum exempla, qui Poëtam dicentes, non addito nomine, apud Græcos Homerum: quem præcipuum Poëtarum ICtus nominat *in l. 16. §. 8. ff. de pœnis.* inter Latinos Virgilium ſubaudiunt; jusque Civile pro jure civili Romanorum 18. edicunt: *§ jus autem 4. Inſtit. de I. N. G. & C.* In jure noſtro duas alii univerſitatum ſpecies annotarunt: una rerum eſt, quæ & ipſa duplex; juris videlicet, quorſum hereditatem referunt: *l. 20. § 1. ff. de petit. heredit.* & facti: *l. 1. § ultim. ff. de R. V.* Bartol. *in l. 1. in pr. ff. de damno infecto.* Altera perſonarum: *t. t. quod cuiusque univerſ. nomine, & t. ff. de manumiſſ. quæ ſervis ad univerſitatem pertinentibus imponuntur.* Hoc ſenſu, univerſitas collegium eſt: *l. 1. d. t. de manumiſſ. quæ ſervis &c.* ſocietas, corpus: *l. 1. d. t. quod cuiuſque univerſ. nomine. l. 10. §. 1. ff. de vacat. & excuſat. muner. l. 5. §. 12. ff. de jure immunit.* Itaque cum in Academiis, ex collegiis variis, una ſocietas caputque conſtituatur, & Vniverſitas hoc modo fiat ex ſingulorum collectione abſtractive ſumpta, quorſum attinet longius nomi- 19. nis rationem petere, cum in propinquo eam reperire liceat? Quidve prodeſt cum Bologneto *in l. ſi maior, num. 28. C. de tranſact.* & Menochio *de arbitr. judic. quæſt. lib. 2. cent. 6. caſ. 598. n. 1.* inter Collegium & Vniverſitatem eam conſtituere differentiam; quod hæc ſit univerſitas naturalis, creſcens, decreſcens, conſtansque ex ſexu utroque; pueris, adoleſcentibus, viris, ſenibus, & tam ſanæ mentis, quam ſenſu carentibus: collegium vero ſit Vniverſitas artificialis, conſiſtens ex hominibus jam perfectæ ætatis, ſanæque mentis? Sane jus noſtrum hanc non agnoſcit differentiam, nec ratio patitur, ut naturalem inter homines conſtituamus univerſitatem. Natura quidem inter nos cognationem conſtituit: *l. 3. ff. de juſt. & jure.* at conſenſus univerſitates: *l. 5. eod. tit.* ut corpora & collegia. Sanæ qui ſunt mentis, & univerſitatem inire, & collegia demum conſtituere, cæteris paribus poſſunt; utpote quorum eſt conſentire: mente viduis conſenſus deeſt: *l. 47. ff. de acquir. vel amitt. heredit.* At mentis deliquium poſtea interveniens, à collegio, vel univerſitate removet nullum: *l. 20. ff. de ſtatu hom. l. 8. §. 1. ff. de tutor. & curator. datis ab his &c.* Vniverſitas quoque ſi probe conſideretur, non creſcit, nec decreſcit: eſt enim ad inſtar ſubſtantiæ, quæ non recipit augmentum. At qui in Vniverſitate ſunt, poſſunt creſcere & 20. decreſcere, una eademque manente univerſitate: *l. 76. ff. de judic.* Studia dicuntur a ſtudendo, vel ſtudiis, quæ ibi tractantur, uti eodem ſenſu ſtudia quoq; generalia. Hoc nomine potiſſimum Italia utitur, ubi Studium Patavinum, Bononienſe, Senenſe &c. frequenter auribus percipies, pro ea, quam nos Vniverſitatem, vel Academiam, Patavinam, Bononienſem, Senenſem &c. diceremus,

21. mus. Hic notari velim, quantum uſus in rerum appellationibus variet. Itali, ut monui, Vniverſitates ſuas Studia nuncupant, in illis vero ſtudiis addictos, non ſtudentes, aut ſtudioſos, ſed Scholares. Nos Vniverſitates, non ſtudia, ἐπὶ τὸ πλεῖστον, ſed quandoque Scholas, per excellentiam, dicimus, & literis in iisdem incumbentes, Studioſos, per contemptum nunc potiſſimum, Scholares. Hohe Schulen: R. A. *de anno* 1524. Vnd iſt darauff. ſeu Scholæ maiores dicun-
22. tur, ad differentiam Scholarum trivialium, ſeu inferiorum. Quibus ita explicatis ad rei ipſius deſcriptionem me accingo: neutiquam vero ad exactam me alligo definitionem. Politici enim, Oratores, & ICti (quorum diſcipulum me profiteor) non facile Logicorum exactis regulis ſeſe obſtringunt: Cœlius Calcagninus *diſquiſit. in offic. Cicer.* Fab. 2. *Inſtit. Orator. c.* 13. Norunt, præter alia licentiæ ſuæ argumenta, omnem definitionem periculoſam, potiſſimum vero in ju-
23. re: *l. omnis* 202. *ff. de* R.I. Eam enim legem, ſi quis cum Alciato *6. paradox. c. pen.* Henr. Breulæo *tr. de renunciandi recepto more, cauſ.* 1. *c.* 1. *n.* 2. *&* 6. Alardo Aemſtelredamo *in not. ad c.* 7. *lib.* 2. *Rodolphi Agricol. de invent. dialect.* de logica definitione interpretatus fuerit, habebit pro ſe vocis ſignificationem propriam, à qua haud facile recedendum: *l.* 69. *in pr. ff. de legat.* 3. & juris dabit varia loca, in quibus idem definitionis ſenſus: *l.* 2. *in pr. ff. de LL. l.* 1. *in pr. de I. & I. l. de pupillo* 5. §. *& belle* 9 *ff. de novi oper. nunc.* & pleraſque alias, quarum citatur autor Papinianus *in libris definitionum.* Caveat tamen infiteri, ſæpius in jure definitionem pro deciſione poni: *l.* 22. §. 1. *quando dies legat. l.* 32. *in pr. ff. de uſur. l.* 5. §. 3. *C. de neceſſ. ſerv. hered. inſtit. l.* 4. *in fin. C. de V. S. l. un. C. quando civil. actio criminal. præiudicet.* Eſt autem Academia à ſummo Principe privilegiatum docentium & diſcentium collegium, ad hoc ut certo in loco artes liberales publice tradere, & addiſcere, atque eruditis honorum aliquot titulos & gradus conferre liceat, utrumque publicam in utilitatem, atque ſuperni numinis honorem.
25. Olim doctorum hominum ſtudia colentium docentiumque celebritas fecit Academiam: Fr. Iunius *d. tr. c.* 3. *p.* 33. & deinceps quocunque loco celebriores Epiſcopatus fuerunt excitati, ibidem aut Scholæ, aut Academiæ nobiles inſtitutæ: Anton. Poſſevin. *lib.* 1. *ſelectæ bibliothecæ c.* 5. *p.* 4. Autor *Apolog. antiquitat. Academ. Oxonienſ. lib.* 2. *n.* 102. *p.* 154. Vnde in Concilio generali habito Romæ in Eccleſia S. Iohannis Lateranenſis, tempore Alexandri III. fuit iniunctum Epiſcopis, ut in ſingulis Eccleſiis, ſuis ſumptibus Profeſſorem alerent, qui juventutem, tam in Theologia, quam Philoſophia, & aliis bonis erudiret artibus: Eſtienne Paſquier *livr.* 3. *des recherch. de la France chap.* 23. *p.* 313. Verum cum temporis fluxu in collegiis Canonicorum, ſtudia negligerentur, quod eſſent occupati Regum & aularum negotiis, munus hocce docendi in monaſteria translatum: Henric. Petreus *de Monaſt. c.* 14. Sed nec ibi certam, & fixam reperiit ſedem. Etenim maxima deinceps Monachorum pars aut onerata cære-

moniis,

moniis, non potuit docendi laborem molestum & difficilem simul sustinere: Manlius *in loc. commun. pag.* 519. Althusius *in orat. Schol. p.* 1000. aut ignaviæ & otio dedita, à norma & regula antiqua degeneravit, nihilque minus curavit, quam literas: Tholosan. *de Republ. lib.* 18. *cap.* 6. *num.* 6. Habuerunt videlicet ea in re ductores suos ignorantiæ egregios Magistros, quorum secuti confratres reliqui vestigia, ne latum unguem ab iisdem recesserunt, adeo, ut tandem ab aliis fratres ignorantiæ communi encomio & titulo, fuerint appellati, & saxei, hoc est, informes, duri & inculti audiverint. Carmen festivum hoc innuit, 27. quod Romæ, saxeæ Pasquini statuæ aliquando affixum memorat Alciatus *lib.* 2. *dispunct. cap.* 22.

Tandem, Maxime Pontifex, galerum
Pasquino tribuas tuo roganti,
Si sensu sine sum, rude atque marmor,
Complures quoque Episcopos creari
Ipso me mage saxeos videmus.

Probant id exempla infinita, quæ si quis curiosa diligentia unum in volumen redigere conaretur, ei suasor forem, sibi ut centum calamos, annosque prius mille pararet:

Tanta molis erit Romanam hanc pingere gentem.

Eam mihi non despondeo curam; tantum quod de Theodorico, Abbate Hil- 28. desheimensi apud Petreum *dict. tract. pag.* 39. silentio hic nequeo involvere. Comparuerat ille in Concilio Basileensi, atque præ aliis Prælatis, missam pro inchoatione Concilii ut caneret, electus, magnifice hoc functus fuit officio: Sed posteaquam Cardinalium aliquis inde coniecturam capiens, esse hunc dubio procul scientia insignem, & vel Theologiæ vel Decretorum Doctorem nobilem, eundem Latina oratione compellasset, bonus Pater noster, nescius quid alter peteret, versus ad Capellanum sancti Lamberti, quem secum adduxerat, percontatus quid respondendum duceret? Ille patrono suo autor suasorque extitit, ut in vicem responsi aliquot castra, & villas circa Hildeshemium sitas, effunderet. Consultori parens Abbas Cardinali respondit, Schuwolt/ Hassen/ Giessen/ Boersche/ Narrenstätt/ Düspelstätt/ Ygen eo effectu, ut Cardinalis linguæ Germanicæ pariter & Græcæ ignarus, sonitu quasi primo attonitus, Capellanum interrogaret, nonne Abbas Græcus esset? qui affirmative cum respondisset, ea vice Abbati autoritas conservata fuit. Sed & eidem postea in consessu fuisset provisum, nisi pro, *sto cum his*; *sto cum hic*, enunciasset. Nec vero sola 29. hæc ignavia sacrum pæne totum ordinem invasit; verum, uti usu venire solet, ut uno dato inconvenienti, sequantur plura, etiam nefandissima, & abominanda maxime vitia alia, quæ suis coloribus depinxit Paradinus *de antiquo statu Burgundiæ, cap.* 12. *pag.* 92. Quæ dubio procul originem præbuerunt vetusto 30. ritui apud Canonicos Monasterienses observato, ut jam jam morituro, & ani-

mam agenti, caput suillum ostenderetur, quo agnosceret, se non humanam, sed porcinam vitam egisse, eoque moveretur ad veram pœnitentiam, & divinam misericordiam, in postremo vitæ articulo implorandam. Quod dum recenset Iohan. Gorop. Becanus *lib. 8. Hermathenæ, pag.* 194. Non equidem, inquit, suilli capitis concionem derideo, sed mallem, ut mox in principio, dum in Canonicorum collegium cooptantur, cum porcis illis prandium parari, ut diligenter caverent, ne tam lutulento & immundo animali perpetuo comparandi viderentur.

31. Has ergo ob causas, atque ne studiosa juventus, suis à Præceptoribus quid labis attraheret, optimum tandem judicatum fuit, Academias aliis in locis instituere. Verum hæc potestas nullis aliis competit, ubilibet fere orbis Christiani in Regionibus, quam illis, qui superioritate maiestatica præditi. Hi enim, vel motu proprio, vel ad instantiam aliorum, Academiis vitam & spiritum afflatu benigno concesserunt, confirmaruntque. Vnde à Doctoribus unanimi calculo proditum, Academias privilegiare, esse Regale haud postremi ordinis: Bocerus *de jurisdict. cap. 1. num.* 43. *& de Regalib. cap. 2. num.* 121. Sixtin. *de Regalib. cap. 2. num.* 21. Arnisæus *de jure maiest. lib.* 1. *cap.* 6. *num.* 14. *pag.* 417. Thomas Michaël *de jurisdict. conclus.* 12. *lit. a.* Maiol. *tom. 2. dier. canicular. colloq.* 6. *pag.* 508. & alii, quos prædicti largo proferunt catalogo. Innuit hoc ipsum Ordinatio Cameræ, *part.* 1. *tit.* 3. §. Desgleichen sollen die Beysitzer: *ibi*, in Universitäten/welche zum wenigsten von unsern Vorfahren Römischen Kaiseren und Königen / der jetzigen Kaiserlichen Majestät zc. oder uns confirmiret.

32. Quo ex fundamento firmiter contra illos disputari potest, qui scribere ausi sunt, in Camera non admitti, nisi promotos in approbatis à Pontifice Academiis. Et prostant præterea exempla in contrarium non ignota, inter illa Dn. Hartlieb / & Dn. Pistorii, qui postquam Marpurgi gradu Doctoratus insigniti, Cameram & adsidendo & advocando exornarunt: Andr. Gerhard. *in disp. ad Authent. habita, C. ne fil. pro patr. quæst.* 2.

33. Olim quoque ad Imperatoris jus, Academiarum confirmationes pertinuisse, præter *l. un. C. de stud. liberalib. urbis Rom. lib.* 11. & vetustissimæ hinc inde extructæ, etiam in ipsius Petri patrimonio, testantur Academiæ Bononiensis enim mater studiorum, primum à Theodosio instituta, deinde à Carolo Magno reparata, postremum à Lothario Saxone instaurata, & à Carolo V. maioribus privilegiis ac immunitatibus exornata. Nec Patavina, nec Parisiensis (ut plerique contendunt) nec Pragensis alium, quam Carolos Impp. conditores & confirmatores habuit: quorum potestas cum sui plenitudinem contineat: *l. 1. ff. de constit. Princ.* alia supervacanea autoritate non opus esse scribit Kirchnerus, *de Repub. disp. 2. in auctuar. 4. p.* 39.

34. Eadem potestas, quam Imperatori dixi competere, ei quoque competit, quem alii Regem solent appellare Romanorum. Sive enim eum consideres, ut aurea Bulla, & Pontificii considerant, habeasque pro eo, qui mortuo Impera-

tore

tore Rex Romanorum electus, in Imperatorem promovendus: sive ut Imperatori vivo adiunctum (de quibus, utriusque significationis, supra *libr.* 2. pro viribus commentatus sum) habeas, in utroque unum idemque hoc in passu feram judicium: *argum. d. t. 3. part.* 1. *Ordinat. Camer. verbo*, Königen / *& verb.* oder uns. Prior enim ille, nomine, & ne hoc quidem efficaciter, ab Imperatore differt, re plane & potestate cum eodem consentiens est. Potest autem, ipsis Pontificiis testibus, privilegia concedere: Speculator *titul. de rescript. §. final. verb, neque quod est & dicitur dominus orbis*: Cyrus *in l final. & ibi* Iacob. Butrigar. & Angelus C. *de quadrien. præscript.* Parisius *consil.* 10. *num.* 117. *vol.* 2. Gabriel Romanus *lib.* 5. *Canon. conclus.* 5. *&* 3. *tit. de acquirend. rerum domin.* omniaque ab ipso acta & gesta, perinde rata sunt, ac si post coronationem celebrata fuissent: Schrader. *de feud. part.* 4. *cap.* 1. *num.* 11. Posterior tanquam Vicarius Imperatoris, vel Imperii, ea regulariter facere potest, quæ Imperator ipse: Iacobin. *de feud. verb. Vicarius perpetuus, num.* 9. nisi quid ei specialiter, & nominatim inveniatur interdictum: Isern. *in cap. Imperialem, num.* 13. *in princ. de prohib. feud. alienat. per Fridericum.* Eodem ex fonte cum Vicariis Imperii, hoc est, vacante Imperio, Palatino, & Saxoni, omnia liceant, quæ specialiter *in cap.* 5. *Aureæ Bullæ Caroli IV.* excepta non sunt, non inepte intuleris, iisdem quoque Academiarum confirmationem competere. 35.

Hactenus de illis, quibus hoc jus competit in Imperio nostro. Extra Imperium hodie qui constituti sunt, illi vel ad Imperium nunquam pertinuerunt, vel valido titulo ab eodem exempti, suo nunc utuntur jure autocratico: vel eorum de exemptione adhuc sub judice lis est. De prioribus vera est regula: Quod Imperator potest in Imperio, id Rex, Princeps, vel alius quilibet non recognoscens superiorem in suo potest Regno, Principatu, Ducatu: Lancellottus *in templo omn. judic. cap.* 2. *&* 3. Zasius *de Feudis, part.* 5. *num.* 11. In specie vero, rationi conveniens, Galliarum Regem in suo Regno solum, posse studiorum scholas generales erigere, & omnia alia collegia, ac corpora approbare, quæ alioquin censentur illicita: *Vindiciæ secundum libertatem Ecclesiæ Gallicanæ, pag.* 183. *& seq.* Bignon *de l' excellence des Roys & du Royaume de France livr.* 3. *pag.* 255. Choppinus *de Domanio Franc. lib.* 3. *t.* 27. *n.* 1. Vbi *num.* 22. addit, apud Scotos ex consuetudine quadam Academias fundatas, neque à Regibus, neque à Ducibus, sed ab Episcopis: ut Aberdonensem ab Elphinstone Episcopo, S. Andreæ à Iacobo Kennedo, anno 1410. tertiam in civitate Glastonensi, ut censu pertenuem, ita Magistris literariis pæne destitutam. Qua de affirmatione certi quod credam non habeo. Illud constat, anno Christi 1310. publicas Scholas ad Fanum Andreæ aperiri cœptas, magis doctorum hominum consensu, ad professionem literarum se offerentium, quam ullo publico aut privato accedente auxilio: Buchanan. *libr.* 10. *rerum Scoticar. pag. mihi* 346. & Iacobi Kennedi munificentiam, longe post prædictam Academiam erectam, laudat idem Autor 36. 37.

lib. 12. rer. Scoticar. pag. 429. & alibi, Regem Iacobum ad Scholas literarum ordinandas animum intendisse affirmat: *d. l. 3. pag. 359.* Quicquid sit, illud vel maxime hoc loco silentio non involvendum, Scotos omnes esse obligatos (*à estudier par la loy de l'Estat, laquelle n'en exempte pas les plus nobles, les plus advancés, d'autant que la science est la mere nourrice de la Noblesse, & l'ignorance la marastre & meurtriere du genre humain*) studiis incumbere, per legem regni, quæ ne quidem maxime Nobiles, & summo in gradu consistentes excipit; cum scientia sit nutrix nobilitatis, ignorantia vero noverca & sicaria generis humani. Vnde recte Poëta:

38.

Romani Imperii fuit olim Scotia limes,
Romani eloquii Scotia limes erit.

39. Rulman *au 2. plaidoyé pag. 302.* De posterioris generis Dynastis atque Rebuspublicis, qui, quæve, quousque in possessione libertatis sunt, nec Imperium agnoscunt devote, eo usque omnia ad normam prioris sibi tribuunt regulæ, sed possessionis titulus eorum vel probabit, vel reprobabit conatus. Nulli sane ego suasor fuerim, Lugduni Batavorum gradum ut assumat Doctoris. Licet enim in Gallia & Anglia, ex pactione fortassis, cuius ex Meterano meminit Besoldus *1. polit. 12. §. 3. n. 31.* pro tali reputabitur: in Imperio contra vereor, ut contradictionem effugiat.

40. Illa momenti maximi quæstio est, quam nunc, postquam de secularibus egi Principibus, aggredior: scilicet *an Pontifex summus Academiam posit suo erigere, & firmare jure?* &, quod alterum est, *an idem cum Imperatore, vel alio Rege, in fundatione Academiarum hoc concurrat modo, ut earum ad esse, necessario eius requiratur autoritas?* Valentinus Rotmar *in annalibus Academiæ Ingolstadiensis, part. 1. pag. 35.* pro Academiis eas non habet, quæ non munitæ sunt Pontificum privilegiis. Idem statuunt magno consensu alii, qui se Catholicos dicunt; & ex parte nostra Matthias Stephani *lib. de Academ. cap. 2. num. 17.* sibi quodammodo contrarius *lib. 2. de jurisdict. part. 1. cap. 1. membr. 2. num. 63. pag. 49.* Pro ratione habent: Academias esse societates Ecclesiasticas: Iohannes Baptista Gallus *in not. in Thuani histor. cap. 11. pag 69.* vel partes ecclesiasticæ communitatis, & portiones. Eæ vero cum omnibus Reipublicæ muneribus habiles viros sufficiant, imprimis autem Ecclesiastico statui, nihil esse æquius, quam ut Pontificis autoritas in iis condendis interveniat. Adamus Contzen *libr. 4. politic. cap. 13. §. 2. pag. 218.* distinguit, inter literas & scientias civiles, & inter jus sacrum Theologicumque. Respectu ad illas habito, cuilibet Monarchæ jus Academiæ erigendæ concedit: huius autem intuitu, ait, autoritatem docendi à summo religionis Antistite petendam. Veritas ut nostros incurrat in sensus, ad quæsitum primum, præjudiciales illæ excutiendæ quæstiones, an Pontifex possit salva professione sua, tanquam secularis aliquis Princeps & Dynasta terras & ditiones tenere? Et posito eum hoc posse, inquirendum pressius, an, & quæ dominia

41.

42.

43.

minia nullius teneat beneficio, nec utili tantum, sed directo & plenario jure? Verum cum utraque alium requirat tractatum, de iisdem hic non admodum sollicitum me exhibeo, præsertim cum, si nostrates sequar, negando primam, secunda per se concidat, & decisio ad factum tantum, non ad jus debeat applicari: videlicet eodem facto, quo territorium tenet, Pontificem regalibus, & maiestatico uti splendore. At vero, *quid habendum de illis Academiis, quæ extra Pontificis territorium quidem sitæ, nihilo minus tamen ab ipso solo olim confirmatæ, Imperatoris benignitate insuper habita* (qualis videtur inter alias Tubingensis, in cuius fundatione dicitur, daß diese damals neue angehende Schule von dem Heiligen Stul zu Rom mit Päpstlicher und vollkommener Versehung begabet sey: Besoldus *dict. libr. pag.* 459.) *eruntne in censum Academiarum referendæ?* Hoc affirmat Clutenius *d. Sylloge rer. quotid. & d. thes.* 21. *lit.* C. Quando enim de eo, quod factum est, loquimur, multa utilitatis gratia sustineri dicimus, quæ nullo jure approbante facta sunt: *argum. l. Barbarius, ff. de offic. Prætor. & ibi* gloss. Cyn. *num.* 9. Bartol. *circa princip.* Illud certum est, penes Pontifices, sive Ethnicos sive Christianos, non fuisse potestatem dandi Professoribus autoritatem docendi, etiam in urbe Romana: *Vindic. secund. libert. Eccles. Gallican, pag.* 154. Secundæ quæstionis fundamenta nunc excutienda supersunt. Academias esse corpora Ecclesiastica inde probari, scribit Ioh. Baptista Gallus *dict. loc.* cum renunciationes Doctorum, atque Magistrorum, fiant permissu Cancellariorum, qui fere semper Episcopi, aut personæ solent esse Ecclesiasticæ. Equidem non nego Cancellarios ut plurimum Episcopos fuisse, sed connexu firmitatem si inde trahis: ergo Academiæ corpora Ecclesiastica: Imperium Romanum simul non laicum, sed corpus ut asseras ecclesiasticum, necesse est. Cancellarii quippe Imperii Electores, ecclesiastici ordinis, ut superius monui. Hoc itaque ut effugias, aliam tibi rationem assumas opus est, qua inducti summi Principes Academiis Cancellarios præfecerunt sacri ordinis. Olim frequens & quotidianum fuit Imperatoribus, & Principibus illustribus, sibi Cancellarios quærere Clericos, qualis & Augustæ, sive Imperatrici, Abbas Fuldensis. At qui, citra absurditatem evidentem, inde eorum, huiusque curias & aulas, corpora constituet ecclesiastica? Audiamus Kirchnerum *de Cancellario*, qui toto suo tractatu etiam aliorum describit Cancellarios, qui ecclesiastici corporis nunquam fuerunt. Academia Parisiensis olim florentissima ut fuit, ita merito dicta *la fontaine d'Helicon, la havre des Muses, l'Ocean des sciences:* (id est, fons Heliconis, portus Musarum, Oceanus scientiarum,) Rulman. *d. tract. pag.* 282. atque

44.

45.

46.

——altera Regia Phœbi,
Magnanimis Cyrrhea viris, Chrysea metallis,

Græca libris, Inda studiis, Romana Poëtis,
Attica terra Sophis, mundi rosa, balsamus orbis.

47. Nathan Chytræus *in deliciis Europæ, p. 554.* De eadem, quod in genere modo disputavimus, in specie & individuo agitatum fuit, essetne ecclesiasticum, an contra, profanum Collegium? Ecclesiasticum affirmabatur ex Abbate *in cap. ex literis, de constit. in cap. cum ab Ecclesiarum, de offic. ordinarii, cap. 1. de locat.* præsertim cum Doctores Parisienses maxima ex parte essent Clerici: vid. *cap. quod Clerici, de foro compet. & cap. quia in causis, de Procurat.* Contra, corpus laicum existimandum, quidam contendebant, quippe à Principe fundatum, & dehinc Regii beneficii & patrocinii. Quam sententiam juvabat caput illud statutorum dictæ Vniversitatis, quod de coniugatis, à regentia Medicinæ non repellendis, loquitur: Choppin. *de sacra polit. forensi, lib. 1. tit. 5. num. 10.* Alii contra, huius Academiæ Professores, vi Constitutionum, cœlibes esse debere affirmabant, dicebantque, Constantianæ Synodi Patres huius Academiæ Oratoribus sessionis ordinem decrevisse in cœtus Ecclesiastici subselliis, non magnatum profanorum. Insuper Guymerius pragmaticæ sanctionis interpres scripserat, hanc Vniversitatem mixtum esse sodalitium, ac propter rerum mixturam verius, decentiusque Ecclesiasticum dici, *in §. item quod ad dictos, in verb. Ecclesiastica, de collat. ex glossem. cap. 1. §. verum, de jure patronat.* Sed his non obstantibus Curia suprema Parisiensis censuit, seculare Collegium esse, 5. Septembr. anni 1573. Choppin. *de Doman. Franc. d. t. 27. n. 12.* Charond. *ad l. 1. des Colleges, du Code d'Henry III. lib. 11. t. 3.* Idem de aliis videtur statuisse Bartol. *in l. 1. §. sed religionis, ff. de colleg. & corporib.* Bald. *in auth. habita, C. ne filius pro patre, & l. 2. ff. quod cuiusque univers. ac in l. id quod pauperibus, C. de Episcop. & Cleric.* Autor *vindiciarum secundum libertatem Ecclesiæ Gallicanæ, p. 194.* ubi post alia notari vult, Rectorem sine tonsura, quæ est Ordinum ecclesiasticorum janua, ad gubernationem admitti, atque nonnullis Academiis jus Patronatus competere in certis Ecclesiis, quod

48. laicum. De quo tamen, scilicet *Ius Patronatus, an spirituale an temporale siet?* in diversas Doctores abeunt sectas: Iohan. de Anan. *in lectur. ad t. de Iure Patronat. in princ. num. 1.* Innocentius, Hostiens. Abbas, quos allegat Henric. Boich. *ad cap. ex liberis 7. de jure Patronat. num. 7.* Cæsar Lambertin. *de jure Patronat. quæst. principal. 9.* Rochus de Curte *ad d. t. de jure Patronat. ad verbum; jus, num. 1. & seq.*

49. Cæterum licet in Imperio nostro Imperator & Rex Romanorum solus Academias confirmare potis sit, non tamen cuiusvis ad instantiam hac sua utitur benignitate: sed potissimum erga Principes, Status Imperii, & immedia-

50. tas Civitates, non vero mediatos alios, quod sciam. Compilator quidem *Symphorematum tom. 1. part. 1. tit. 2. num. 130. in fin. pag. 100.* Civitatem hic excipit Erphordiensem, & pro speciali habet, quod in eadem erecta fuerit Academia. Sed si fidem habuerimus Middendorpio *de Academ. lib. 5. pag. 200.* exceptione, & spe-

& ſpecialitate hac opus haud erit. Non enim ad inſtantiam Erphordienſium, ſed motu proprio à Dagoberto Francorum Rege anno 1391. prædicta Academia fundata dignoſcitur. Nec fortaſſis ſine colore quis dixerit, Erphordiam olim fuiſſe Civitatem liberam, aut quam proxime ad aliarum jura accedentem. Ita enim reperio in Kaiſers Friderichs des Dritten Reformation / anno Christi 1441. vorgenommen / über den dritten Articul die vier Erklärungen ꝛc. apud Goldaſtum in Reichsſatzungen / *pag.* 170. Erfurt habe durch eigenen Nutz ihre Freiheit verloren. At privationem, in confeſſo eſt, præſupponere habitum. In conceſſione privilegiorum Imperator non ſemper ad petitionis tenorem ſe conformat, ſed nonnunquam munificentiæ ſuæ ampliſſimos effundit theſauros, nonnquam parcius agit, nec ſacco, ſed manu ſerit tantum. Aliis facultatem inſtituendæ Academiæ tribuit, cum poteſtate in eadem omnes literarios honores, qualibet in diſciplina & ſcientia conferendi: aliis limites ponit, ut poteſtatem quidem habeant Rempublicam literariam aperiendi, inque eadem Theologiam, Iuriſprudentiam, Medicinam & Philoſophiam iuventuti curandi tradi, uti etiam in Philoſophia Magiſtros & Baccalaureos creandi, ſed non æque Doctores. Exempla huius Argentinenſis & Altorphina, uti erant aliquot ante annos, dabant Academiæ. Quarum hæc nec hodie quidem, licet privilegiis eo usque aucta, ut in Iuriſprudentia & Medicina ſummos poſſit conferre titulos & honores, Theologiæ, ut fertur, poteſt creare Doctores. 51.

Cæterum qui hanc Imperatoris ambiunt gratiam, certum petitioni ſuæ inſerunt locum, ubi Academiarum ſedem volunt. Vbi imprimis confert ſtudiis ſanum ſi eligant, tutum & commodum. Generaliter enim ſanitas aëris maximum corporibus adiumentum præſtat, & ſubtilioribus cogitationibus mirifice confert. Huc pertinent ex parte illa, quæ de ſitu eligendæ villæ tradidit Baptiſta Porta *in ſuo tract. de villa, lib. 1. c. 11. usque ad c. 21.* Placuiſſe quidem Platoni, ex Baſilii *homilia, de legendis libris Gentilium*, refert Tiraquellus *de Nobilit. c. 31. n. 515.* Academiam in loco peſtilenti deligere, ut nimiam corporis proſperitatem, veluti vitem palmite luxuriantem, amputaret. Cum maxime Studioſis, inquit Contzen *lib. 4. Politic. c. 13. §. 1. p. 218.* ſit opus commoda valetudine atque aura, Plato autem celebritatem, frequentiamque Academiæ inde quæreret, perſuadere mihi non poſſum, diſcipulos eum deterrere, & abigere quenquam inamœnitate Gymnaſii voluiſſe. Quotus enim quisque eſt, qui non valere potius, quam diſcere malit? aut qui diſcendi cauſa peſtilentioſam domum adire velit? Alia igitur cauſa quærenda, cur Palladi ſacrum Gymnaſium in Academia inſtituerit: quam ego eſſe exiſtimo, quod ἐν μεγαλοπόλεσιν Ἀθήναις locus quæreretur, quietus à turbis nautarum, à luxuria hortorum urbanorum; nam mentis exercitationes quiete & ſolitudine gaudent. Nec ad manum alius erat, aut in poteſtate Platonis. Plane cum Academiæ noſtræ non corporis quædam debeant eſſe carnificinæ, ſed eiusdem æque atque mentis campi quidam Eliſii, 52. 53. 54.

luxu-

55. luxuriantium motus alio suaserim compescendos remedio. Imo vero pestis, aut alia lues contagiosa, si nimium incipiat ingravescere loco Academiis addicto, eodem ex fundamento Academiarum instigabit Patronos, corpus hoc literarium alio ut transferant. Quo casu nihilo minus sua retinebit privilegia: Anchoranus *in cap. cum de diversis, de Privileg. in 6.* Tholosanus *de Republ. lib. 18. c. 6.* Cothman. *consilio Academico* 37. Exempla sunt in propatulo. Academia Francofurtensis non ita pridem alio, Ienensis aliquando Salveldiam, Friburgensis Reinfeldiam, luem propter contagiosam translata est: Zasius *in l. fin. de jurisdict.* ubi notanter addit, Studiosos tum temporis male Rectori obedien-
56. tiam denegasse, eo prætextu, quasi extra territorium jus diceret. Dissentit Valent. Rotmar. *in Annalib. Academ. Ingolstad. part. 1. pag. 24.* statuens, Rectorem cum quatuor Decanis adeo de substantia Vniversitatis esse, ut illi Vniversitatis loco, seu Civitati, perpetuo debeant esse affixi, & omni tempore, tam impacato, quam tranquillo, tam salubri, quam pestilenti, vel per se, vel per Vicarios
57. suos ibi manere. Sed egregie refutatur, si antea dictis jungatur *can. scias frater, can. temporis qualitas, 7. quæst. 1.* Sic eadem plane ratione Camera Imperialis licet Spiræ sit, ibique spiret, hoc est, ab ea divelli non possit; ad tempus tamen propter causam in alium locum transferri potest: *Ordin. Camer. part. 2. tit. 34.* Petr. Denaisius *in jure Camerali, tit. 55. pag. 76.* R. A. zu Speier *anno* 1570. §.
58. Wann vnd wohin. Hoc autem potissimum procedit, causæ si justæ sint, & prægnantes, atque accedat autoritas superioris: *dd. loc.* Alias enim si Academici privata cum civibus simultate alio emigrent, coguntur ibi privatorum jure uti, nisi specialiter aliud ipsis reservetur. In ipsis novæ Academiæ Aurelianensis incunabulis, ita male habiti fuere Musarum Alumni (ut & aliquoties post: vid. *Arrest. Curiæ Parisiens.* apud Iohannem Gall. *quæst.* 171.) ut in Nivernense oppidum communibus votis turmatim secesserint, anno 1316. in quod tamen istis admissi fuere legibus, ne privilegiario jure suo uterentur: Choppinus *de Domanio Franc. lib. 3. tit. 27. num. 23.*

59. Tutum propterea velim Academiæ destinatum locum, ut non solum secure eo venire, sed & tuto ibi morari cuilibet liceat. Summam enim studia desiderant securitatem, ut ex aurea illa *Authentica, habita, C. ne filius pro patre,*
60. abunde licet colligere. Hinc quæstio nata: *Anne consultum, Academias in locis munitioribus, seu, ut vocant, fortalitiis, erigere?* Qui exempla pro cynosura habent, affirmativam sequuntur. Videmus in Germania Wittebergensem, Argentinensem, Viennensem, Ingolstadiensem, Giessensem, Erfordiensem; in Italia Patavinam, & alibi alias Academias, locis munitioribus
61. contineri. Præterea, ut modo tetigimus, studia requirunt loca tutissima. In munitionibus occurrunt indies multa singularia cognitu Studiosis necessaria, cumprimis illis, qui aliquando militiam sectari, vel Reipublicæ gubernacula captare satagunt: Schrœterus *disputat. de bello, thes. 5. liter. e.*

Non

Non ſequor ego indiſtincte exemplorum ductum, nec rationum, quæ modo 62. adductæ, generale momentum. Multum referre exiſtimo, an fortalitia ſint extructa in limitibus (Gränsshäuser/Frontierveſtungen vocamus) an vero in media regione, meditullio diſtrictus, ſeu territorii (Landveſtungen). In prioribus Academias minus commode, in poſterioribus commodius erigi tentabo. Rationes meæ aſſertionis pono: I. Quia limites excurſionibus, & invaſionibus 63. hoſtium frequentius infeſtantur. II. Non facile Scholaribus (de exteris 64. præcipue loquor) acceſſus, vel potius hoſpitium diuturnum, in iſtis fortalitiis concedendum arbitror, ne fortaſſis arcana eorundem non ſine pernicie, hoſti & extraneo communicentur: vid. Tholoſ. *de Republ. lib. 11. cap. 3. n. 5.* III. Cum 65. vitioſi vel omnium maxime hodierno ſeculo ſint milites (de majori parte loquor; nam rari moderati, & virtuoſi, & proinde cari) illorum autem ingens numerus in munitionibus his noſtris reperiatur, quid ex converſatione & cohabitatione iſta boni ſperandum ſit, iſti produnt, qui claudis cohabitarunt. Adeo vero corrupti ſunt hujus ſeculi mores, ut nullus miles fortis habeatur, & militiæ aptus, qui graviter non blaſphemat: Nevizan. *in ſylv. nupt. p. 97.* Tib. Decian. *tom. 2. tr. crim. lib. 6. c. 2. num.* 24. Quod facto proprio declararunt iſti apud Dinothum *lib. 2. hiſt. Gall. p. 152.* Biblia ſacra in profluentem projicientes, ſimulque vociferantes (Deus ignoſcat relationi!) *En veritatem omnium Cacodæmonum ſubmerſam.* Sic ſcilicet vera cecinit doctiſſimus Germanorum vates Lotichius apud Salmuth *ad Pancirol. rer. deperdit. tit. 53. p. 581.*

Pudor Deorum, opprobriumque ſeculi,
Peſtis luesque militaris ordinis,
Qui perciti furore mentis ebriæ,
Licentiaque perditorum temporum,
Abominandis involuti veſtibus,
Fas omne rumpunt, eruunt Rempublicam.
Heu dira imago! heu barbarum ſpectaculum!

IV. Quia cum Studioſi militum ſubæmuli, nobili ac famoſa quæſtione de 66. jure præcedentiæ urgeantur, utraque vero pars ad pugnam ſatis prompta & alacris, vel leviſſimo rixarum exorto vento, ignis latitans erumpens, conflagrationem cauſabitur. Exemplo nobis eſt olim florentiſſima Academia Erfordienſis, quæ vel adhuc hodie conqueritur de pugna iſta inter milites & Studioſos, anno 1510. (*ut manuſcripta Chronica ejus urbis*) vel 1506. (ut carmen hac de re ab Eobano Heſſo conſcriptum habet) cum irreparabili Academiæ damno peracta. Quid vero paucos ante annos in Italia, in Vniverſitate Ticinenſi, inter Studioſos & milites geſtum ſit, & quæ clades utrinque ſecutæ, notorium eſt, & ego, qui tum temporis Mediolani verſabar, recenti teneo memoria. Licet autem in iſtis munitionibus, quæ quaſi in umbilico regionis erectæ, itidem milites degant, id tamen non ſemper fit, nec tanta frequentia. Et præcipue hic

major est securitas, utpote extremitatibus munitis, majorque exercendi studia commoditas.

67. Tandem & illud examen meretur nostrum, *an Academiæ commode in Emporiis aut Civitatibus Mercurialibus erigantur, habeanturve?* Multas sane commoditates fateor hic se cumulare, quæ in affirmativam complures rapere poterant: at iis insuper habitis, Principi non facilis ero suasor, ut Emporium celebrius Aca-

68. demica exornet societate. Sunt enim I. ejusmodi civitates alias satis divitiis ac deliciis exornatæ, decoratæque, adeo, ut potius ex re Principis & Superioris esse videatur, aliam minus illustrem minusque divitem Academica exornare

69. frequentia, & exinde resultantibus beare commodis. II. Quia istis in locis frequentia nundinarum & mercatuum, animos studiosorum avocat à studiis; docentium interrumpit diligentiam: utrosque vero non raro interturbat.

70. III. Quia luxus in vestitu, & alia mille inconvenientia Studiosos quam facilime hic corrumpunt, & obruunt: vid. *l. 44. §. 1. ff. de Ædil. edict.* & Boccalin.

71. *cent. 2. ragguagl. 39.* IV. Quia non raro juniores quidam, qui mercaturæ præpositi sunt, cum semper pecunia numerata sint instructi, Studiosos, quibus hæc commoditas denegata, despectui ducunt; Studiosi vero eosdem nescio quibus convitiis onerant, ita ut haud raro à verbis ad verbera ultro citroque deveniatur, & utrinque innumerabilia sequantur dispendia, ut ipsa experientia testatur.

72. Finis & effectus Academiarum non unus est & simplex, sed multiplex & varius. I. Academiæ faciunt ad gloriam Dei: *Liber statutor. Ienens. Academ. pag. 4.* Vnd weil dann solche vnsere Vniversität / wie vorstehet / fürnemlich zu Erhaltung Gottes Wort vnd Christlicher Religion / und also zu seiner Allmächtigkeit Lob / Ehr vnd Preis gemeinet. Iunge *cap. cum ex eo, de elect. in 6. Concil. Trid. sess. 23. cap. 18.* & reddunt homines (*disposés pour se rendre capables & resolus de craindre Dieu, d'obeïr au Prince, de servir à l'Estat, à l'honneur & au repos de la Province, où ils demeurent, à la gloire & à l'advancement des villes où ils sont nais: bref, de maintenir de toute leur ame, & de toute leur force l'Eglise en sa pure dignité, & la Iustice en son inviolable authorité.*) cupidos efficiendi sese aptos & faciles ad timorem Deo exhibendum, ad obediendum Principi, ad serviendum statui, in honorem & quietem Provinciæ, in qua degunt, in gloriam & incrementum civitatis, in qua nati: breviter, ad conservandum totis viribus & animo Ecclesiam in candida sua dignitate, Iustitiam vero in sua sacrosancta & inviolabili autoritate: Rulman *en son 2. Plaidoyer, pag. 227.*

73. II. Extinguunt ignorantiæ ignem; verba sunt Eberhardi I. fundatoris Academiæ Tubingensis: Daß seine Fürstliche Gnaden guter Meinung habe wollen helfen graben den Brunnen des Lebens / daraus von allen Enden der Welt vnersichtlich geschöpfet mag werden tröstliche vnd heilsame Weisheit / zu Erlö-

Erlöschung des verderblichen Feuers Menschlicher Vernunft vnd Blindheit: Besoldus *d. lib. 1. Polit. cap. 12. §. 2. num. 31.*

III. Ex illis maxima ad Principem redit utilitas. Sunt enim Academiæ 74. (*semences jettées sur le terroir public, donc les Rois recueillent les premiers fruicts, qui rendent leurs Regnes abondants en prosperité. Sont des riches carquans, tissus des perles precieuses, dont leur Diademe est orné. Sont des bazes fortes, & asseurées, qui rendent inesbranslable l'edifice de leur domination, & inviolable la souveraineté de leur sceptre.*) Semina concredita agro publico, unde Reges primitias frugum colligunt, quæ Regna ipsorum reddunt abundantia prosperitate. Sunt torques divitiis graves, exornati & contexti unionibus pretiosissimis, quibus diadema ipsorum exornatur. Sunt fundamenta fortia & firma, quæ domum regiminis faciunt subsistere inconcussam, & superioritatem sceptri inviolabilem: Rulmannus *d. loc. pag. 278.* Vid. Buchanan. *lib. 10. rer. Scoticar. pag. 359. & epistolam* Comitiis Neenarii nomine Studiosorum Germaniæ ad Carolum V. Imperatorem ad Goldastum *part. 5. Politic. Imperial. discurs. 4. pag. 357.* Pertinet huc illud Landgravii Hassiæ apologeticum, apud Hordlederum *de caus. belli Germanic. libr. 4. cap. 7. pag. 126.* Die Vniversität so wir angerichtet/ ist vns/ vnserem Fürstenthumb/ vnd gemeinem Nutzen lieber vnd nutzer/ dann alle Münche vnd Nonnen in den Klöstern gewesen seyn doppelt. Vt & alterum apud eundem *lib. 3. de bello Germanico, cap. 88. pag. 732.* quando Academia Ienensis vocatur ein gemeiner Landschafft Officin vnd Werckstatt aller guten Künste.

IV. Emolliunt mores, nec sinunt esse feros: Middendorp. *d. lib. 1. cap. 4.* 75. *pag. 16.* Cujus rei illustrius non est quam Germanorum exemplum. Vid. Lans. *d. loc. p. 28. vet. edit.* Sic nempe Germani non contenti (verbis utor Iovii *in elog. doctor. viror. ad fin.*) sua veteri militiæ laude, qua Martium decus Romanis gentium victoribus ereptum, stabili disciplinæ severitate feliciter tuentur; ipsa etiam pacis ornamenta, literas, optimasque artes, decoquenti Græciæ ac Italiæ dormitanti abstulerunt.

V. Sunt ornamentum totius Provinciæ, sive ditionis: Philip. Melancht. 76. *in consil. de constit. Acad. Lips. part. 2. consil. Theol. pag. 431.* præcipue ejus civitatis in qua erectæ. Nam (*si une ville a eu des hommes doctes és sciences, elle sera plus noble, que les autres, qui n' auront point eu de tels.*) Civitas, quæ habuit homines doctos scientia, erit nobilior aliis, quæ talibus destitutæ fuerunt: Iean Baptist. Possevin *de honore lib. 4. pag. 151.* Hinc recte Pet. Gregor. *de Republ. lib. 18. cap. 6.* 77. scribit, quædam oppidula in Germania, & alibi ante plantata studia generalia privilegiata, usque adeo fuisse obscura, ut vel Geographi noluerint ea aliquo, vel exiguo loco in suis tabulis honorare, quæ nunc & opibus & dignitate cum Regiis civitatibus certare possint. Vid. *lib. 2. antiquit. Academ. Oxoni. ns. num. 75. pag. 140.*

78. VI. Proſunt ad corradendas divitias: Vid. Sagittar. *de ſumma urb. felicit. in quibus Academ. erectæ ſunt, theſ. 76.* *Car les marchés & les foires des villes de commerces, ne valent pas les aſſemblées & les congregations des Academiques:* (h.e. Etenim nundinæ & mercatus civitatum Mercurialium, utilitate cedunt congreſſibus & congregationibus Academicis.) Rulman *d. loc. p. 297.* 79. Res conjectu facilis, præſertim ſi Academia ſit populoſa, ut aliquando Viennenſis; ubi ſæpe ſeptem millia Studioſorum (Bonfin. *rer. Vngar. decad. 4. lib. 5.*) vel Pariſienſis, ubi quandoque viginti vel triginta millia Studioſorum (Lanſius *d. loc. p. 160.*) vel Oxonienſis, ubi itidem triginta millia Studioſorum regnante Eduardo numerata fuere: Cambden. *pag. 270.*

80. VII. Et denique plurimis aliis bonis mactant harum urbium incolas, in quibus erectæ ſunt: Vid. Sagittar. *d. diſſ. theſ. 82.* quas ſingulas hic recenſere ſuperſedebo, & loco generali ex Giovan. Batt. Pigna *lib. 5. dell' hiſtor. de' Principi di Eſte, p. 327.* concludam. Ita autem ille: *Alberto V. Marcheſe di Eſte & di Ferrara &c. converſe l' animo à procurare, che con l' eſſercitatione delle lettre la città ſua (di Ferrara) s' illuſtraſſe: accioche di queſto modo, oltre al porgerſi occaſione a' ſuoi di apprendere & leggi & le arti, donde ſorgeſſero di continuo valenti Giuriſconſulti e Medici, & altri ſcientati, che foſſero di ſervitio & di ornamento, ſi deſſe ancora adito al reſto del dominio a i foreſtieri di concorrervi, i quali perche in ſoggetto tale ſogliono per lo più eſſere nobili, apportano utilità non poca, & rendono molta riputatione alla città; ſenza che ne ſegue, che con tutto che i cittadini non vadano attorno, ſi fanno però ad un certo modo partecipi di coſtumi, & degl' ingegni d' altrui per la converſatione, che hanno di chi viene à ritrovarli, & i giovani non partendoſi dagli occhi de' ſuperiori loro (la cui lontananza cauſa al più delle volte, che le tenere età piglino triſta piega) poſſano più intenſamente attendere a queſta profeſſione, & ancora con commodità, & con diſpendio minore.* (Id eſt: Albertus V. Marchio Eſtenſis & Ferrarienſis &c. animum eo applicuit, ut civitatem ſuam Ferraram literario exercitio illuſtraret: hocque modo præter occaſionem, quam ſuis præſtaret addiſcere leges & artes, unde ſurgerent continua ſerie egregii Iuriſconſulti & Medici, ac aliis ſcientiis exculti, apti ad officia & ornamentum, etiam patefaceret aditum aliis ſuis ſubditis, & extraneis ibi conveniendi: qui cum hoc ſubjecto ut plurimum eſſe ſoleant Nobiles, haud exiguam utilitatem ſecum ferunt, & civitati exiſtimationem conciliant maximam, præter id quod inde ſequitur, quod licet cives loco non moveantur, nihilo minus ſe reddant participes morum & ingeniorum, converſatione, quam tenent cum his, qui eos inviſunt. Et juvenes non recedentes à conſpectu ſuorum Superiorum (quæ ſeparatio ut plurimum in cauſa eſt, ut teneræ ætates peſſimæ evadant) poſſint majori diligentia huic vacare profeſſioni, necnon majori cum commoditate, & ſumptibus, atque incommodis minoribus.) 81. Quæ cum ita ſe habeant, quis negatum ibit unquam, veriſſimum illud eſſe Academiarum elogium, quod

Clariſſi-

Clarissimus Academiæ Altorphinæ olim Antecessor Cunradus Rittershusius *in præfat. Comment. ad libr. 1. Salviani* totidem expressit verbis: Τί ἂν ἄλλο ἡ παρ' ἡμῖν καλουμένη Ἀκαδημία, ἢ σοφίας ἀκρόπολις, ναὸς ἀληθείας, ἐπιστημῶν θησαυρὸς, πασῶν ἐλευθερίων τεχνῶν πανήγυρις, σωφροσύνης τε καὶ φιλανθρωπίας παλαίστρα, φιλίας τε, καὶ ἀνθρωπίνων ἀρετῶν ἐργαστήριον, πολιτικῶν ὀργάνων ὁπλοθήκη, παράδεισος θαυμασίων ψυχῆς ἡδονῶν; πηγὴ δ' ἁπάσης τῆς ἐπὶ γῆς εὐδαιμονίας, τέλος δὲ, καὶ ἠώς τις, καὶ τῆς κοινῆς πάντων σωτηρίας πρόδρομος. (hoc est: Quid Academia, ut apud nos vocatur, aliud est, quam sapientiæ arx, templum veritatis, scientiarum thesaurus, omnium liberalium artium mercatus, prudentiæ ac humanitatis palæstra, amicitiæ & humanarum virtutum officina, civilium instrumentorum armamentarium, paradisus admirandarum animi voluptatum, fons omnis super terram felicitatis, finis autem & aurora quædam, & communis omnium salutis prænuncia?) Merito itaque compassione, si non risu, digni Moscovitæ, qui nullas Academias, nullaque admittunt literaria Collegia; tum ut hæreseon (has enim habent rationes) quas eruditione præstantes plerunque excogitant, & tuentur, occasiones omnino præcidantur: tum ne Principe ipso sapientior & doctior quispiam videatur, quem solum omnia, præsertim ad omnium gentium religiones pertinentia, scire, & omnes nodos, ac difficultates uno verbo posse expedire, subditis persuasissimum est: Chytræ. *lib. 1. Chron. Saxon.* Quam eorum opinionem metropolitæ Sacerdotes maxime juvant & augent, asserentes, per Principem, tanquam interpretem, Deum secum conjungi, eandemque Principi, quam Deo, de institutis religionis fidem esse habendam: Reinold. Herdenst. *libr. 1. de bell. Moscov.* Kirchner. *de Repub. disp. 18. hypothes. 1. lit. a. pag. 254.* Verum ut alias ita & hic, opinio non facit rem; nec Moscovitarum Princeps id præstat, quod misera plebecula sibi persuasum habet. Ivo enim, & ipse Moschus, cui ante aliquot annos mittebatur à Rege Danico, inter alia munera, αὐτόματον orbium cœlestium, id accipere recusabat, inquiens: *Ego terrena & non cœlestia curo*: Ranzov. *in Catalog. Imper. & Reg. qui art. Astrolog. exerc. pag. 73.* [82.] Longe alia Germaniæ nostræ facies hodierna. Ea enim licet diu olim Academiis, ut & bonis caruerit literis, & magno cum dispendio suos Bononiam ac Lutetias ablegaverit; postea tamen Viennensis, Heidelbergensis, & aliæ extructæ: Leheman, *in Chronic. Spirensib. lib. 7. cap. 38.* donec tandem ad eam pervenit Academiarum ubertatem, & copiam, ut in ea plane plures numerentur, quam in reliqua Europa universa: Lipsius *in Lovanio, lib. 3. cap. 8.* [83.] Quam male improbat Parthenius Litigiosus *libr. 1. cap. 7. num. 24.* quasi inde exurgant litium multitudines, hac addita clausula: *Academiarum ubertate laboramus, quarum viginti & quinque in sola Germania, & ultra centum Professores legum ordinarii, ne ne quid dicam de extraordinariis, & thesium fabris.* [84.]

CAPVT II.

De Cancellario, & Conservatore Privilegiorum.

SVMMARIA.

1. *Personæ Academicæ duplices.*
2. *Primariæ quæ Academiarum, & principales personæ.*
3. *Accessoriæ quænam, & minus principales.*
4. *Cancellarius Academicus ut plurimum est Episcopus.*
5. *Non tamen semper.*
6. *Unius Academiæ quandoque plures Cancellarii, quandoque nullus.*
7. *Cur ad Clericos hic honos ordinarie pervenerit.*
8. *Quæ Cancellarii in Academia Tubingensi æstimatio.*
9. *Ad Academiæ Cancellarios datur provocatio, sed non ubique.*
10. *Cancellarii Oxoniensis dignitas, remissive.*
11. *Communes Cancellariorum prærogativa.*
12. *Munus Conservatoris Privilegiorum quale.*
13. *Conservator Privilegiorum Academiæ Parisiensis qui olim fuerit.*
14. *Duplex Conservatorum species.*

1\. 2. 3. ACademiæ constant personis & rebus. Personæ, vel sunt primariæ, vel secundariæ seu accessoriæ. Primariæ sunt, Cancellarii, Conservatores Privilegiorum, Rectores, docentes seu Professores, & discentes seu Studiosi. Accessoriæ sunt, Bedellus, Studiosorum nuncii, sive famuli, Bibliopolæ, Typographi, & pro diversitate 4. Academiarum, personæ quoque aliæ. Cancellarius ut plurimum Episcopus est. Lipsiensi datus Episcopus Martisburgensis; Griphisvvaldensi Episcopus Caminensis: aliis alii. Non autem sine ratione τὸ *ut plurimum* addere mihi fuit visum, cum nescius non sim, in quibusdam etiam aliis ex ordine Clerico hoc muneris delatum: Tholosanus *lib. 15. de Syntagm. cap. 19.* Pasquier *des Re-* 5. *cherches de la France, livr. 3. chap. 23. pag. 314.* Vt & in nonnullis etiam ex Laicis cuipiam. Hujus notæ est Academia Altorphina, cujus Cancellarius aliquot ante annos Nobilissimus atque Magnificus Dn. Philippus Camerarius extitit: In Academia Argentoratensi Cancellarii munere, meo tempore, fun- 6. gebatur, Strenuus, atque Nobilissimus Iacobus Sturm à Sturmeck. Vti vero perpetuum non est, cuilibet Academiæ Cancellarium reperire præfectum (Academiam Ienensem in exemplum voco) ita in aliis nec unitatis numerum observatum in propatulo est. In Academia Parisiensi (*il y a de tout temps quatre Chanceliers, lesquels faut que soyent creés devant l'Evesque au Chapitre Episcopal, où ils doivent jurer, de ne licentier aucun, soit Theologien, Canoniste, Medecin*

ou Ar-

ou Artien. s'il n'est digne de tel honneur.) semper existunt quatuor Cancellarii, qui debent creari coram Episcopo in Capitulo Episcopali, ubi jurare adstricti, nemini licentiam concessuros in Theologia, Canonibus, Medicina, aut Philosophia, qui non fuerit hoc dignus honore; Belleforest *in historia universali, cap. 44. lib. 3. pag. 234.* Ad Clericos qua de caula hic honos pervenerit, supra ex Kirchnero retulimus in genere. In specie Pasquierius notavit *d. loc.* Horum, quos Cancellarios Academiarum diximus, pro subjectis variis, quibus dati, variæ sunt prærogativæ. In Academia Tubingensi Rectore censetur major. Hoc innuit inter statuta illud caput, quod Cancellarium Vniversitatis, propter autoritatem functionis Rectorem fieri vetat: Besold, 1. *Politic. cap.* 12. *num.* 47. Vnde etiam alibi ad eum, tanquam superiorem, appellationes fieri monuit idem Besoldus *de appellat. cap.* 4. *sect.* 1. *& modo laudato loco*; quod tamen catholicon non est. Licet enim in Academia Rostochiensi ad Cancellarium liceat provocare; attamen in Griphisvvaldensi, præterito Cancellario ad Ducem Pomeraniæ, tanquam Patronum appellatur: Matthias Stephani *dict. tract. cap.* 12. *num.* 81. Cancellarii Oxoniensis Academiæ, quæ Angliæ est præcipua, quæ sint notabilia jura, Autor *Apologiæ antiquit. Academ. Oxoniensis. pag.* 255. *num.* 19. describit. Illud hisce Cancellariis commune est, quod collationes dignitatum, Decanis, vel Promotoribus publico soleant concedere eloquio: Matthias Stephani *d. loc.*

7.

8.

9.

10.

11.

Conservatores Privilegiorum paucis crediderim datos Academiis, Gallicas si exceperis. Munus autem eorum hoc est, ut Studiosorum privilegia observari, atque adeo sarta tecta constitui curent, sibique commissos Studiosos à manifestis injuriis & offensis defendant: Petrus Gregorius *de Republic. lib.* 18. *cap.* 10. *per totum.* Olim Studiosis Vniversitatis Parisiensis (*pour conservation de leurs privileges fut baillé pour Iuge le Prevost de Paris, lequel pour ceste cause fut appellé Conservateur des Privileges Royaux, de l'Vniversité de Paris.*) ad conservationem privilegiorum datus fuit Iudex Præfectus Parisiensis, qui hanc ob causam appellatus fuit Conservator privilegiorum Regiorum Vniversitatis Parisiensis: Pasquierius *d. loc. pag.* 16. De Conservatore privilegiorum in Academia Lovaniensi, consulendus Guicciardinus *in descriptione Belgii, pag. mihi* 50. Cæterum, Conservatorum ejusmodi duplices possunt constitui species: Vna est Conservatorum electorum nominatim, & personaliter: Altera eorum, qui electi nomine dignitatis dicuntur. Vt cum datus est Abbas S. Saturnini Conservator Privilegiorum Scholasticorum in Academia Tholosana studentium; & Abbas Marsiliaci & Molsaci, Conservatores Privilegiorum studentium in Vniversitate Cadurcensi: Pet. Gregor. *lib.* 47. *syntagm. juris, cap.* 22. *num.* 23. *& seqq.*

12.

13.

14.

CAPVT

CAPVT III.

De Professoribus in genere.

SVMMARIA.

1. *Qui olim Sophistæ, hodie vocantur Professores.*
2. *Trivialium Scholarum Magistri ambitiose titulum quærunt Professorum.*
3. *Professores mechanici.*
4. *Professoris requisitum I. boni mores.*
5. *Cur bene debeant esse morati.*
6. *A regula ut discrepet observantia.*
7. *II. Requisitum docendi est peritia.*
8. *Grammatici cujuspiam imperiti ridiculum facinus.*
9.10. *De electione Professorum, duplex Regni Gallici constitutio.*
11. *Lex Professoris Mathematici, ex testamento Petri Rami.*
12. *In demortuorum Professorum loca qui surrogandi.*
13. *Patronorum in surrogatione quæ esse debeat cura.*
14. *Quæ in denominatione Professorum debeat esse integritas.*
15. *Professores in Academia Ienensi in quæ jurent capita.*
16. *Professorum in docendo munus quale.*
17. *Zasii vox laudatissima.*
18. *Ridetur Thomas* Haselbach.
19. *Professor an per substitutum possit legere? remissive.*
20. *Qualia Professoribus constituenda salaria.*
21. *Romanorum, in constituendis salariis, munificentia.*
22. *Professores hodierni naturæ æmuli.*
23. *Magistri domus Sorboniæ pauperes audiunt.*
24. *Et plerique Professorum alii.*
25. *Doctorum de paupertate querela.*
26. *Augenda esse Professorum stipendia.*
27. *Professor legere impeditus calamitate publica, non privatur stipendio.*
28. *Uti nec si senio impediatur.*
29. *Aut morbo laboret.*
30. *Professore mortuo, an residuum annui temporis salarium heredi debeatur.*
31. *Salaria Professorum quomodo privilegiata.*
32. *Doctor & Professor, fabrum sibi obstrepentem, domo sua ut possit expellere.*
33. *Aliorum limitatio eandem ad rem.*
34. *Consilium Autoris.*
35. *Auditoria publica servitutes respuunt, & silentium amant.*
36. *Campanarum immodica pulsatio quando possit sisti.*
37. *Professores quandoque locorum statutis, ubi degunt, constringuntur.*
38. *Studiosorum privilegia competunt Professoribus.*
39. *Professor an sine venia à Studioso in jus vocari queat.*
40. *Professores excusantur à tutelis.*
41. *Immunes esse debent ab omnib. oneribus.*
42.43. *An Professor, qui viginti per annos docuit, Comitivam adipiscatur.*
44. *Professores à daciis quousque immunes.*
45. *Professorum quando cessent privilegia.*

1. QVi à Romanis primitus Sophistæ appellabantur: *l.6.§.Grammatici 1. &* *ibi* Cujac. *in tract. ad African. ff. de excusat. tutor.* illi posterioribus Imperatorum constitutionibus vocati fuere Professores, h.e. publici Doctores, qui non mercede, uti locatores, sed salario publico in privilegiatis Academiis, sive Vniversitatibus literariis docent: *t.t. C. de Professor. lib. 10. & lib.*

*& lib.*12. *tit.*15. Matth. Stephani *d.tr. cap.*3.*n.*4. Quibus si junxeris *l.*1. §.6. *ff. de* 2.
variis & extraord. cognit. facile tibi constabit, quantum ambitioni quorundam trivialium scholarum plagosis Orbiliis tribuendum, qui sibi Professorum nomen adscribere haud verentur, inanem interdum scientiæ persuasionem induentes, tam tristi fronte, & exercitato vultu, tam horridis setis, ut si quid supercilio, aut barbæ credendum, Zenonas & Chrysippos eos præferre censeas: Wovver. *de Polymathia, cap.* 30. *pag.* 271. Non equidem infiteor, Professoris 3.
nomen etiam artium mechanicarum magistris tribui, in *l. unica C. de monopol.* sed eam loquendi licentiam usus & consuetudo, si non sustulerunt, attamen tam arctissimis incluserunt cancellis, ut vix hodie, ea si usus fueris, reprehensionem effugias communem, & fortassis à rigido quodam rei literariæ Prætore prodigus audias. Professorum vero principalia requisita hæc dicuntur: I. Boni mores: *l.* 7. *C. de Professor. & Medic. libr.* 10. *l. unic. C. de Professor. qui in urbe Constantinopolit. libr.* 12. *Novell.* 137. *cap.* 1. Cum enim illi Studiosis, ceu animi & morum informatores positi, multum refert, quo ipsi morum fulgeant splendore, Studiosi inde ut habeant, quem sequantur Solem. Qui deficit in moribus, & proficit in literis, plus deficit, quam proficit; hoc vetustas monuit. Idque non solum eo sensu, quo mores pro virtute, sed & altero, quo de elegantia quadam exteriori, & civilitate alii interpretantur, verissimum est. Vtinam vero hodie tanta huius requisiti esset observantia, quanta utilitas. Sane ubique literatorum maior futura esset existimatio, etiam ipsis in aulis Principum, ubi contra passim nunc pro inurbanis, morosis, & communi formula, Schulfüchse habentur. Atque ita revera est, multos hinc inde Professorum, eruditionem si excipias, à mechanicis & vestitu, & reliquis sordibus parum differre. Nonnullos præterea rustica illa tenet ambitio, Studiosos ipsis ad reverentiam, ipsos Studiosis ne quidem ad humanitatem obstrictos esse. Hinc ad officiosos pileos chiragra laborant, & infra sortem atque magnificentiam suam arbitrantur, nudum caput vento aut Soli exponere. Quæ, cum aliis congeneribus, quam probe bonis conveniant moribus, ipsi viderint: eos ego censoria non pulso virgula; vereor ne alii. II. Docendi peritia, facundia dicendi, interpretandi subtilitas, & copia disserendi: *d. l. unica, C. de Profess. qui in urb. Constantinop.* Cum itaque primus discendi ardor sit nobilitas Magistri, ut loquitur Ambrosius *lib.* 2. *de Virgin. p.* 98. curam non modicam adhibebunt in legendis Professoribus, Academiarum Patroni, ut suscipiant docentes, qui docere sufficiunt: *l.* 2. *C. de excusat. artific.* eligant sapientes, qui sapientiam tradant: *d. Novell.* 137. *c.* 1. aliis præficiant illos, qui ex discipulis Magistri facti: *can. miserum, dist.* 61. Hoc modo autoritati propriæ habebunt consultum, Academiam suam illustri dotabunt nomine, & Studiosorum utilitati prospicient. De Grammatico quodam refert Cardanus *de subtilit. sect.* 185. eum, cum Campani expositionem in Euclidis elementa non intelligeret, totas paginas transversis lineis ductis obliterasse; stultum insuper

Margin numbers: 4. (at "I. Boni mores"), 5. (at "Cum enim illi"), 6. (at "Vtinam"), 7. (at "II. Docendi"), 8. (at "De Grammatico").

eum appellitaſſe, cum i,le dignus fuerit vinculo & helleboro. Hæc ſcilicet ig..orantiæ ſunt germina, quæ ne agris illis ſcientiæ publicæ inſerantur, hortulani probi ſummo præcaveant ſtudio. Premant veſtigia Galliæ Regum, qui malum hoc publicis ſeminariis ſcientiæ ut averterent, leges egregias oppoſuerunt,

9. quæ extant in *Codice Henrici III. lib.11. tit.6. des Lecteurs & Profeſſeurs.* Vna eſt Caroli IX. à Moulins en Mars 1566. huius tenoris: *Afin que l'eſtat de nos Profeſſeurs ne ſoit baillé qu'aux plus doctes & capables, ordonnons qu'advenant vacation d'aucune place de nos Profeſſeurs, en quelque ſcience & langue que ce ſoit, on le fera ſçavoir par toutes les Vniverſités fameuſes, & autres lieux: & ceux qui ſe voudront preſenter & ſoubmettre à la diſpute & lecture de la profeſſion vacante, ainſi qu'il ſera proposé par le Doyen & les autres Profeſſeurs, y ſeront receus, pour eſtre apres choiſi par nous le plus ſuffiſant & capable de ceux, qui auront leu & diſputé. Dont nous ſerons advertis par le Doyen & autres Profeſſeurs, afin d'y eſtre par nous pourveu, ainſi qu'il appartiendra.* h. e. Vt officium Profeſſoris doctiſſimis & habilibus tantum detur, edicimus, ſi contigerit vacare locum Profeſſoris, quacunque in ſcientia, & lingua, ut illud ſignificetur omnibus Vniverſitatibus fama conſpicuis, & aliis locis, ac illi, quibus placuerit ſe ſiſtere, & ſubiicere diſputationi, & lectioni vacantis profeſſionis, ad modum à Decano & reliquis Profeſſoribus propoſitum, ibi recipiantur, ut poſtea ex illis maxime capaces & apti, qui diſputarunt & lectionem abſolverunt, à nobis poſſint eligi. Qua de re certiores nos reddent Decanus, & cæteri Profeſſores, ut providentia noſtra agat, quod oportet.

10. Altera eſt Henrici III. facta és Eſtats de Blois, hiſce formalibus concepta: *Quand y aura Regence vacãte en droit canon ou civil, les Docteurs Regens & la faculté, mettront dans le mois affiches de ladicte vacance, & en envoyeront autant aux plus prochaines & fameuſes Vniverſités du Parlement, eſquelles y aura exercice de ladicte faculté, aſſignant jour certain & competent pour ouvrir la diſpute. Et ſera preferé celuy, qui par les leçons continuées un mois durant, & par repetition publique, aura eſté trouvé le plus digne, par le jugement des Docteurs Regens de ladicte faculté.* hoc eſt: Quando contigerit vacare regentiam in Iure Canonico, aut Civili, Doctores Regentes in facultate intimationes conficient intra menſem dictæ vacantiæ, & mittent exemplar ad proximas, & præcipuas Vniverſitates Parlamenti, in quibus exercitium proſtat dictæ Facultatis, conſignando diem certum & competentem aperiendæ diſputationis. Et præferendus erit iſte, qui per menſem continuum lectione & repetitione publica deprehenſus fuerit à Doctoribus Regentibus in ea facultate magis dignus.

11. Hiſce mantiſſæ loco annectere placet, quod me legiſſe memini Pariſiis in Collegio Cameracenſi, tabulæ æneæ inciſum, cui præſcriptio: *Lex Profeſſoris Mathematici ex teſtamento Petri Rami. E vectigali meo DCC. libellarum, lego D. in ſtipendium Mathematici Profeſſoris, qui triennio, Arithmet, Muſic. Geometr. Optic. Mechan. Aſtronom. Geograph. non ad hominum opinionem, ſed ad Logicam veritatem in Regia Cathedra doceat. Electionem à Profeſſo-*

Professoribus Regiis sic institui volo. Professoris examen omnibus, cuiuscunq; Nationis Mathematum Studiosis, à Collegii regii Decano in tertium mensem promulgator. Ad examen nemo nisi Latinis Græcisq; literis & ingenuis artibus præter Mathemat. reliquis instructus admittitor. Trimestri promulgationis præterito, Candidati, præsentibus, aut certe rogatis, atque invitatis Senatus Præside primo, primoq; Oratore regio, Mercator. Præfecto, deinde Professoribus regiis, omnibusq; omnino, quibus interesse libuerit, publicum examen subeunto, prælegendo septem diebus horam unam, de præcipuis singulorum Mathematum capitibus, octavo die respondendo, & satisfaciendo problematis, & theorematis omnibus, quæ contra à quolibet proposita fuerint. Ex omnibus examinatis, qui judicio Professor. Regiorum, omniumq; Mathescos Professor. peritorum aptissimus videbitur, ad Mathemat. professionem delegitor. Primaq; prælectione, Mathematum laudibus juventutem ad capessendum laudatæ scientiæ studium exhortator. Triennio quoque novum examen consimile esto, ut tamen Professor, qui ante fuerit, cæteris vel paribus Candidatis anteponatur. Si quo tempore unicus omnium Mathemat. partium peritus inveniri non possit, stipendium duobus dividitor, qui sesquianno descriptum Professor. æquis partibus exequantur. Præfectum Mercatorum & Ædiles, in quorum custodia Basilica urbis posita est, oro, ut in perpetuam Parisiensis Academ. gloriam, vectigal illud perpetuum esse velint, & si forte redimatur pecunia, in alium reditum collocator. D.O.M. & M.A V.C.P. Ram: Gymnasii prolearchi Eloq. & Philosoph. Prof. Regius Nicol. Bergeron. & Anton. Iselus, in Senatu Parisiens. Advocati, testamenti Procurator. has professionis Mathemat. leges cenotaphii vice posuerunt ex SCto. VII. Iulii, M D LXXVI.

Cæterum si in demortuorum locum surrogandi veniant Professores alii, præmortuorum liberi, idonei si existant, præ aliis ad vacantem Spartam advocandi: *l.11.§.1.l.13.in pr.C.de advoc.divers.judicior.* Iacob.Penius *de Privileg.ICtor. part.3.privileg.*60 Bologninus *ad auth.habita*, C.*ne fil.pro patre num.*30. Quoties vero casus emergit, sive vacantem in locum alium introducere *, sive ordinariis alios extraordinarios adiungere (quod quandoque etiam ad instantiam Studiosorum à Patrono Academiæ fieri solet, ut factum legimus apud Muretum *epist.75.pag.mihi* 229. ubi memorat, Nationem Germanicam à Studii Patavini Triumviris petiisse, ut Muretus advocaretur, ad interpretandum jus, non more barbaro, & incondito, sed Gallico, hoc est, omnium recte sentientium judiciis comprobato.) Patronus æquius meliusque egerit, si denominatione aliquot personarum, ex quibus eligere possit, vel unius, quam postea advocet, ab Academicis requirat proceribus. Si enim contra insciis & invitis his aliquis adjungatur, clandestinæ nunquam cessabunt machinationes, & quandoque manifesta erumpent in dissidia. Vt vero hoc Patroni à latere expetimus, ita Pro-

12. 13. 14.

* *Sine causa magna & gravi Professorem ab officio removere velle, instar sacrilegii est: Bart.* in authent. habita, num.13. *Bologninus* num.244. *Horat, Lucius* de privileg. Scholar.2. in princ. & privileg.79.

fessorum ex parte requirimus, ut affinitate, sanguinis coniunctione, & si qui alii affectionis stimuli, insuper habitis, ex conscientiæ præscripto, dignos, & requisitis modo expositis pollentes, Patrono commendent, cognitosque reddant: Qui postquam à Patrono vocati, in numerum Professorum relati, non detrectabunt fidem dare, se statutis, & consuetudinibus cuiusque Collegii satisfacturos.

15. Ienæ cooptandus in numerum Professorum promittit: I. Quod velit in religione, & cæteris, parere statutis, & statuendis, juxta verbum DEI. II. Quod & solus, & una cum aliis, velit studere bono publico, fideliter in docenda & erudienda juventute suum facere officium, ornare suam stationem honestis moribus, & detrimenta Vniversitatis avertere pro viribus. III. Quod studiose velit fovere concordiam publicam, tribuere singulis Collegis locum ipsis convenientem, nec cum ullo certare æmulatione, aut alium quoquo modo premere & reformare. Si quæ autem inter ipsum & Collegam controversia existeret, quæ privatim amica transactione componi non possit, permittere judicium Rectori & Senatui. IV. Quod adhibitus ad consultationes, præstare velit taciturnitatem & fidem, hoc est, tacere tacenda, nec divulgare arcana; sincere & candide, sine assentatione, aut fuco exponere, quid sibi ipsi videatur esse ex usu Reipubl. ita tamen, ut aliis dicere quid ipsi judicent, liberum relinquat, & modeste cedere melioribus sententiis, & maiori parti decernentium, non detrectet.

16. Munus Professorum est, ut fidelitate summa utantur toto sibi concredito in munere; ut vera doceant, & perpendant sibi concreditam juventutem, quam falsis imbuere opinionibus, aliud haud est, quam Rempubl. lento necare veneno. Vt propria eius doceant artis, in qua versantur, aut certe cum eo, quod agitur, coniuncta & cohærentia: Muretus *de officio Doctor. orat.* 17. *p.* 293. Vt perspicue doceant, & ea, qua fieri potest, brevitate: Raudensis *de analog. cap.* 4. *num.* 18. *&* 20. Contra si agant, reprobari poterunt, ex doctrina Bartoli *in l. Grammaticos, C. de Profess. lib.* 10. Paria enim sunt, obscure, male, & omnino non legere: *arg. l. de ætate, §. nihil, ff. de interrogat. action. can. multi, distinct.* 40. Ad perspicuitatem autem maxime facit ordo ac genus sermonis ad res enodandas & enucleandas accommodatum. Brevitas vero, perspicua si fuerit, Professori

17. laudem, Studioso autem, sive discipulo, utilitatem pariet maximam. Habeant itaque Professores sibi ante oculos positum Zasii exemplum, mentemque, ut, quod ille *ad l.* 2. *ff. de O. I.* scripsit, verissime quilibet horum possit enunciare: De me sine jactantia hoc dico, si una hora, quæ sentio, in meos auditores intrudere possem, omnia fideliter communicaturum: Middendorp. *lib.* 1. *Offic. Schol. cap.*

18. 15. *pag.* 60. Tholosan. *lib.* 18. *de Republ. cap.* 2. Cane vero peius & angue fugiant vestigia Thomæ Haselbach / Theologi, qui in Academia, seu Gymnasio Viennensi viginti integros annos in primi Esaiæ capitis explicatione consumpsit, nec tamen ad finem perduxit: Iohan. Cuspinian. *in vita Friderici III. pag.* 508.

19. *num,* 49. *Vtrum vero Professor, cuius personæ industria electa censetur, per substi-*

tutum

tutum legere possit? tractat Bartolus *in l. nemo est, ff. de duobus reis.* Abbas *cap. 1. extr. de summa Trinit. cap. cum dilecta, num. 10. extr. de Rescript. & in cap. extirpandæ, §. quia vero, extr. de Præbend.* Matth. de Afflictis *cap. 1. §. si quis decesserit, si de feud. defunct. content. &c.*

20. Ne autem multos pœniteat vanæ sterilisque cathedræ, salaria talia Professoribus constitui, sed & stato termino exolvi debent, qualia non tantum profitentibus ad necessaria vitæ, sed & ad honorem eorundem pertinere videbuntur, pro magnitudine & amplitudine Reipubl. vel Principatus, qui ea constituit; ut facilius ad id munus viri præstantiores, doctiores, & magis probati alliciantur: Tholosanus *d. libr. 18. de Republic. cap. 4. à pr. argum. l. 4. ff. ubi pupillus educari. l. 12. § 3. ff. de administ. tutor.* Iohannes à Chockier *libr. 1. thesaur. Politic. cap. 11. pag. 45.* 21. Vespasianus Latinis, Græcisque Rhetoribus annua centena constituit, hoc est, bis mille quingentos Philippeos. Medicis alii quingena HS id est, duodecim millia & quinquaginta Philippeos. Eumenio Rhetori & Doctori in Scholis Augustoduni, Constantius Princeps salarium in sexcentis millibus nummum accipere jussit; hoc est, quindecim millia Philippeorum: Lipsius *de magnitud. Romana, lib. 4. cap. 10. pag. 198.* 22. Sed hæc jamdudum cum Romanis desiit munificentia, & hodie Professorum plurimi naturam coguntur imitari, quæ paucis dicitur contenta. Vnde evenit quod Basileensi Academiæ contigisse olim refert P. Ramus *in Basilea, pag. 59.* ut ubi stipendia tenuia, Academiæ vix floreant. 23. Collegium Sorbonicum (à Roberto cognominato Sorbone, Theologo, ita dictum) quod Lutetiæ Parisiorum est, singulis fere manuscriptis libris bibliothecæ suæ hoc addidit elogium: *Iste liber est pauperum Magistrorum domus Sorbonicæ*: Papirius Massonius *annal. lib. 3. pag. 245.* 24. Hodie eius prædicamenti multos Academiarum habebis Magistros, qui licet votum paupertatis, quod Monachorum est, nunquam professi fuerint, eidem tamen æque obstricti quasi communi sub regula degunt. Vnde in fata concedentes, famam quandoque sibi, liberis & familiæ famem ut plurimum relinquunt. Ita scilicet hæc quoque hereditas sine ullo corpore juris intellectum habet. 25. Hinc eruditiorum querulæ voces enatæ:

Sunt mala Musa, nostraque fama fames.
Cura mihi Aonides, semper mihi numen Apollo;
Nocte dieque illi barbita nostra sonant.
Sed mihi quid fructus dulcissima barbita præbent?
Qua tandem Aonides utilitate juvant?
Pauperies me dura premit, sævique labores,
Atque arcere hiemem vix toga sarta potest.
Da rogo consilium, votorum inspector Apollo,
Nam te dulce sequi, sed mihi egere grave.

Cœlius Calcagninus *pag.646.* Improbavit hanc egeſtatem, & inopiam literatorum, Fridericus Imperator, æque ac Athalaricus Gothorum Rex, quorum uterque de ſtipendiis Profeſſorum conſtitutionem fecit, quæ extant apud Goldaſtum *tom.ult. conſtit. Imper. pag.*110.*&* 396. Idem reapſe agere debent omnes Academiarum Patroni, ſecumque perpendere, mutato temporum feliciorum ſtatu, ad eam caritatem omnium rerum nos deveniſſe, ut etiam ea, quæ maiora ſuperioribus annis fuerint viſa ſtipendia, nunc vix inter mediocria poſſint connumerari, cum annonæ & victus humani expenſæ in triplum excreverint, nec feliciorum temporum ulla certa ſpes appareat: Decian. *vol.*1.*reſponſ.*14.*n.*52. Agnoverunt hanc ſeculi infelicitatem Proteſtantes, qui ad gravamina Catholicorum, Cæſari anno 1594. exhibita, inter alia hoc dederunt reſponſi: Können ſie (Catholici) die jetzt eine Zeitlang continuirte Theure in vori ze glückſelige Zeit bringen/da faſt einem jeden ein Gulden ſo nutz gewesen/ als jetzt drey ſeyn können/ſo iſt ihnen umb viel hundert Gulden geholfen: Syring.*de pace relig. th.*38. *lit.e.pag.*64.

27. Circa Profeſſorum ſalaria præterea hæc notanda veniunt. I. Si Profeſſores peſte, aut alia calamitate publica impediti fuerint, quo minus docere, & juventutem inſtruere valeant, nihilo minus promiſſo & conſtituto eos non cadere ſalario. Quando enim non ſtat per eum, qui conditionem implere obligatus eſt, quo minus impleatur, haberi dicitur perinde, ac ſi impleta fuiſſet: Pfeil *cent.*1. *reſp.*54.*l.*19.*§.l.*38.*in pr.&* § 1.*ff.locat.l* 5.*in pr.ff de condict.cauſ.dat.l.*1.*§.*3.*ff.de var. & extraord.cognit. l.*54.*§.*2.*ff.de legat.*1. *l.ult.§.*1. *ff.ad l.Rhod.de jact.* Gail.1.*obſerv.* 44.*num.*13. Bologn.*ad d.auth. habita, num.*72. Ludovic. Romanus *ſingulari* 453.

28. Speckhan *centur.*2.*quæſt.*10. II. Idem dicendum, ſi ſenio impediantur. Non enim conveniens eſt, bene meritos ætate ingraveſcente removere: *can.quamvis triſte,* 7.*quæſt.*1. *cap* 1. *de paroch.* æquius rude donare, annuoque alere ſtipendio:

29. *arg.l.Lucius* 11.*ff.de evictìon.* Alciatus *reg.*3. *præſumpt.*19.*num.* 7. III. Idem ſtatuendum, ſi morbo detineantur: *l* 4.*§.*5.*ff.de ſtatu liber.d.l.ult.§.*1.*ff.ad l.Rhod. de jactu.* Nec enim rationabile eſt, ut afflictioni corporis accedat afflictio rei familiaris: præſertim tunc, quando in morbum inciderunt ex nimia diligentia, qua corpus defatigarunt, aut alio, non contrario functioni ſuæ caſu: Vaudus

30. 1.*quæſt.*7. IV. Si Profeſſorem ante finem anni vel menſis (ſi in annos vel menſes contractum) in fata concedere contingat, heredes eius nihilo minus totum habebunt ſalarium: Maranta *conſil.*59. Speculator *in tit.ſalar. per l.*1. *§.divus, ff. de extraord. cognit. l.*15. *§.*1. C. *de advocat. div.judicior.* Coler. *de proceſſu, cap.* 1. *num.*61.*part.*1. Arumæus *diſput. Pand. theſ.*7. Diſſentiunt Caſtrenſ. *in l.*4.*ff. de offic. adſeſſor.* & Rosbach *proceſſ. t.*7. *num.*31. Vid. Vmmius *proceſſ. diſput.*2. *th.*3.

31. *num.* 14. & omnino Cothman. *reſponſo Academico* 46. *per totum.* V. Salaria Profeſſorum privilegiata ſunt, inter omnes creditores; æquiparantur doti, & fiſco, & habent tacitam hypothecam, cum privilegio prælationis: Iohan. Garſias *de nobilit.gloſſ.*35. Ioh.Botta *conſil.*43. Diez de Mœna *lib.*1.*variar.quæſt.n.*10.

Illud

Illud in quæſtionem venit, *an Profeſſores fabrum, fullonem, pelliparium, vietorem, aliumve opificem tumultuoſum, ad ædes ſuas vicinum, ſtudiis ne interturbentur, & ſubtilioribus ne cadant cogitationibus, magiſtratus implorato auxilio, expellere poſſint, & illam ut audiant ſententiam procurare; veteres migrate coloni?* Affirmativa communis eſt: gloſſ. Alberic. Bartol. Bald. Angel. Caſtrenſ. Iaſon. Bolognet. Barboſa *ad l. 1. ff. ſoluto matrim.* Guido Papæ *decif.* 88. & 388. Alciat. *libr.* 8. *parerg. cap.* 2. Menoch. *de arbitr. judic. quæſt. caſu* 237. Zoannet. *de duplici venat. num.* 68. *l. un. in fin. C. de ſtudiis liberal. urb. Rom. l.* 11. *l.* 14. *C. de operibus public.* Schneidevvin. *ad §. fin. Inſt. locat. num.* 7. Franciſc. Vivius *in theſauro comm. opin. lit.* D. Rebuff. *de Privil. Schol.* 3. *p.* 20. ubi in argumentum ducit *l.* 2. *§. idem ait* 29. *ff. ne quid in loco publ.* Iacobus Penius *de Privileg. ICtor. cap.* 69. *num.* 12. Coler. *part.* 1. *proceſſ. execut. cap.* 4. *num.* 8. Licet enim de domo ſua nemo invitus, & hoc quoque caſu, poſſit videri extrahendus; attamen multa iniquitatem ſecum ſingulorum trahere videntur, quæ abunde utilitate publica compenſantur. Nec diſtinguo hic cum aliis, an Doctor ſive Profeſſor, garruli opificii magiſtrum anteverterit, hoc eſt, an opifex iſte domo noviter empta, ad ædes Profeſſoris accedat, ſive Doctor huius ad ædes accedat. Nam non tempore hic prior, ſed alter, qui utilitate & favore maior, merito præfertur: *arg. l. aſſiduis, C. qui potior in pignor.* Limitant alii deciſionem noſtram, ſi conſuetudine aliud fuerit receptum, ut ea tunc ſuum perdat officium. Ita in Civitate Neapolitana fabros malleantes retinere & habere officinas ſubtus domos Doctorum & aliorum, juxta Eccleſias & monaſteria: Iohan. de Amicis *conſil.* 104. *num.* 12. Nolim ſane ego Profeſſores hoc ſuo jure rigide uti, ne aut civium odia in ſe concitent, aut nimium delicatuli videantur, ac molles cum Sybaritis, qui ne gallum quidem gallinaceum intra mœnia ſua tolerare volebant, ne quietis & ſomni alerent turbatores,

32.

33.

34.

Loca quoque Academiarum publica ſeu collegia, & auditoria, ſilentium maius requirunt, & liberum aërem: unde ab illis non ſolum ſervitutes omnes remotas eſſe decet, & imprimis illorum luminibus nullum parandum obſtaculum: Salicetus poſt Cynum *in l. altius, C. de ſervitut.* Barthol. Cæpolla *de ſervitut. urban. prædior. cap.* 39. *fallentia* 10. Idem dicendum de immodico campanarum pulſu. Nam & de eo notant juris Antiſtites, ſi ægrotanti Doctori, itemque ſcholari, & vicino cuilibet, gravis ſit nimius & non neceſſarius campanarum ſtrepitus, illum non ſecus ac gravem & peſtilentem odorem ſuſpendendum: *l.* 2. *§.* 29. *ff. ne quid in loco publ.* Cæpolla *d. tract. cap.* 43. Alciatus *ad d. l.* 1. *ſolut. matrim.* Salus enim hominis, cuius gratia natura mater omnia comparavit: *l.* 28. *§.* 1. *ff. de uſur.* nullo modo æſtimationem recipit: *l.* 34. *§.* 1. *ff. de donat.* & rebus omnibus, ac cuivis commodo præferenda: Luc. de Penna *in d. l. un. C. de ſtud. liberal. urbis Romæ, lib.* 11. Oldrad. *conſil.* 228. Salmuth *ad Pancirolli nova reperta, tit.* 9. *p.* 383. & *ſeqq.*

35.

36.

Cæte-

37. Cæterum, licet Professores nonnunquam statutis locorum ubi degunt, constringantur, ut Colerus monuit *part. 1. processs. execut. c.3. n.219.* quem secuta est in pronunciando Facultas Iuridica Lipsiensis & Wittebergensis, anno 1604. uti me docuit Amplissimus Dn. Fohman, Doctor meus *in prælect. ad tit. C. de Episcop. & Cleric. cap. 8.* attamen alias egregiis sunt exornati privilegiis.
38. Præter enim illa, quæ cum Studiosis habent communia, *ex auth. habita, C. ne*
39. *fil. pro patre:* I. à Studiosis sine venia in jus vocari nequeunt: Parentum enim loco sunt: *l. 4. C. locat. l. 1. C. de excusat. artif.* illi autem in jus sine venia vocari nequeunt: *l. 4. §. 1. fin. ff. de in jus vocand.* Menoch. *de arbitr. jud. quæst. cent. 5. cap. ult.* junge *l. 13. ff. de in jus vocand.* Dissentit Duarenus *ad tit. de in jus voc. cap. 4.* quod non necessitate legis eis reverentia præstetur, sed suasu honestatis. Alii (vid. Schneidevvin. *ad §. 12. Instit. de action. num. 47.*) inter verbalem, quæ denunciatione, & realem, quæ prehensione fit, citationem distinguunt; quos sequitur Speckhan *cent. 1. quæst. 53. num. 12. & seq.* vide Hillig. *ad Don. lib. 23. cap. 2.*
40. *lit. y.* II. Ii, qui intra numerum sunt, à tutela excusantur: *l. 6. §. 1. & seqq. ff. de ex-*
41. *cus.* Donell. *3. comment. 9.* III. Debent esse immunes ab omnibus oneribus: *l. 6. C. de Profess. l. ult. ff. de muner. & hon. l. 2. C. de excus. artif.* vide Heigium *part. 1. quæst. 17. num. 21.* & Matth Stephani *de Acad. cap. 10. num. 17.* Proinde regulariter pro tuenda civitate non tenentur excubias agere, nec milites hospitio recipere: Caspar Klock *de contrib. thes. 57.* nec diurno tempore ad portas, vel nocturno vigilare; nec loricis vel armis, quæ aliis civibus imponuntur, instructi esse: nec denique collectam solvere: Vid. Menoch. *de arb. jud. quæst. cent. 4. cas. 379.* Flamin. Rube. *lib. 1. cons. 66. f. 1. n. 37.* Wesenb. *in parat. ff. de vacat. mun. num. fin.*
42. IV. Professores si per viginti annos (in studio Patavino, ex privilegio Friderici Imperatoris, sunt sedecim: Decian. *tom. 3. respons. 38. n. 31.*) in Academiis docuerint (Anton. Faber *lib. 9. C. tit. 28. definit 6.* excipit Medicos) Comitivam adipisci nonnulli affirmant, *arg. l. 1. C. de Profess. qui in urb. Const.* Wesenbec. *cons. 40.* Menoch. *lib. 2. arbitr. quæst. cent. 1. casu 68. n. 43.* Middendorp. *lib. 1. de Acad. c. 23. à pr.*
43. De cuius tamen enunciati veritate non immerito quis subdubitet; præsertim cum unumquodque privilegium restringatur ad eas res, personas & loca, quæ in privilegio nominata, & specificata sunt; *c. cum personæ, de privil. in 6.* Decian. *cons. 2, vol. 1. n. 146.* Bursatus *vol. 2. cons. 184. num. 46.* Menoch. *cons. 696. n. 54.* Ce-
44. phal. *cons. 228. n. 24.* Bellon. *1. supput. 13.* Hilliger. *ad Don. lib. 24. c. 22. lit. N.* V. Licet Illustrissimus Princeps Philippus, Landgravius Hassiæ, Doctoribus, Professoribus & Membris Academiæ Marpurgensis negotiari non permittat, *ut est in quodam artic. privilegiorum d. Academiæ Marpurgensis, facto anno 1527.* Kirchner. *disp. de Rep. 13. th. 1. lit. d. p. 193.* honesta tamen mercatura alias Clericis concessa: *l. 2. pr. C. de Episc. & Cleric.* Hodieque membris Academiarum plerumq; tributa est immunitas à collectis & daciis pro vino, cerevisia, esculentis & aliis rebus, quas hi privilegiati in suum & familiæ usum comparant: Si vero fiant publici caupo-

cauponarii, revendendo esculenta & potulenta pro satis magno pretio, quæ ipsi pro vilissimis pecuniis coëmerunt, propter abusum privilegio privantur: *can. privilegium, can. placuit, can. plerunq. vers. sed bene,* 11.q.3. Felin. *in c. cum accessissent, n.28. extr. de constit. pecun. per cap. recolentes, extr. de stat. Monach.* Hæc & 45 alia Professorum privilegia cessant, si Imperator in expeditione sit: *l.2.& 3. C. de quibus mun. vel præstat. non lic. se excus. lib.*10. aut bellum immineat, aut casus insolitus: Zas. *in l. si ex toto, n.9. & seq. ff. de legat.*1. Sebast. Medic. *part.2.q.1. de casib. fort.* Abb. *cons.1. n.5.* Bartol *in l. nullus, C. de cursib. publ. lib.*12. Immunitas enim concessa ab oneribus, ad tempus necessitatis non extenditur: Fr. Marcus *decis.* 458. *n.*12. & necessitate urgente, omnis immunitas tollitur: Specul. *tit. de censib. §. nunc dicendum.* Bald. *in l. jubemus, C. de SS. Eccles.* Tiraquellus *de Nobilit. cap.*20. *n.*169. Gail. 2. *observ.*52. *n.*26. *& seq.* Mynsing. *cent.6. obs.*70.

CAPVT IV.

De Ordine Facultatum, & Decanis.

SVMMARIA.

1. *Academiæ plerumq. quatuor facultatum continent collegia, sed non semper.*
2. *Theologi primum locum occupant.*
3. *Secundum Iurisconsulti.*
4. *Quis sit dicendus ICtus.*
5. *Iurisprudentiæ & ICtor. summa utilitas.*
6. *ICtorum magna fuit æstimatio apud Romanos, & honorarii tituli quam plures.*
7. *ICti domus civitatis est oraculum.*
8. *Iurisconsulti Medicis cur præferendi: ratio prima.*
9. *Ratio secunda.*
10. *Ratio tertia.*
11. *Constitutio Friderici III. in odium Iurisconsultorum posita, nunquam in Imperio recepta.*
12. *Ratio quarta.*
13. *Ratio quinta.*
14. *Valesio respondetur.*
15. *Aeneæ Sylvii in jurisprudentiam iniuriosum epos.*
16. *Eidem contradicitur.*
17. *Animalia quæ nos doceant.*
18. *Aeneas Sylvius in jure infans, & peregrinus.*
19. *Tertius locus debetur Medicis.*
20. *Medicinam summi exercuerunt Principes, Angeliq.*
21. *Medicus minister DEI.*
22. *Medici an nobiles.*
23. *In Medicina an infames ad Doctoris admittantur gradum.*
24. 25. 26. *Alchymia improbatur.*
27. *Sed quoad abusum tantum.*
28. *Metalla in aurum possibile transmutari.*
29. *Arte medica an vita hominis prorogari queat?*
30. *Anatomiæ exercitium in corpore humano improbatum.*
31. *Imo probatum.*
32. *Modo corpora non sint animata.*
33. *De privilegiis Medicorum remissive.*
34. *Quartus locus adsignatur Philosophis.*
35. *Philosophi nomen quid alias notet.*
36. *Primus nominis autor.*
37. *Sophi & Sophistæ.*
38. *Philosophorum quæ olim insignia.*
39. *Magnum inter veteres & nostros Philosophos, discrimen est.*
40. *Rari cur hodie Philosophi.*

41. Philosophi quomodo debeant contemnere pecuniam.
42. De privilegiis Philosophorum remissive.
43. Decani qui olim dicti.
44. Qui nobis hodie Decani, & unde.
45. De munere Decani.

1\. ACademiæ plerunque continent quatuor facultatum Collegia, sed non semper & necessario, ut supra in exemplum tractæ Academiæ Galliæ demonstrant: Duaren: *lib.5.de sacr.Eccles.minist.c.13.memb.* 1. Vnde errare patet Autorem *replicæ Hassiacæ, quæ habetur* in denen *Actis* der Fürstlichen Marpurgischen Succession / *pag.* 112. dum ait, Facultatem Theologicam esse essentiale membrum Vniversitatis, eaque remota aut deficiente Vniversitatem corruere. Nisi fortassis ad certum individuum hoc restrictum voluerit, ut fecisse videtur; aut Germaniæ exempla pro regula habuerit.

2\. In ordine vero Collegiorum, seu Facultatum, ut vocant, Theologiam qui profitentur primi sunt. Namque cum una scientia alia melior, præstantiorque sit, vel ratione obiecti, vel ratione medii, & modi procedendi: Pererius *lib.1.Physic.p.15.* vel utilitate, certitudine & complexione: Ioseph. Vnicornis *de Mathemat. art. utilit.p.35.* quis dubitabit, Theologiam reliquas scientias longis superare parasangis? Maximo sane Theologi honore digni, qui mysteriorum divinorum dispensatores: 1. *ad Cor.* 4. quorum labra custodiunt scientiam: Malach. 2. qui fidem, & bonam conscientiam plantant ac rigant, DEO feliciter incrementum largiente: 1.*ad Corinth.* 3. 1.*ad Timoth.*3.

3\. 4. Secundo loco veniunt Iurisconsulti, seu legum Doctores. Quisnam dicendus sit Iurisconsultus, non omnibus constat. Berengarius Ferdinand.*in l. pacta conventa, num.32. & 33. ff.de contrah. empt.* arbitratur, nec Bartolum, nec Baldum, Castrensem, nec reliquos, quotquot fuere interpretum principes, Iurisconsultos nominandos. Sed bene refutatur à Pruckmanno *ad §.soluta, cap.1. n. 9. & seqq.* Costalius eum Iurisconsultum recte nominari dicit, qui veterum Practicorum doctrinis, recentiorum quoque scripta adhibet: Pruckman. *d. tr. n.13.* Sed hæc, seu definitio, seu descriptio, non omnibus arridet; & melior fortassis illa Ciceronis *lib.1.de Orator.* aut Connani *lib.1.Comment.c.15.n.4.* aut Rævardi *lib. 2. conject.* 10. aut denique illa, quæ colligi potest ex §.1. *l.1. ff. de I. & I.*

5\. Illud negari non potest, maximam esse utilitatem Legum, & proinde etiam Iurisprudentiæ: *l.2.§.13.ff.de Orig. Iur.* quæ sese in omnes Reipubl. articulos diffundit, ut sine illa neque domus ulla, aut civitas ad momentum possit subsistere.

6\. Hanc civilem sapientiam, rem certe sanctissimam, nec pretio nummario æstimandam: *l.1.§.5.ff.de extraord.cognit.* necessariam ac laudabilem: *l.4.C.de Advoc.div.iudicum.* honoris plenam: *l.6.§.fin.C.de postuland.* plurimi, & maximi viri professi sunt, quorum summa autoritas apud populum Romanum fuit: *d.l.2. §.35.ff.de Orig.Iuris*; ita ut amici, & patres Principis: *l.17. in pr. ff. de jur. Patron. l.4.C.de contr.stipul. §.4.Inst.quib.mod. patr. potest. toll.* Nobilissimi: *l.7. C. de postuland.* maximum decus: *proœm. Digest.circa fin.* Illustres: *rubr, de Viris illustribus.*

[illegible]. celsi & honorati: *l.2.& 3. C.de offic.diversj.judic.* Præceptores & Sacerdotes: *l.32.ff.de damn.infect.l.1.§.1.ff.de* I.& I.Patres Iuris: *l.1.C.de excus.artif.* quibus janua Imperialis semper pateat: *d.l.3. C.de offic. div.jud.* & passim in jure Excelsi, Gloriosi, Magnifici, Splendidissimi, Clarissimi, Prudentissimi, inclytæ recordationis, optimæque memoriæ vocati fuerint. Et non inepte domum Iurisconsulti, totius civitatis oraculum vocavit Lucius Crassus, apud Cic. *lib.1.de Orator.* 7.

Illi vero an Medicis sint præferendi? quæritur: qua de re multi multa. Vid. Poggius *in histor. discept.* & alii allegati à Tiraquello *de Nobil. cap.31.num.159.& seqq.* Iohan. Baptist. Possevin. *lib.4. de honore, pag.136.* Alphons. Modio. *§. prudentum, quæst.12.* Hilliger. *in enucl.Donell.lib.3. cap.10.in not.lit.N.* Ego in affirmativam transeo; non quidem ex calumniosa illius Prætoris sententia: *Præcedant fures, sequantur carnifices* (histrioni cuipiam hoc tribuit Bernhard. de Busto Rosa *p.2. serm.29.l.c.fol.161 edition.Venet.*) cuius meminit Agrippa *de vanitat. scient. c.82. pag.297.* nec non Geronimo di Vrrea *part.3, dell' honore militare, pag.181.* sed I. cum sint in possessione. Quo argumento etiam nituntur Doctores, quando quærunt, cur quidam Principes Germaniæ in sessionibus priorem præ reliquis locum occupent, dicentes, hoc non ascribendum antiquitati familiarum, cum Decio; nec titulorum multitudini, cum Freccia; nec nobilioribus insignis, cum Purpurato; sed longæ inveteratæque consuetudini, seu actibus possessoriis. Vide Knichen *de Saxon. non provocandi iure. verb. Ducum. cap.2.n.105. & seqq.* Recte: In dubio enim pro possessore præsumitur: *l.77. & ibi gloss. ff. de R.I.* Wesenbec. *in parat.de acquir. possess. num.7.* & possessor ab onere probandi relevatur: *cap.sæpe. de restitut. spoliat. cap.ad aures, de præscript. cap. ex literis, de probation.l.14.l.20. ff.de probat.l.2.l.15.16.24. C.eodem.* II. Cum habeant præjudicatam causam, tacito mortalium consensu. Vid. Natta *cons.1.* Mozz. *de locat. in princ. num.16* (quod genus argumenti, ab opinione hominum deducti, Platoni & Aristoteli frequentissimum, ut jam, quantum in Schola Iurisconsultorum valeat, lubens omittam: Vid. Everhard. *in loco, ab opin.num.1.& 2.* Nevizanus *in silva nupt. lib.5. in princ.*) quando nulla est prope hominum conditio, quæ non habeat persuasum, Iurisconsultis summos honores, magistratus summos deberi: Cœlius Calcagnin. *de laud. iurisprud. p.546.* Exinde Nevizanus *d. lib.5. num.87.* hanc rem adeo claram esse dicit, ut histriones dare sciant hoc judicium. III. Cum maior sit necessitas legum, atque ita etiam Iurisconsultorum, ut dictum *ex l.2. §.13. ff. de O.I.* Cum parum sit jus in Civitate esse, nisi sint, qui jura regere possint. Apud Israëlitas Medici nulli tolerabantur: Bodinus *lib.3, de Repub.cap.fin.* Moyses tamen ICtus. Et Roma amplius sexcentos annos [illegible] Medicis floruit, medicinaque carere potuit: Plin. *lib.29. histor.nat.c.1.* Posteaquam vero recepta, inter artes serviles relata fuit, id quod non ex uno juris nostri loco probari posse censet Hippol. à Collib. *in Nobil. lib.49.* Vid. *l.6. §.1. ff.de elim.legat.l.10.§.1.ff.de ann.legat.l.4.§.6. ff de fideicommiss. libert.* imo sapientissimus 8. 9. 10.

simus Plato pharmacorum usum negligit, & damnat. Sola enim victus ratio ad sanationem morborum, & ad corporum constitutionem firmandam, ut ille putat, sufficit. Iul. Bell *lib. 3. Herm. Polit. p. 159.* Brevibus: Medicorum usus semper
11. fuit maior, quam dignitas: Sigon. *de Regno Italiæ, lib. 7. p. 178.* Nec est quod hic moremur constitutionem Friderici III. Imperat. factam Wormatiæ, anno Christi 1441 *artic. 5.* sancientem: Daß alle Doctores der Rechten/ im H. Römischen Reich Teutscher Nation/ sollen an keinem Gericht/ bey keinen Rechten/ und in keines Fürsten/ oder andern Rähten mehr gelitten/ sondern gantz abgethan werden. Sie sollen auch fürbasshin vor Gericht oder Recht nicht weiter reden/ schreiben noch Raht geben/ sintemal GOTT den Menschen mit seiner eigenen Weisheit begnadet/ etc. Goldast. in Reichssatzungen *pag. 164. & seqq.* Hæc enim constitutio non est recepta, nec illis, quibus acetum in corde, probatur. Tolla-
12. tur abusus, & maneat rei substantia. IV. Cum Iurisprudentia sit occupata circa nobilius obiectum: Sunt enim ICti, Medici animarum: *Novell. Leonis 105.* gloss. *in cap. cæterum, & ibi* Panormitan. *de iuramento calumn.* Budelius *de re nummaria lib. 1. c. 24. n. 22.* Hinc patet, Minoëm tanto fuisse Galeno eminentiorem, quanto est corpore præcellentior animus: Rhodigin. *lib. 18. antiquar. lection.*
13. *cap. 19. pag. 698.* Ex quo & V. resultat, quod videlicet Medicina privatam solum respiciat utilitatem, ac prosit ægrotis: Luc. 5. Iurisprudentia vero versetur, tam circa publicam, quam privatam utilitatem, prositq; universis: Chassanæus *part. 10. Catal. gloriæ mundi, consid. 27.* Marian. Socin. *ad c. 3. extr. de Magistris.* Ex omnibus autem disciplinis, quæ ad excolendum hominis animum inventæ sunt, semper præstantissima ea æstimanda est, quæ se maxime ad utilitatem hominum profert, nec ullo loco desinit prodesse. Ea causa fuit, ut Iurisperitiam omnibus aliis artibus, quæ ad cultum animi pertinent, semper longe prætule-
14. rim; inquit Calcagninus *in orat. de laudibus Iurisprudent. pag. 542.* Dissentit F. Valesius *de sacra Philosoph. cap. 74 pag. 60.* totidem verbis: *Iurisprudentia, quam hominum ambitio omni ex parte Medicinæ anteponit, aliis quidem causis fortasse vincit, methodo vero longo spatio à Medicina relinquitur.* Sed satis refutatur ex illis, quæ habet Coras. *part. 1. de arte Iuris, cap. 5.* & ex scriptis Wesenbecii, Vigelii, Vulteii &c. aliud omnibus constare puto. Vid. Alberic. Gentil. *in laud. Acad. Oxoniens. pag. 47.* Illud quidem non inficias eo, subtilem & accuratam methodum in Iure nostro hinc inde desiderari; sed tamen & illud ut mihi concedatur necesse est, subtilitatem nimiam, miseramque diligentiam (ut testator ille loquitur apud Scævolam, *in l. penult. §. ult. ff. de legat. 2. facit § fin. I. de legat. l. 47. §. 1. ff. de neg. gest. §. 7. Inst. de fideicom. heredit. l. 8. §. 16. ff. quib. mod. pign. l. 12. §. 1. C. de LL. l. 13. C. de usufr. l. 7. C. ad SC. Trebell. l. 6. C. de natural. liber. l. ult. C. de interdict. matrim. inter pup. & tutor.*) legibus & Prudentiæ Civili non admodum convenire. Τὸ γὰρ ἀκριβὲς οὐχ ὁμοίως ἐν ἅπασι τοῖς λόγοις ἐπιζητητέον: h.e. Non enim ac-
15. curata subtilitas in omni ratiocinatione requiritur: Aristotel. *1. Ethic. 3.* Dicam

præter-

præterea nobilissimæ Iurisprudentiæ scribit Æneas Sylvius (Pontifex Pius secundus postea dictus) *epist.* 111. *p.* 81. Quid tu mihi, inquiens, hanc disciplinam Iuris tantopere laudas, & omnibus præfers, cuius asini possunt esse præceptores. Crediderim ego, hominem [illegible] habuisse, dum hæc de curru loqueretur. **16.** Asinum quidem auditorem sapientiæ habuisse Ammonium Alexandrinum, legi apud Volaterranum *lib.* 13. *anthropolog. c.* 3. *p.* 133. Lycosthenem *de prodigiis*, *p.* 269. & alia ad encomium asini spectantia, apud Agrippam *de vanit. scient. c.* 102. *p.* 383. at Præceptorem nondum legi. Et quid si fuisset unquam, tamen vitia artificum nemo prudens adscribit artibus: Keckerman. *lib.* 1. *præcog. Philosoph. c.* 4. *p.* 82. **17.** Sic sunt & alia quædam, quæ nos docent animalia bruta; ut clysterem Ibis Ægyptiaca, sectionem venæ Hippopodamus, & alia remedia: Hugo Fridevallis *in tract. de tuend. san. in præfat. p.* 7. Plutarch. *in lib. cui titulus, Bruta animalia ratione uti, pag. mihi* 82. ædificationem hirundines: Ludovic. Vives *lib.* 1. *de tradend. disciplin. tom.* 1. *operum*, *p.* 441. literas grammaticales, aves: Maiolus *tom.* 2. *dier. canicular. colloq.* 2. *p.* 153. Quæ tamen Medicinæ, Architectonicæ &c. nequicquam labis adspergunt, aut detrahunt. **18.** Sed cum Herman. Buschius *in valle humanit. tom.* 4. *p.* 24. multum alias in laudibus huius Sylvii occupatus, fateatur, eum Iuris Civilis studium vix primis labris degustasse, facile conijcere licet, artem non habuisse osorem nisi ignorantem.

19. Tertio loco Medicos collocamus; quibus ne hilum eorum detractum volumus, per modo disputata, quæ illis jure meritoque competunt. Honorandus enim est Medicus propter necessitatem: *Ecclesiast.* 38. *vers.* 1. Dominus quippe illum creavit. Medicinæ apud ægros usus, apud sanos etiam honor est, ait Seneca *lib.* 1. *de clement. cap.* 2. Et quamvis apud Romanos Medici plerunque olim fuerint servi, non tamen ideo Medicina servilis ars est: Tiraquell. *de nobilit. c.* 31. *n.* 524. *& seqq. per L. ult. §. ult. in fin. de Ædil. Edict.* **20.** Plusquam enim manifestum est, Principes, Reges & Imperatores, Medicos fuisse; ipsosque sanctos Angelos: Hippol. à Collib. *d. l. thes.* 51. Tiraquell. *d. c. num.* 157. Keckerman. 1. *Pol. c.* 2. *p.* 75. Schœnborner 5. *Polit. c.* 42. *p.* 288. **21.** Nec illud abs re traditum, sanitatis autorem esse DEUM; DEI instrumentum esse naturam, sed utriusque ministrum dici Medicum: Rhodigin. *antiq. lect. lib.* 29. *c.* 11. *p.* 119. vid. P. Gregor *lib.* 18. *syntag. c.* 25. **22.** Quæritur; *an Medici sint Nobiles?* Neg. Anton. Faber *lib.* 9. *C. tit.* 28. *defin.* 9. Hortensius Cavalcanus *tract. de test.* 1. *part.* 1. *n.* 46. Quod durum digestu, & æque falsum ac illud Robertelli *annot. lib.* 1. *c.* 21. quo adstruere nititur, Romæ Medicos Cæsarum amicis haud fuisse accensitos. Vid. Dn. Berneggerum *diatrib.* 5. *in Sueton. Cæsar. c.* 42. *thes.* 2. *lit. a.* **23.** Quæritur præterea: *an infamia laborantes, in Medicina ad Doctoris gradum admittantur?* Affirmat Addittonator *ad Vranium ad c. super eo* 2. *de Testib. lit. c. n.* 7. cui vix crediderim ex ille. **24.** *Sed quid de Alchymistis sentiendum; tolerandine isti in bene constituta Republica?* Si Mercurio Britannico fides habenda, Alchymia erit ars sine arte, cuius initium pars cum parte, medium

25. ſtrenue mentiri; finis mendicatum ire, vel in patibulo ſuperbire. Aut, ſecundum Heniſchium, *part.*1. Teutſcher Sprach vnd Weisheit: Zur Alchymey ſechs Stuck gehören. 1. Bey Tag vnd Nacht laboriren. 2. Das Fewer ohn Vnterlas ſchüren. 3. Rauch vnd Dampf ſpüren. 4. Sich ſelber inficiren. 5. Das Geſicht vnd Geſundheit verlieren. 6. Vnd endlich den Betrug mit betrübtem Hertzen ſpüren.
26. Porro ab aliis ita deſcribitur: Alchymia eſt ars creationi contraria: Sicut enim
27. Devs ex nihilo fecit omnia, ita carbonaria hæc ex omnibus facit nihil. Sed cum hoc de vero uſu, veraque ſcientia Alchymiæ vix queat prædicari, ego eiusdem ſcientiæ ſectatoribus aquam & ignem in Republ. non denego. Vid. Oldradus *conſ.*74. Abbas *in cap.*2. *de ſortileg.* Thomas 2. *ſecundæ, quæſt.*72. Iſernia, Bald. Matth. de Afflict. *in cap.*1. *verb. monetæ, tit. quæ ſint regalia.* Decianus *tom.*2. *tract.*
28. *Crim. cap.*33. *num.*12. Beſold. 2. *Polit.* 4. *num.*14. Sed *quid de eorum auro; poßibilisne metallorum in aurum transmutatio?* Ego quo minus negantibus accedam, moveor & experientia, & ratione. Experientiæ clarum documentum vidi Florentiæ, in Magni Hetruriæ Ducis rerum pretioſiſſimarum rararumque Phylacio, ubi inter alia aſſervatur clavus ferreus, cuius una extremitas purum & verum aurum, altera vero ferrum cum appenſa ſchedula huius tenoris: *Dominus Leonhardus Turnheiſer ex clavo ferreo, me præſente, ac vidente, igne calefacto, ac in oleum immiſſo, in aurum vertit. Romæ, die* 20. *Novembr. in menſa poſt prandium.* Iunge Pancirolli *nova reperta t.*7. & ibi Salmuth *p.*340. Rationes vero vide apud Pererium *in Phyſicis lib.*8. *cap.*20. *pag.*501. Georg. Reiſch. *in margarit. Philoſoph. lib.*9. *cap.*25. *pag.*733. Augurell. *in Chryſopœia*, Magirum 5. *Phyſ. cap.*1. Libavium *in*
29. *ſyrraxi metalli altera, th.* 46. 93. 98. 106. *&c.* Quærenti, *an ope artis medicæ vita humana prorogari poßit?* diſtincte reſpondet Baptiſta Codronch. *lib.*2. *de Chriſt. ac tut. med. ratione, cap.*1. *pag.*138. inquiens: Operæ pretium eſt ſcire, varios eſſe vitæ noſtræ terminos. Alii ſunt enim ſupra naturam, ab aliquibus fatales dicti; naturales alii, & alii fortuiti & decurtati, quos Avicenna abbreviatos vocat. Vitæ termini ſupra naturam ſunt hi, de quibus dictum eſt, Iob. 14. Conſtituiſti terminos eius, quæ præteriri non poterunt. Hos terminos nos cum Theologis cenſemus nullo conſilio, nullave arte produci poſſe. Statutum namque homini à Deo, ut S. Gregor. *lib.* 12. *expoſit. moral. in Iob. cap.* 5. quantum in ipſa vita mortali ad tempus vivat. Sunt & alii vitæ fines, qui naturales vocantur, quod naturæ beneficio pro cuiusque vario temperamento, corporis ſtructura & vitæ, firmis, infirmisve principiis unicuique attributi ſunt. Non enim omnibus ſimilis vitæ finis eſt, ſed aliis alius pro temperamenti bonitate, victus ratione, ſalubritate cœli & loci. Hos ergo terminos naturales dicimus produci poſſe arte ad temporis articulum quendam, non autem perennes ac perpetuos fieri. Fortuiti vero ſunt termini hi, qui ob inopinatos caſus, nullis certis temporum ſpatiis incluſi, evenire in ſingula momenta homini poſſunt, ob eas quæ temere, & inopinato eventu accidunt, cauſas, vitam præripientes. vulnera inquam letha-

lethalia, lapsus, incendia, venena, populares morbi, ac pestilentes, qui termini interitum subito afferentes, cum nullum habeant certum tempus, quo eveniant, sic nullis præsidiis produci possunt, difficilimeque præcaveri. Vid. Iacob. Gunther *de jure Manium, lib.1.cap.2.p.7.* Quæritur: *utrum judicibus permissum* 30. *sit cadavera punitorum concedere Medicis ad anatomiam?* Negat Agrippa *de vanit. scient. c.86. p.324.* Kornman. *de miracul. mort. part.9. c.35.* pro quibus facere videtur, I. quod dissectio sit contra humanitatem. II. quod propterea præstantissimi Medici, præsertim Galeni tempore, ἀνατομὴν exercuerint in eorum animalium tantum corporibus, quæ homini simillima sunt. III. accedit autoritas Aristotelis 1. *de histor. animal. cap.86.* statuentis, longe melius interiora posse inspici in brutis, quam in homine. IV. Denique decreto Bonifacii expressum: Quisquis cadaver humanum incidit, vel exenterat, aut decoquit, vel ἀνατομὴν exercet, carnem ab ossibus sejungendo, vel excoriando, iniquitatem æterno incendio dignam committit. Vide *cap.1. extr. de sepultur.* Verum his non ob- 31. stantibus (Vid. Baptist. Codronch. *d. tract. lib.1. cap.31. pag.122.*) nos certiores redditi de maxima anatomiæ utilitate, & necessitate (Vid. Ambros. Pareus *libr.2. anatom. corp. hum. in pr. pag.67.* Andr. Laurent. *in præfat. hist. anatom. pag.6. & seqq.* Piccolom. *lib.2. prælect. anatom. lect.1. pag.35.* Matth. Steph. *lib.1. de jurisdict. cap.6. num.142. & seqq.*) affirmative respondemus cum Speckhan *cent.1. quæst.8.* Boërio *decis.287. num.6.* Deciano *tom.2. tr. crim. lib.6. c.44. num.17.* Petr. Theoder. *disp. crim.10. thes.6. lit.C.* *An autem supplicio destinati, etiam vivi Medicis ad* 32. *anatomiam concedi possint?* quæritur. Et pro negativa est Marquardus Freherus 1. *parerg.15.* Speckhan *cent.1. quæst.7.* Hœnon. *disput. Iur.1. thes.4. lit.K.* per *l.1. §.1. ff. de extraord. cogn.* Privilegia Medicorum vide apud Satlerum *disput. de jure* 33. *& privil. Medicorum, lib.48. & seqq.* Poncetum *tract. de jure municip. dist.51. p.188. cum seqq.* Brissonium *antiquit. lib.2. c.3. p.49.*

Quartus locus Philosophis debetur. Philosophi (quod vocabulum vertit 34. Hadr. Iunius *in nomencl. pag.453.* ein gelehrter Fantaste. Melius Ioh. Gorop. 35. Becanus *lib.1. Gallic. pag.26.* hominem amore cognitionis, sapientiaque præditum. Non tamen desunt, qui priorem magis sequuntur, & apud quos nomen Philosophi eo loco est, quo Antverpiæ esse scribit idem Goropius *libr.4. Hermathenæ, pag.79.* ut apud mulierculas etiam, & cuiusvis generis nebulunculos, pro stolido & inepto usurpetur: nec apud hos solos, in quibus ob imperitiam hæc insania posset tolerabilis videri; sed apud eos etiam, qui summo magistratu (non dicam, quam bene) funguntur.) nomen primus introduxit Py- 36. thagoras, à Leonte Tyranno interrogatus, quanam arte polleret, & quem se profiteretur: respondens, non σοφὸς se esse, sed φιλόσοφος; propterea reprehensus à Keckermanno. *lib.1. præcogn. Philosoph.* Ante Pythagoram vocabantur Sophi 37. vel Sophistæ: quod nomen in invidiam abiit, ut hi proprie Sophistæ dicantur,

qui

qui fictam quandam ſapientiæ ſpeciem jactant, quique oſtentationis, aut quæ-ſtus gratia, philoſophantur; cum & illi contortis & fallacibus ludant conclu-

38. ſiunculis: Faber Soranus *in Theſaur. Eruditor. pag.772.* Tempore Platonis, & præſertim ii, qui Athenis degebant, tria inſignia præ ſe ferebant, barbam pro-lixam, baculum, & burſam ſeu grandius marſupium: A. Gellius *lib.9. noct. Attic. cap. 2. pag. 207.* (quem locum interpolavit Belgarum doctiſſimus *lib. 3. epiſtol.*

39. *quæſt. epiſt. 6. pag. 97.*) Laërt. *in Diog. pag. 379.* Hi ſi noſtro tempore antiquum Philoſophiæ ſplendorem tuerentur, & Pythagoræ, Platonis, aliorumque pre-merent veſtigia; vel omnium primi, vel ſtatim poſt Theologos locandi. Erat enim Philoſophia rerum divinarum atque humanarum Encyclopædia, quæ comprehendebat, quicquid mens humana ſcire aut capere poterat. Sed nunc artium liberalium rudimenta tantum tradit, & ſubalterna magis eſt, quam col-lateralis aliis ſuperioribus diſciplinis. Vnde etiam in Iure noſtro differentia eſt inter Philoſophos & artium liberalium Profeſſores: *arg. l. 1. pr. & §. 4. ff. de extra-*

40. *ord. cogn. l. 6. §. 3. & 4. ff. de excuſ.* Beſold. *d. lib. 1. Polit. c. 12. §. 3. n. 37.* Et hodie rari ſunt, qui philoſophantur: *d. l. 6. §. 7. de excuſ.* quia illis requiritur exacta gravitas & conſtantia: *l. 18. ff. de Ædil. edict.* ut poſſint fortunæ vim ferre: *l. 8. C. de Profeſ-ſor.* ut contemnant pecuniam: *l. 8. §. 4. ff. de vacat. mun. l. 6. C. de muner. patrimon.*

41. Quod tamen non ita accipiendum, ac ſi nec illi ſibi de neceſſariis ad quotidia-nam vitam proſpicere poſſint, aut debeant. Nam & illi, æque ut alii, non ſunt cicadæ, ut rore paſcantur, aut manucodiatæ, ut alantur aëre; ſed tam ventrem habent auribus carentem, uxores petaces, & paraſitos parvulos, quam quis-quam alius: Affinis meus, Dn. Heiderus *in diſput. an Philoſoph. ſit inutilis, theſ. 75.* Hinc Wovverus *cap. 31. de Polymathia, p. 288.* Non perplexe agam, inquit, ſed fa-tebor ſimpliciter, me ad iſtum ſapientiæ gradum non perveniſſe, ut intelligam, quam recte Anaxagoras patrimonium reliquit, quam ſapienter Crates Theba-nus rem familiarem abiecit. Etenim dum ſe manumittere parat, ineptiſſimæ opinionis nexu involutus, ambitionem perverſa via ſecutus eſt. Maius opus exi-ſtimo, frænare cupiditates, & in ſumma rerum affluentia recte philoſophari. Novit enim ſapiens ſibi divitias inſervire, ſtultis imperare; quas cum poſſidet, indignis ereptas, & recte collocatas credit. Has igitur nec ſpernat, nec ambitioſe petat, ſed eas habebit nulli detractas, nec alieno ſanguine cruentas, ſine cuius-quam iniuria, ſine ſordidis quæſtibus partas, quibus nemo ingemiſcat, niſi ma-lignus. Privilegia Philoſophorum vide apud Poncetum *d. tract. tit. 52. pag. 194. cum ſeqq.* P. Gregor. *lib. 18. ſyntag. c. 7.*

42. Quodlibet autem hactenus enumeratorum Collegiorum Decanum ſibi eligere conſuevit, cuius de nomine & officio pauca habeo, quæ addere ani-

43. mus eſt. Olim vocabantur Decani, qui decem militibus erant præpoſiti; *tot. tit. Cod. de Decan. libr. 12.* Modeſtinus *in libr. de rei militar. vocabul.* Gode-ſcalc. Stevvechius *in not. ad libr. 2. Vegetii, cap. 14. pag. 103.* Nobis illum ſignificat,

qui

qui in aliquo collegio primus est & honorabilior; *cap. post electionem, de concess. praebend. cap. cum inter universas, & ibi* gloss. ac Panormit. *de electione*. 44. In priscis Academiis in singulis facultatibus deni habebantur, qui singulas diei horas antemeridianas, & pomeridianas, in explicandis facultatis suae dogmatis, possent consumere: & illis praefectus vocabatur Decanus, quod suae decuriae praeses & moderator esset. Ex quo factum est, ut adhuc hodie nobis Decani permanserit appellatio: Franciscus Iunius *de Academ, c.4.p.37*. 45. Decani munus est: I. convocare Collegas. II si ab ea facultate consilia petantur, Decano incumbit, ut auditis prius aliorum suffragiis, sententiam concipiat, eandemque postea in mundum redactam, sigillo obsignet. III. Si qui sunt, qui ad dignitates Doctorales promoveri volunt, hi prius nomina sua Decano dare tenentur: Matth. Stephan. *de Academ. c.4.n.6. & seqq.*

CAPVT V.

De Rectore.

SVMMARIA.

1. *Cicero ut Rectoris nomine usus.*
2. *Rector caput est Academiae.*
3. *Is an debeat esse Clericus.*
4. *Rector Patavinus Clericus.*
5. *Cur Rector Clericus esse debeat.*
6. *Improbatur ratio.*
7. *Qui eligantur Rectores: ubi de eorum aetate.*
8. *Qui in Italia Rectores eligant.*
9. *De electione Rectoris in Academia Lutetiana.*
10. *Bassi ex Studiosis olim intererant electioni Rectoris.*
11. *Rector electus munus oblatum non debet praefracte recusare.*
12. *Statutum Academiae Gryphiswaldensis.*
13. *Statutum Academiae Wittenbergensis.*
14. *Iuramentum Rectoris Academiae Lutetianae.*
15. *Rector Academiae Lipsiensis publice jurat.*
16. *Munus Rectoris quale.*
17. *Quandoque adsessores habet Rector, & cur?*
18. *Ordo in sententiis dicendis qui observetur.*
19. *A sententia Rectoris, & concilij Academici, quo appelletur.*
20. *Rector peregre abiens cui suum mandet imperium. Ubi de Protectoris honore.*
21. *Rector Principis repraesentat personam.*
22. *Rectori illata iniuria ut vindicanda.*
23. *Rectoris Academiae Lovaniensis quae dignitas.*
24. *Ius singulare Rectoris Academiae Lutetianae.*
25. *Rectoris Academiae Patavinae habitus, & praemium.*
26. *Rectoris in Academia Bononiensi jus egregium.*
27. *Rector Academiae Iuliae, durante officio, Comes est sacri palatij.*
28. *Magistratus Academicus non erit perpetuus, sed temporalis.*
29. *Huius adducuntur rationes.*
30. *Besoldo respondetur.* 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38.

1. QVi inter Professores primas sibi partes vindicat, Rectorem, ad exemplum Ciceronis, dicere consuevimus. Is enim Rectorem Reipublicæ appellavit eum, qui summam in Republica autoritatem ha-
2. buit: Perionius *de Romanorum & Græcorum Magistrat. lib. 1. ad fin.* Caput quoque dicitur Academiæ, vel Collegii, & nihilo minus tamen rectissime
3. Collega. vide Bodin. *lib. 5. de Republ. c. 7.* *Is vero an Clericus vel Laicus esse debeat?* quærunt Doctores. Memoriæ proditum est, fere olim à Religiosis & Ecclesiasticis viris Academias regi consuevisse, solaque temporum licentia contrarium introduxit: Ioh. Baptista Gallus *in not. ad Thuani histor. c. 11. p. 69.* &
4. scribit Decianus *vol. 1. respons. 14. n. 38.* Rectorem Patavini Gymnasii per statuta *lib. 1. c. 6.* debere esse Clericum, non coniugatum. Quorum prius uti lubens concedo, cum & in plerisque Academiis idem fieri testetur Gilken *ad Auth. habita, n. 22.* attamen à posteriori, cum Patavii essem, recessum fuit, si re-
5. cte memini. Quicquid sit, complures arbitrantur, Rectorem propterea Clericum esse debere, cum magna ex parte Studiosi sint Clerici, quibus Rector laicus jus dicere nequiret: Anchoranus *in proœmio libr. 6. ad d. auth. habita*; ac Bolognin. *ibid. num. 114.* Baptista Villalobus *in commun. opinion. verbo, Rector.*
6. Middendorp. *d. tr. c. 3. p. 14.* Quod cum in nostris Academiis non magnum habeat usum, hic me non admodum torqueo, sed brevibus cum Bartolo statuo, verius esse contrarium; cum Magistratus Academici similes sint Ecclesiasticis judicibus; ac licet Clerici non sint, tamen propter illam similitudinem imperium in Clericos habeant: *Clement. 1. de Magistris.* Scip. Gentilis *ad d. auth. habita, c. 9.* Nec insuper exceptione caret, quod dicitur, Clericum coram Laico conveniri non posse. Vide Mynsing. *cent. 4. observat. 95.* Gail. 1. *obser-*
7. *vat. 31.* Rectorem nostris in Academiis Professores eligunt, vel suo ex ordine, vel Principum, Comitum, Baronumve ex numero, in Academia literis operam navantium, non magno ætatis habito respectu. Nec enim apud illos eorum doctrina recepta unquam fuit, quæ in Rectore viginti requirit annos: Bald. *in d. auth. habita, n. 48. & ibi* Bologn. *num. 57.* Menoch. *de arbitr. iud. quæst. lib. 2. cent. 6. casu 540. n. 9.* sed solent in subsidium Prorectores constituere, ho-
8. nore post Rectorem proximo, onera qui subeat, & explicanda explicet. In Italia per Nationum Consiliarios, Studiosi, sive Scholares, eligunt Rectorem,
9. & in se dant jurisdictionem: gloss. *in l. 6. ff. de jurisd.* Bart. *in l. mere 3. cod.* Idem factum in Gallia, uti patet ex reformatione Academiæ Parisiensis, ubi ita legitur: *Le Recteur sera par cy-apres esleu en ceste maniere. Les quatre Procureurs des Nations (à sçavoir, de France, Picardie, Normandie & Allemagne) jureront solennellement devant les Nations, d'eslire un autre Recteur que celuy qui l'est, & tel qu'en conscience ils estimeront idoine, suffisant & profitable, tant à la charge, que pour tout le corps de l'Vniversité, sans qu'amitié, ny haine, faveur, ny autre passion, les esmeuve*

à choisir

à choisir un plustost, qu'un autre. *Celuy qui sera esleu par ces quatre ou trois en la election, le Recteur precedent sera appellé pour recueillir les voix, lesquelles ne pouvans s'accorder, seront encor nommes quatre electeurs de chacune nation, selon le choix desquels, & la plus grande voix l'emportant, le Recteur sera nommé, & jouira de son rang durant le trimestre prefix a ceste dignité: l'election de laquelle se fait tous les trois mois. Or enclost-on les electeurs dans un certain lieu, d'où ils ne peuvẽt sortir sans nommer le Chef des escoliers, & faut que l'election se vuide dans le temps, que demeure à brusler une chandelle de cire de poids certain, n'estant permis au Bedeau, ny autre, d'aller vers les electeurs pour leur recõmander homme quelconque aspirant à l'office, voire y est estroitement defendu, que les electeurs mangent ny boivent au lieu, où se fait l'election: & ne pouvans s'accorder, c'est aux Maistres es arts, d'en y envoyer d'autres, sans que plus ces premiers puissent pretendre en l'election.* hoc est: Rector in posterum hoc modo eligatur. Quatuor Procuratores nationum (hoc est, Gallorum, Picardorum, Normannorum & Germanorum) jurabunt solemniter in præsentia nationum, alium, quam qui nunc est, se electuros Rectorem, talem quem in conscientia æstimabunt idoneum, sufficientem, & proficuum, tam officio quam toti corpori Academico, nulla favoris, amicitiæ, odii aut alterius cuiuspiam affectus habita ratione, ut unum præ alio eligant. Is qui fuerit electus ab his quatuor aut tribus in electionis actu, Rector antecedens advocabitur, ut vota colligat, quæ si fuerint discordantia, quatuor rursus nominabuntur electores ex qualibet natione, secundum quorum electionem, qui maiora obtinuerit vota, nominabitur Rector, & suo utetur gradu durante trimestri præfinito huic dignitati, cuius electio singulis tribus peragitur mensibus. Porro includuntur electores certo loco, unde exire nequeunt, priusquam denominaverint caput Scholarium, & necesse est, ut electio absolvatur intra tempus, quo flammam nutrit candela cerea certi ponderis, prohibitione facta Pedello, aliisve, ne accedant electores, ut illis commendent aliquem, ad hoc officium adspirantem; imo stricte ibidem prohibitum, ne electores in loco, ubi perficienda electio, cibum aut potum capiant. Et si nec hi concordia rem transegerint, Magistris artium convenit, alios eo mittere; nec primi quicquam amplius circa electionem poterunt prætendere: Belleforest *d. tr. lib. 3. cap. 44. pag. 234.* 10. Olim Basileæ & ipsi quoque Studiosi intererant electioni Rectoris: Wurstisius *in Chron. Basil. lib. 6. c. 2. p. 425.* 11. In Rectorem electus, honeste quidem, & urbane se potest excusare, at præfracte onus recusare sine nota vix potest: *arg. l. 9. l. 14. §. ult. ff. de mun. & honor. juncto t. t. de vacat. & excus. mun.* 12. Statuto Academiæ Griphisvvaldensis cautum esse refert Matth. Steph. *d. c. 11. n. 30.* ut si quis electus temere detrectet Rectoratum, & in sua sententia in tertium usque diem, absq; probabili & evidenti ratione persistat, tres aureos pro mulcta exsolvere teneatur, & nihilo minus Rectoris munus suscipere cogatur, sub pœna amissionis privilegiorum. 13. Wittenbergæ quoq; consimilem extare legem novimus, quæ tamen adhuc virgo, & in

hodiernum diem integra & illibata est, plane ut Respubl. (quod aiunt) Venetorum. (ita jocatur in eam Taubmannus *in Hercule Academ. pag. 28.*) Munere suscepto secundum Academiæ cuiusque consuetudinem jurare tenetur (in illu-
14. strioribus, quibus Prorector adiungitur, juramentum cessat.) Rector Academiæ Parisiensis inter alia promittit, se omne erga Vniversitatem adhibiturum officium, maxime in facultate Artium: se conservaturum libertates Ecclesiæ, maxime quoad pecunias, ne illicitæ actiones fiant: denique se curaturum, ut generale Concilium, quando opus fuerit, congregetur: *Vindiciæ se-*
15. *cundum libertatem Ecclesiæ Gallicanæ, p. 195.* Lipsiæ moris est, Rectori præsenti publica oratione prodigas laudes dicere, prosapiam, ingenium, institutionem, labores, egregiaque facta canere panegyrica licentia. Quo peracto ipse cathe-
16. dram surgit & publice jurat. Munus Rectoris est, Studiosos in album recipere, de negotiis suæ jurisdictioni subiectorum cognoscere, & si quæ alia in pun-
17. cta juravit, ea summa observare studio. Qualitas causarum quandoque permittit, ut solus partes audiat, & sententiam ferat; contra quandoque requirit, ut Assessores sibi jungat ex Professoribus delectos; vel etiam Concilium, aut Consistorium, ut alibi nominatur, cogat, atque idem omnium facultatum publicos Doctores convocari curet. Melius enim ac tutius est, si arduæ res occurrant, & intricata negotia, alios quoque in consilium adhibere. Per plures namque perfectius veritas haberi potest: *l. unica, §. penult. C. de fideicommiss. cap. prudentium, de offic. deleg.* Cacheranus *in præfat. decis. Pedemontan. cap. 7.* & habent singuli quasdam prudentiæ particulas, quæ simul collatæ unam excellentem conficiunt: Bodinus *lib. 4. de Republic. c. 4.* Cum è contrario sententia absque adstipulatore prolata molimine proprio facile labatur, atque deerret: Onosander *strateg. cap. 3. & ibi* Chokier *pag. 10.* Solet etiam quandoque accidere, ut Rector juris scientia non admodum sit instructus, qui certe illum defectum per Assessores & Consiliarios supplere debet: *argum. l. 1. ff. quod quisque juris. t. t. ff. de Adsessor. Novell. 82. pr. l. 3. C. de ingen. manumiss. l. 16. ff. de bon. possess.* Naturaliter enim evenire solet, ut interpretatio desideretur Prudentium: *l. 2. §. 5. ff. de Orig. Iur. fac. l. dubiam 3. C. de repudiis, l. 10. de B. P.*
18. *l. 2. ff. quando bonor. possess.* Ordo autem in sententiis dicendis hic fere observatur, quem in Collegiis præfinivimus. Nec enim hic ætas spectatur, quam voluit in Decurionibus observari Vlpianus *in l. 1. ff. de albo scribendo.* & in Senatu Romano obtinuit: Goldast. *lib. 1. de maiorat. cap. 10. n. 9. & seq.* Nec etiam à junioribus initium fit, quod voluit Langlæus 7. *Semestr. 7.* ubi non ineleganter ostendit, ordinem illum, quo postremi dicunt novissime recepti, ne liberæ
19. sententiæ ferantur, officere; cum quasi pudori sit, juniores senioribus contradicere, aut iisdem prudentiores videri velle. Quod si vero lata ab his sententia se quis gravatum opinetur, licite ad superiorem provocabit. Non quidem relicto Iudice intermedio, statim recta via ad Imperatorem, ut ex verbis *d. auth.*

habita,

habita, defendamus ab omni iniuria; sibi persuasum habuit Rebuffus *Privil.* 164. Tholosanus *lib.* 18. *de Republ. c.* 7. *num.* 15. Horatius Lucius *de Privileg. Scholar. privileg.* 71. & 72. Bologninus *ad d. auth. num.* 60. Peguera *decis.* 191. *n.* 1. Brederod. *de appellat. part.* 1. *tit.* 13. *vers. Scholaris.* Maranta *in specul. t. de appellat. n.* 172. sed aut ad Cancellarium, si consuetudo hoc ferat, (ita Rostochii: Matth. Stephan. *d. tr. c.* 12. *num.* 81.) aut ad Academiæ Patronum, ut Griphisvvaldia, & complures observant aliæ. Quod enim specialiter nova lege cautum non est, id veterum legum, constitutionumque regulis relictum intelligitur: *l.* 32. *in fin. C. de appellat. l.* 27. *C. de testam. l.* 21. *ff. de appellat.* At provocandi ordinem *in d. auth.* non sustulit Imperator, tantum defensionem Studiosis promisit, quam si neglexerint intermedii Iudices, quibus vicaria, ut in aliis, ita hic quoque data protectio, eam tum demum ipsemet suscipiet Imperator. Cæterum Rector 20. peregre abiturus interdum vi statutorum (ut Tubingæ) jurisdictionem suam antiquo mandat Rectori, tradendo ei sigillum, & librum statutorum, penes quem Prorectorem eandem esse potestatem, quæ penes ipsum Rectorem, eundem quoque honorem eidem deberi, qui Rectori præsenti, vult Bocerus. *arg. l. penult. circa fin. C. de aqua & aquæduct. lib.* 11. Cardinal. *in Clement. unica, n.* 7. *de officio Vicarii.* Decius *in l.* 16. *num.* 3. *ff. de iurisdict.* Si tamen aliqua in Academia non extet statutum, cui Rector, si peregre abire velit, mandare debeat suam potestatem, proindeque illi mandet imperium suum, cui velit, Prorectori huic non idem debetur honor, qui ipsi Rectori debetur, quamvis iurisdictioni Rectoris præsit; ut post Iasonem *in l.* 10. § *ult. ff. de in jus vocand.* censet Zasius *in l. more ff. de iurisdict.* & Bocerus *cap.* 6. *de jurisdict. n.* 9. Ad honorem 21. Rectoris pertinet, quod Principis repræsentet personam, indeque omnes præcedat, Episcopos etiam, ea in Academia literis operam navantes: ex Menochio Middendorp. *d. c.* 3. Atque ex repræsentatione illa deducunt alii, Re- 22. ctorem si quis iniuria afficiat, pœna capitis plecti: Cothman *responso academico.* n. 90. quod olim etiam Papiæ contra Ricium, & Pisis contra Crassum observatum refert Menochius *casu* 263. *n.* 15. *lib.* 2. *cent.* 3. *de arbitr. judic. quæst.* Rectoris Academiæ Lovaniensis ea est dignitas, atque præeminentia, ut non 23. omnes solummodo Studiosi sed & Magistratus urbani & omnis adeo Civitas, venerentur eum atque suspiciant: Guicciardin. *in descript. Belgii, pag. mihi* 60. *Le droit du Recteur* (scilicet Academiæ Parisiensis) *est en la foire du Lendit, qu'il* 24. *fait ouverture, & sans l'authorité duquel, accompagné de ses supposts, il n'est loisible à certains marchans de mettre rien de leur denrées en vente.* hoc est: Ius Rectoris Academiæ Parisiensis est, nundinas istas, *du Lendit* dictas, aperire, & absque eiusdem autoritate concomitantibus suppositis, certis quibusdam mercatoribus licitum non est, quicquam mercium suarum venum exponere: Bellefor. *in hist. univers. du monde, lib.* 2. *cap.* 44. *pag.* 131. Rector studii Patavini more Se- 25. natorum Venetorum purpuratus, imo si libet stola aurea incedit, & completo

termino Doctorali cohonestatur dignitate, ac per transmissionem catenæ aureæ in ordinem Equitum Sancti Marci recipitur: Contarenus *de Republ. Venetor.* 26. Rector Bononiensis Academiæ habet facultatem absolvendi ab excommunicatione: Matth. Steph. *d. tr. c.* 11. *n.* 18. 27. Rector Academiæ Iuliæ, durante officio, est sacri Palatii Lateranensis, aulæ, & Imperialis Consistorii Comes, ex privilegio Maximiliani II. Sagittarius *de Comit. Palat. th.* 13. *lit. a.* Tenor privilegii concessi anno 1575. Pragæ 9. Maii, & Helmestadii, dicto anno, per Iacobum Lucium typis descripti, talis est: *Sed etiam dictum Henricum Iulium per nos designatum primum Rectorem, eiusque in illo officio & dignitate in posterum seligendos, ex speciali gratia & favore, sacri Lateranensis Palatii, aulæque nostræ & Imperialis Consistorii Comites facimus, creamus, erigimus, ac Comitis Palatini titulo atque dignitate clementer insignimus, aliorumque Comitum Palatinorum numero, cœtui & consortio adscribimus, adiungimus & aggregamus; decernentes & statuentes, quod universo illo tempore, quo dictæ dignitati Rectoratus præsunt & præfuerunt, omnibus & singulis privilegiis, gratiis, iuribus, immunitatibus, honoribus, exemptionibus & libertatibus uti, frui, potiri, & gaudere possint, & valeant, quibus cæteri Lateranensis Palatii Comites hactenus usi, potiti & gavisi sunt, seu quomodolibet utuntur, fruuntur, potiuntur, & gaudent, consuetudine, vel de iure.* 28. Cæterum hic Magistratus Academicus, non perpetuus, sed temporalis est. Altorphii annuus est, semestris Lovanii: Guicciard. *in descript. Belg. pag.* 50. Wittebergæ, Lipsiæ quoque, & alibi: trimestris apud alios: Middendorp. *d. l.* 29. Hoc proba non caret ratione, nec fundamento destituitur. Aut enim honos est, aut onus. Si honos; utique omnibus dignis in isto Collegio successive merito defertur. Æqualibus enim æqualia tribuenda: Aristoteles *lib.* 5. *Ethicor.* Si onus; non semper ab uno, sed per vices ab altero quoque supportari debet; ne quidam melioris sint conditionis aliis, ne æqualibus inæqualia tribuamus, uni quietem, alteri negotium: & ne unus semper hoc onere gravatus, legendi munus publicum cogatur intermittere. Certe etiam alias honores, Magistratusque continuare vix est permissum: *l.* 18. *ff. ad municipal.* nec quicquam tam utile & civile est, quam ut quæ magna aut nimia est potestas, brevis sit: ex Seneca Curtius *coniectur. lib.* 3. *cap.* 43. 30. Hanc rationem postquam in disputatione quadam *de Academiis* sub præsidio Magnifici Viri, Domini Andreæ Dinneri, Professoris primarii in Academia Altorphiensi, Doctoris & fautoris mei ætatem colendi, adduxissem, aliquot post annos, peregrinis ex oris redux, incidi in *politicas dissertationes* Domini Besoldi, ubi *lib.* 1. *cap.* 12. § 5. *num.* 33. impudentissime huc eam transferri scripserat. At cum hoc nudis tantum consignatum viderem verbis, *quinquefolium de Academiis* parans, *secunda dissertatione, thes.* 8. *lit. g.* eandem rationem reiterabam, hoc adiecto auctuario; quam licet rationem impudentissime huc transferri scribat Besoldus, eius tamen rationalia [illegible]m nondum capiam, interea calori & præcipitantiæ assignabo, quod calamus

mus deproperavit, nec præceps vadimonium deferam. Ad hæc ille *in differt. de Academ. cap. 3. pag. 198.* Sugillat me hac in re Dn. Limnæus, *Disput. 2. th. 8. lit. g.* & mea rationalia se non capere dicit. Verum, eam ob rationem, in Republica, libera præsertim, diuturna non debet esse, magna potestas (ut alibi dixi) ne tyrannus ex cive fiat: id quod Cæsari peperit monarchiam. Sed hoc in scholastico illo Principatu haud est verendum. Caput enim Rector Academiæ est, at cum potestate admodum restricta, ita ut sine consilio Senatorum, vel Decanorum, nil quod maioris sit momenti, facere possit, præsertim cum sæpius contingat, ut ille, qui hocce officium gerit, sciëntia juris non admodum sit instructus: ubi certe illum defectum per Adsessores supplere debet: *argum. l. 2. ff. quod quisque juris &c. tot. tit. ff. de Adsessoribus.* Matthias Stephani *de Academiis, c. 12.* Dominus Besoldus mihi impudentiam primus, in exuberante gradu, ego eidem calidam venam, & præcipitantem adscripsi ca animum. Vter quæso horum, benigne lector, mitius egit? Vtri sugillatoris magis conveniet titulus? Modica castigatio in discipulum Præceptori jure non denegata: *l. 5. in fin. ff. ad L. Aquil. l. 13. §. 4. ff. locat.* at quem præter scripta non novi, nec alio respectu præceptorem habui unquam, is an affectus legitimo compescuerit fræno, ipse diiudicet. Impudentissimus is est, qui contra veritatem agnitam, atque adeo propriam conscientiam, pudori nuncium remittit, & exporrecta fronte, falsa pro veris enunciat, & ut uno comprehendam verbo, mendax est. Impudentia enim mendacis anima, & proprium fulcrum. Hoc mihi vitium, si fortassis inconvenientem, & minus ad rem ipsam accommodatam adduxissem rationem, propterea imponet nemo. Error esse poterat, atque adeo judicii imbecillitas, at impudentia non protinus, & mendacium. Hoc enim ex adfectu proferentis æstimatur, ut recte alibi scripserit *subtilitatis Magister*, non mentiri eum, qui putat se verum dicere. Propriam autem conscientiam, & qui eius judex est Deum testes habeo, me hanc rationem pro convenienti & apta ad propositum habuisse. Hactenus ab impudentiæ vitio, quod mihi objectum à Domino Besoldo fuit, eximium me probavi; restat ut altera me quoque liberem macula, quæ eadem mihi accrescere poterat, si impertinenter, ut Dominus Besoldus modo relato adstruit sermone, huc à me translata fuisset ratio. Hic libens fateor eo tempore, quo primam conscripsi *dissertationem de Academiis*, me Senecam ad manus non habuisse, sed fidem Iacobi Curtii secutum, *qui lib. 1. coniecturar. cap. 41. pag. m. 248.* (cuius rubrum est, *an utile sit Magistratus continuare*) scribit: Honores, magistratusque continuare haud permissum est: *l. [illegible], ad municipal.* præsertim, ut Accursiani volunt, maiores. Et recte. Nec enim tam utile quicquam aut civile, ut apud Senecam ait Portius Latro, quam ut quæ magna aut nimia est potestas, ea etiam brevis sit. Perspiciebam de quolibet magistratu, præsertim tamen de maioribus loqui Curtium; unde cum Rectoratum, honorem, atq; magistratum in Academiis maiorem esse cæteris

31.

32.

33. cæteris ſcirem, eadem, quæ in genere ille, ego in ſpecie reiterabam verba. Quod ſi nunc ratio *d. l. 18.* illa eſt, quam ex Seneca is affert, male ſane eadem tantam ad magnam poteſtatem in Republica libera à Beſoldo adſtringitur. Lex enim illa de municipali loquitur honore atque magiſtratu, ut titulus, ſub qua poſita,
34. evincit. Et Weſenbec. *in paratit. ff. t. de decurion. num. 3.* eandem noſtræ legi adſignat rationem: ſi ſcilicet ea de magiſtratibus accipiatur municipalibus, & in ſpecie, decurionibus. Hunc enim is ſcribit in ſenſum: Item qui eundem paulo ante magiſtratum geſſit (ſupple, ad decurionatum non admittitur) nec enim honores ſunt continuandi: *l. 18. t.* ne in tyrannidem tandem exeat, aucta firmataque diuturnitate temporis poteſtas, & libertas publica imminua-
35. tur: gloſſ. *in l. un. C. ad l. Iul. de ambitu, & in l. avus 17. ſupra tit. 1.* Sed ne me alienis tantum onerem teſtimoniis, Beſoldi explicatio excutienda erit. Putat ille in Republica, libera præſertim, diuturnam non debere eſſe poteſtatem, ne tyrannus ex cive fiat, idque Cæſari peperiſſe monarchiam. Qua in propoſitione ipſi conſentiens ſum: Sed inde nondum evicit, quod voluit, ſcilicet & magnam & nimiam, brevem eſſe debere tantum in Republica libera, & tantum, ne tyrannus ex cive fiat. Vnius enim rei ut variæ poſſunt eſſe cauſæ; ita unius axiomatis variæ rationes. Et poſito, ſed non conceſſo, tantum hanc eius regulæ cauſam eſſe, nonne quod in Republica libere contingere poteſt, ut magna poteſtate diuturna præditus ea abutatur, idem quoque in Academico iſto Principatu, ſi diuturnior ſit, contingere poterit? Non eſſe hoc verendum, ait Beſoldus: at contrarium docet Matth Stephani *de juriſdict. lib. 3. part. 1. cap. 11. n. 31.* ubi ait: Non tamen perpetuus eſt Rectoratus, ſed plerunque annuus, vel ſemeſtris; uni namque committi poteſtatem perpetuo adminiſtrandi, periculoſum fore putatum eſt, ideo quod diuturnitatis ſpes nulla adferri poteſt ad concordiam tuendam, ubi flagitioſa ambitione honoris dignitas in aucupium domi-
36. natus & affectati imperii ab uno intercipiatur. Caput quidem Rector Academiæ eſt, inquit Beſoldus, at cum poteſtate admodum reſtricta, ita ut ſine conſilio Senatorum, vel Decanorum, nil, quod maioris ſit momenti, facere poſſit. Non nego, poteſtatem Rectoris eſſe reſtrictam, ſed ea ut reſtricta maneat, perpetua eſſe non debet. Quod ſi vero reſtrictio ſufficiens eſt retinendi quemlibet intra cancellos poteſtatis ſuæ, quidni ſufficiens fuit ipſo in Cæſare, quidni hodie in aliis, quorum poteſtas per leges reſtricta eſt? Scilicet non omnis ad legis ſe confirmat præſcriptum, licet lex omnibus data ſit. Sapientis autem eſt, non tantum leges ponere, ſed & omnem, quantum poſſibile eſt, occaſionem illi, cui lex data eſt, præſcindere, ne, contra legem ut agat, illa indu-
37. catur. Nil proficit Beſoldus, quando annectit: Præſertim cum ſæpius contingat, ut ille, qui hoc officium gerit, ſcientia juris non admodum ſit inſtructus, ubi certe illum defectum per Adſeſſores ſupplere debet: *argum. l. 2. ff. quod quisque jur. t. t. ff. de aſſeſſor.* Matthias Stephani *de Academ. cap. 12.* Nam illud

parti

particulare est, & fallit in eo, qui juris scientia instructus. Vt maxime ergo in uno id verendum non esset, altero tamen erit. Nec sequitur: Adsessores debet adhibere; ergo adbibet: nec hoc; Adhibet Adsessores; ergo Adsessorum sequitur consilium: nec denique illud, Adsessores adhibet; ergo potestate sua non abutitur. Decurionibus quoque Adsessores erant, at nihilo minus eorum non poterat continuari potestas, ne potestatis suæ paulatim proferrent terminos contra utilitatem publicam, ut supra ex Wesenbecio audivimus. Plane in ipso Rectore, juxtaque eius Adsessoribus, prout hominum affectus sunt, multa quandoque incidere possunt, & possent copiosius si Rectoris perpetua esset potestas; quæ materiam gratiæ vel ambitionis tribuunt: *l. 79. §. 1. ff. de judiciis.* Locum denique Senecæ quod attinet, postquam vidi rationalia Besoldi, eum cœpi inquirere, & reperi, Curtium alia distinctione controversias Senecæ numerasse, quam communiter solent. Deinde Porcio Latroni tribuere, quod partim Porcii Latronis, partim Albucii Silii est. Ita enim apud Senecam *lib. 7. Controvers. cap.* 8. Albucius Silius: Omnis nimia potentia saluberrime brevitate constringitur. Eadem in controversia Latro: Nihil tam civile, tam utile est, quam brevem potestatem esse, quæ magna est. Quo sensu autem uterque hoc enunciaverit, contextus, & causa cui patrocinium præstabant, innuit; nec male tamen Politici elegantem sententiam paululum extenso sensu ad quæstionem fori sui transtulerunt. Hæc hactenus Domino Besoldo, quem magni merito facio, reponere volui, ne famam tacitus viderer negligere, &, quod perinde est, virtutem. Cæterum gladio, non volsella pugnavi.

33.

CAPVT VI.

De Studiosorum appellationibus, ritu depositionis, inscriptione, studiis & exercitationibus.

SVMMARIA.

1. *Scholares nunc qui dicantur.*
2. *Scholastici nomen variis attributum.*
3. *Scholasticus est animal quod ab omnibus deridetur.*
4. *Clerici qui dicantur specialiter.*
5. *Qui generaliter.*
6. *Studiosi qui sensu dicantur Clerici 7.8.*
9. *Studiosi, & Studentis nomen, unde.*
10. *Depositionis ritus magni a nostris æstimatur.*
11. *Rationes pro eodem adducuntur variæ. 12.13.14.15.16.17.18.*
19. *Is quando Autori primum fuerit suspectus.*
20. *Ineptus is esse demonstratur, & moribus et rei literariæ minus conveniens.*
21. *Timai Fabri, de depositionis ritu, limata censura.*
22. *Studioso requisitum 1 Iuventus.*
23. *Baldus, Accursius, atque Aretinus, jam provectioris ætatis, leges ad incunabula adiecerunt [illegible].*
24. *Taxantur illi, qui [illegible] annum privilegia Scholaribus denegant.*

25. *Alterum Studiosi requisitum, ut sit discendi cupidus.*
26. *Nic. Reusneri laus, & notabile metrum.*
27. *Studiosi sua tenentur dare nomina Rectori.*
28. *Giessæ intra novendium.*
29. *Vt & Rostochii.*
30. *Ienæ intra triduum.*
31. *Statutum Nationis Germanicæ, in Academia Aurelianensi, inscriptionem concernens.*
32. *Patavii quorumnam nomina matriculæ Germanorum inseri debeant.*
33. *Studiosi promittunt obedientiam Rectori, vel stipulata manu, vel juramento.*
34. *Rigor posterioris improbatur.* 35. 36.
37. *Statutis non satisfacientem non fieri periurum.* 38.
39. *Imo fieri periurum, si ea servare juraverit, nec juramentum facto impleat ipso.*
40. *Resolvitur obiectio una.*
41. *Resolvitur altera.*
42. *Examinatur juramentū Academicum.*
43. *Obedientia an in arbitrio hominis posita.*
44. *Covarruviæ locus notatur.*
45. *Qui literis incumbunt, studiosorum digni sunt privilegiis, non verò inertes.*
46. *Colonia, & Lugduni Batavorum, quid obtineat.*
47. *Lex Galliæ ad idem propositum lata.*
48. *Limitatio propositionis.*
49. *Dissentientium notatur error.*
50. *Studiosus an die sacris destinato, literis, citra peccatum possit navare operam.* 51. 52. 53. 54. 55. 56.
57. *Methodice cur tractanda studia.*
58. *Memoriæ laus.*
59. *Memoria localis quem habeat autorem.*
60. *Exemplum memoriæ localis admiratione dignum.*
61. *Incommoda memoriæ localis.*
62. *De diligentia privata.*
63. *Error Sichardi.*
64. *Librorum encomium.*
65. *De librorum multitudine.*
66. *De Amadisio, & congeneribus libris.*
67. *Libri studiosorum invecti in ædes conductas, an tacite pro mercede hospitii sint obligati.* 68.
69. *Cautela, ex Blarero, pro studioso abitum parante ex Academia.*
70. *Statutum Basileense.*
71. *Disputationum quænam utilitas.*
72. *Quæstiones futiles, & ineptæ damnantur.*
73. *Earum brevis catalogus.*
74. *Wovverii censura de disputationibus studiosorum Iuris.*
75. *Studiosorum qualis debeat esse vestitus.*
76. *De eodem ordinatio Academiæ Ienensis.*
77. *Atque leges Galliæ.* 78.
79. *Luxuria à studiosorum exulet vestitu.*
80. *A vestitu ad animum quæ ducantur coniecturæ.*
81. *Compensatio quando studioso non possit obiici.*
82. *An comam liceat nutrire studiosis.* 83. 84. 85.
86. *Exercitia, atque recreationes, studiosis conveniunt, prosuntque iisdem.*
87. *Exercitationis corporis encomium.*
88. *Exercitiorum varia genera.*
89. *Quæ studiosos deceant exercitia, quive ludi* 90.
91. *Laboriosa exercitia nociva studiosis.*
92. *Palæstrica exercitatio studiosis proficua.*
93. *Ex studiosis animosi fiunt milites.*
94. *Notatur lex Galliæ.*
95. *Discursus brevis de pila eiusdemq; speciebus.*
96. *Studiosi cur debeant vitare Venerem.*
97. *Studiosi olim Veneres.* 98. 99.
100. *Puella, non accepto, quæ cum alio concumbit, pretio, amore ducta, an dicenda meretrix* 101.
102. *Ex Kermanno aliæ nodatur quæstio.*
103. *Studiosi cur debeant vitare Bacchum.*
104. *Cur rixas & duella.*
105. *Studiosis an liceat arma gerere.*
106. *Lex Gallica negans.*
107. *Explicatio privilegii de armorum usu, quod datum Germanis in Academia Senensi commorantibus.*
108. *Studiosi cur nocturnas debeant aversari discursiones.*

Discen.

[1.] Diſcentes in Academiis quandoque Scholares, nonnunquam Clerici *, frequentius Studioſi & Studentes appellantur. Scholaris vocabulum, licet illis quoque conveniens ſit, qui in trivialibus adhuc verſantur ſcholis, attamen his noſtris quoque per excellentiam, qui in ſcholis ſublimioribus conſtituti degunt, uſus attribuit. [2.] Apud Autores claſſicos ſequentes potiſſimum Scholaſtici vox ſignificationes ** recipit. 1. Interdum accipitur pro homine eleganti, omnium diſciplinarum ſtudioſo, ſtudiis cultuque liberaliore imbuto, & politis moribus; barbaroque opponitur. 2. Aliquando ſimpliciter pro homine docto, & in literis viventе, & cum Philoſopho coniungitur. 3. Quandoque pro diſerto & eloquente: Turnebus *lib. 2. adverſar. cap. 7. pag. 44.* [3.] Hinc factum ut Scholaſtici pro Advocatis nominentur: Conr. Rittershuſ. *in comm. ad lib. 1. Salvian. pag. 3. & pag. 7.* ubi adiicit illud Epicteti apud Arrianum; *Scholaſticum eſſe animal, quod ab omnibus deridetur.* Quod verum erit, ſi de homine inepto & omnibus rerum imperito accipias, quem nos einen Schulfuchs vocamus; Galli, hominem de Schola. [4.] Vox Clerici generaliter ſumitur & ſpecialiter. Specialiter de iis, qui divino cultui miniſteria impendunt: *l. 2. de Epiſcop. & Cleric. C. Theodoſ.* Vid. Cuiac. *Novell. 3.* [5.] Generaliter, ut *in can. Cleros, diſtinct. 21.* de omnibus, qui in Eccleſia CHRISTI deſerviunt. Priori modo Studioſi regulariter Clerici non ſunt; poſteriori omnino. [6.] (1) Cuiuscunq; enim ſcientiæ & diſciplinæ Studioſi dicuntur Eccleſiæ inſervire: Fulgoſ. *in l. qui ſub prætextu, C. de Sacroſ. Eccleſ.* [7.] (2) Quoniam Studioſis, ut Clericis, per oracula, æquatis ſortibus ducta, non modo ſanctitatis, & DEI colendi ſcientia, ſed & aliæ omnes diſciplinæ traduntur: *Vindic. ſecund. libert. Eccl. Gallican. p. 189.* [8.] (3) *Iadis les Eſcoles eſtoient es Cloiſtres des Egliſes & Monaſteres, dont eſt procedé, que ceux, qui faiſoient profeſſion des lettres, eſtoient appellés Clercs, & la cognoiſſance d'icelles nommée Clergie.* h. e. Olim Scholæ erant in Monaſteriis, unde profluxit, ut qui literis erant addicti appellarentur Clerici, & literarum cognitio, Clericatura: Charondas *ad l. 1. de l'inſtruction de la jeuneſſe, Cod. Henr. III. lib. 11. tit. 2.* Pierre de Miraulmont *de la Chancellerie, p. 97.* vid. Paſquier *des Recherches de la France, liv. 7. chap. 13. pag. 841. & liv. 2. ch. 5. p. 96.* ubi inter alia ait: *Le mot de Clerc à nos anciens ſignifioit tantoſt l'Eccleſiaſtic, tantoſt ſe donnoit à celuy, que nous appellons auiourd'huy Secretaire.* h. e. Vox Clerici, olim apud noſtrates modo ſignificabat hominem eccleſiaſticum, modo tribuebatur illi, quem hodie Secretarium vocamus. [9.] Studens & Studioſus (vox Iuri etiam cognita, ſed fortaſſis alio ſenſu: vid. Hillig. *ad Donell. 18. comm. 2. lit. g. l. 52. §. 20. ff. de Furt. l. 52. §. 4. ff. de legat. 3. l. 1. ff. de Offic. Aſſeſſ. l. 9. §. 4. ff. de pœn. l. 4. ff. de*

* *In Anglia Clericorum appellatio Studioſis tribuitur:* Rittershuſ. lib. 3. different. jur. civil. & Canon. c. 14. in pr. *Roſtochii vocantur* halbe Papen/ *hoc eſt,* halbe Pfaffen.

** *Vide omnino Rittershuſium* in Explic. Novell. part. 9. c. 8. n. 8. & ſeqq. *ubi ſex ſignificata Scholaſtici recenſet.*

ff. de extraord. cognit. Cuiac. 7. *observ.* 27.) à studiis, quæ tractat, ortum habet. Studium autem accipitur de vehementi applicatione animi ad aliquid peragendum cum summa voluptate: Bald. *in l.1. §.huius studii, num. 4. ff. de I. & I.* Ia-
10. son *consil.149. colum.1. libr.4.* Receptus hactenus fuit in Germania depositionis, ut vocant, ritus, quo remoto beanismo ad Studiosi nomen via sternitur. Atque adeo quidem consuetudine is firmatus, ut plerisque, etiam ipsos inter Professores, persuasum hæreat, ni quis hoc modo deposuerit cornua, eum nec Studiosi nomine dignum, nec ad congressus literatorum admittendum. Vnde quandoque evenire vidimus, ut qui aliquot per annos in Academiis vixerant, nondum hoc ritu exercitati, postea defectu hoc in studiosorum notitiam perveniente, invitos etiam ad depositionem non sine convitiis tractos. Et memini in Thuringia tractum, ubi æditui villani à compotationibus sui ordinis aliquem, uxore & liberis instructum, eo usque, consentientibus Pastoribus, removerunt, donec Ienæ depositionis actu legitimam standi inter eosdem sibi acqui-
11. sierit personam. Allegant potissimum, actum hunc qui defendunt, veterum Philosophorum morem, qui neminem in suam receperunt disciplinam, nisi ingenium, naturam & mores eiusdem diligenter antea explorassent, ut de Pytha-
12. gora & Aristotele auctor est Agellius *lib. 1. noct. Atticar. cap. 9. & lib. 20. c. 4.* Aliorum etiam non-literatorum poterant proferre exempla, quæ similitudinem & convenientiam cum nostro depositionis actu habere videntur. Mercatores Bergenses in Norvvegia, suos tyrones ludo, quem Neptuni vocant, das Wasserspiel/ singulis annis octennium usque miserrime flagellant, ac tantum non ex-
13. coriant & enecant: Kirchnerus *de Republ. disputat. 14. hypoth. 1. lit. a.* Mercatores si quem itineris comitem, ad nundinas præcipue, habent, cui antea hæc nec visa nec trita via, so pflegen sie ihn zu hänselen/ solent eum præviis aliquot cæremoniis ludicris suam in hansam suscipere. Norimbergam inter, & Lipsiam memini eosdem locum hisce actibus quasi ordinarium habuisse Neapolim, Neustättlein/ non procul Coburgo situm, in ædibus seu diversorio Consulis, Weiß dicti; Et, ni me fallit memoria, supra Isenacum lapis perforatus est, vulgo dictus das Nadelöhr/ quem novitios suos perrepere cogunt. Nec vero tantum suis has leges dicunt, sed & literarum quoque Studiosos haud raro æquali ritu sub hansam traxerunt; quorum tamen alii, mercatores quosdam superioribus annis condigno jure talionis in nobilissima Academia Giessena exceperunt.
14. Monetarum fabricis qui præfecti sunt, tyrones suos varia onerant vexatione, & vestibus ludicris, tintinnabulis exornatis, spectaculum aliis exhibent.
15. Nautæ promontoria certa observant, cuius primum ad adspectum novitios suos chorda constrictos in mare deiiciunt, ternaque vice cis & ultra navis
16. exteriora fundamenta trahunt, retrahuntque. Mechanicarum artium sectatores certis quoque utuntur ritibus, wann sie einen zum Gesellen machen/ quod
17. ipsi per schleiffen/ höfelen/ & nescio quibus aliis exprimunt vocabulis. Præterea

terea finis depositionis non videtur improbandus, cum hoc actu de patientia & moderatione adolescentum fiat periculum, & una opera eorum progressus in literis humanioribus exploretur: Matthias Stephani *d. tract. cap. 5. num. 4.* Middendorpius *d. lib. 1. cap. 16.* Dreiſerus *millenar. 6. c. 4. p. 282.* ubi spectaculum hoc quidem videri inane ait, sed non esse prorsus ἄσπουδον, utpote in quo seria jocis misceantur. 18. (1) depositionem esse quandam initiationem, per quam cooptentur in collegium hospites, ut privilegiorum & immunitatum participes fiant. (2) esse quoddam examen & explorationem ingenii & morum. (3) excutere fastum seu φιλαυτίας. (4) Esse simulacrum patientiæ, ab eruditis usurpandæ. (5) Esse admonitionem de officio. (6) Sal, sapientiæ symbolum, adhiberi, & vinum affundi, ut ad alacritatem in tuenda professione inflammet: add Pontan. *volum. 1. progymnasm. 84. in not. p. 345.* 19. Antequam exoticas invis․ rem Academias, nunquam mihi in mentem venit, ritum depositionis pro suspecto habere, sed contra acerrimus eius defensor, & rigidus eram exactor. Postquam vero eum nec in Italia, nec in Gallia, juxtaque Anglia, frequentari vidissem, in Hispania non approbatum, inferiori à Germania in exilium missum perpendissem, cœpi nonnihil dubitationum agitari fluctibus, tandemque totam istam depositionem, ut ridiculam, inanem, iniuriosam, literarii ordinis maiestati minus convenientem, denique errore non ratione aliqua prægnante introductam, abominari. 20. Sit sane, Philosophos veteres discipulorum naturam, ingenium & mores diligenter explorasse; atque hodie idem ut fiat, non improbabo. At de modo quæstio nobis est: quem si à priscis mutuari voluerimus philosophis, aliam & longe diversum à nostris deprehendemus moribus. Si qui sunt, quibus convenit juventutis sibi concreditæ mores, naturam & ingenium explorare, & cognitum habere penitus, trivialium Scholarum illi sunt Magistri. At cur apud eos quoque depositionis non introducimus, nec firmamus ritum? Cur si Pythagoram sequimur, silentium, quod suis iniunxit discipulis, repudiamus? Annon æque hoc, ut depositionis nostræ actus, sua nititur ratione? An reliquarum nationum Academiæ stupidæ & cæcæ, ut hoc morum, ingenii & naturæ non admittant scrutinium? Itane in erudienda juventute, quam depositione non probarunt, nostris infeliciores? Philosophi propterea juventutis explorabant ingenia, ut si quem aptum studiis, & severitati disciplinæ suæ deprehenderent, eum susciperent discipulum, ineptum contra ne admitterent. Nostrum hoc falso ita habitum scrutinium, non cuius sub disciplinam juvenis dandus, sed alius, quem Depositorem vocamus, exercet. Patiens & impatiens, civilis & incivilis, asinus & generosus equus, juxta ibi habentur. Omnis ad depositionis ritum admittitur, quilibet admissus, à studiis, cætera aptus vel ineptus, non removetur. Examen si urges, quod quolibet à Magistro, in Collegium Philosophorum recepto, quem Facultatem nominare moris est, consummari possit, illud à depositionis ritu diver-

ſum judico. Et poterit id optima ratione retineri hoc etiam ſublato. Ita alicubi juvenes Studioſos, alibi licet depoſuerint cornua, examinari novimus, ea an ſcientia inſtructi ſint, publicas lectiones ut poſſint cum fructu frequentare. Idem alibi fieri poterat. & quidem tunc, quando Rectori ſua credunt nomina. At ne exiguum illud lucellum, quod fortaſſis altera columna eſt, quo ſuſtentatur hæc machina, pro examine quod redit ad Facultiſtas. in fumum abeat, eodem ſtatuto, quo cuique præſcribitur, quantum pro inſcriptione Rectori numerandum ſit, poterit firmari. In pleriſque Academiis proba ratione pennaliſationes, ut vocant, prohibitæ *: Pennaliſationi autem depoſitionis ritus fere geminus eſt, & ut ovum ovo reſpondet; aut ſi aliqua inter hæc differentia ſurgit, exigua ea plane apparet. Colaphis atq; plagis ſi patientiam juventutis metimur, cur non privatim noſtros gnatos domi noſmetipſi quotidianis colaphis ad patientiam componimus publicam? Illud in aperto eſt, liberalia ingenia, verba; ſtupida & aſinina demum, atque ſervilia, verbera admittere: *l*,8. §. 2. C. *de repud.* Quod ſi nunc hanc, quam ſemel requirunt in depoſitione, patientiam perpetuam Studioſo voluerint, ſcilicet, ut Spartana continentia iniurias plagasque concoquat, quis, modo non ſit abiectiſſimi animi, ad Studia animum applicare erit paratus? Quis non eius, quam ſequi conſtituerat, diſciplinæ deſertor futurus, ſi ſentiat, eam ſibi imponi legem, ut tanquam cloaca publica omnium excipiat vomitus, omnium hauriat iniurias? Si plagis atque ſcommatibus ad futura Studioſis perferenda onera, moleſtiasque alias, coniecturam ſumis, à vero aberras maxime, à diſparibus judicium formas. Ab uno actu habitum ſi æſtimas, à præſentibus futura ſi determinas, teipſum ſimplici decipis credulitate. Cornua Depoſitor beanorum imponit capiti, ea rurſus ſecuri, aut alio deiicit inſtrumento, in ſymbolum mutati ſtatus. Quid audio? adeone ſyllogiſmis, quos logici cornutos vocant, in Scholis trivialibus juvenes innutriuntur, cornuti ut ipſi evadant? An caſtiſſimæ Muſæ ſuos ſpectatores, cultoresve, Actæones formant? An bonæ literæ artesque humaniores nobis cornua imponunt? Quod ſi contingat fortaſſis Præceptorum indulgentia, diſcipulorum aliqui ut cornua ſumant, an quod paucorum eſt, omnibus attribuemus? an ſigno à Depoſitore reſecto, res quoque ſignata, quæ intus & in animo hæret, ſimul reſecta cenſebitur? Poſito vero, divinam hanc energiam quaſi quodam privilegio manui Depoſitoris attributam, annon qui hodie ponit, cras poterit ſumere cornua, aliisve cucurbitatione, ut Longobardico utar, imponere. Dentem juveni Depoſitor in os intrudit, quem den Bachanten-zahn appellare conſue-

* *Neophytorum Studioſorum, qui à triviis ferulaque recentes in Academiam ventitant, exagitationem, ſi intra modum conſiſtat, non improbandam videri, præſertim ſi quod ſolet, recenti libertate ferocientes, veteranis ſtatim æquari volunt, deſinuntq́, (verba Senecæ* 5. benefic. 25.) *meminiſſe quid fuerint, ſcribit Berneggerus* diatribe 4. in Suetonii Cæſarem, cap. 39. theſ. 4. lit. d.

consuevit, aliquam tantum ut prominere partem eius videas, eum volsella rursus extorquet, non sine chori applausu. Scilicet non sufficit unum delirium, agyrtarum etiam temeritatem præstat imitari. Quod si Theoninus aliquis hic esset, probarem facinus, citra improbo mysterium. Vestibus scenicis ad morionis cuiuspiam formam beanos suos (in re barbara vocabulo utuntur barbaro, rei ut vox conveniens sit) exornat Depositor. Quem quæso hæc in finem? Fortassis spectatoribus, ne quid videatur scenæ deesse, aut ne ipse solus appareat desipere, compares sibi vestitu quærit. Aliis Comœdiis unus vel alter sufficiens est morio, tota hæc ex morionibus constat. Quæstiunculas Choragus noster totum spargit per actum, ne muta transeat scena. Beanus si ad quæsitum, quid sit Grammatica, respondeat; est ars: miserum tunc verberibus ad pœnam trahi videas, quod obscœno usus fuerit vocabulo, & nescius Grammaticam esse librum. Huius farinæ reliquæ quoque sunt, at non sine ratione proverbium inde enatum sit, quo Depositors-Possen/ eas dicimus argutias, quæ parum habent leporis, & ingenii. Pœnitet hisce nugis seria amplius opponere: concludam tandem Timæi Fabri verbis: Non tulit, inquit ille *in diatyposi annotat. selectar. thes.* 42. Imperator iniuriosa rhapismata in emancipationibus liberorum: *l. ultim. C. de emanc. liber.* multo minus in iis, qui legitima auspicantur & peragunt studia, indignos & pessimos, imo magis serviles ludos, & quorum effectus mera iniuria est: *Constit. omnem. §. illud vero 9. de iur. doc. rat.* Potuit vero apertius aptiusque circumscribere gestus, quos vocant depositionum, quos fœdo præludio frequentari quondam & hic vidimus, & alibi videmus. Exue tandem hanc quoque barbariem Germania, quæ quoque animas meliore sorte reformas. 21.

Argumento verborum Rubricæ Instit. *cupidæ legum juventuti*; *l. præcipiunt* 57. *ff. de ædil. edict.* Accurs. *in l. Gallus, in pr. ff. de liber. & posth.* Iulius Bellus *in hermete polit. lib.* 1. *p.* 11. duo requisita Studiosi, Doctores volunt, I. Ut sit juvenis. Hoc non tam ad ætatem (cuius non certum pono terminum: Anton. Massa *de præpar. iuris, p.* 16. Heig. *ad d. rubric. Instit n* 41.) ego, quam ad mentem refero. Licet enim experientiæ communis nescius non sim, juvenum quid valeant ingenia; attamen nec desunt mihi exempla eorum, qui quantumvis provectioris ætatis animum studiis adiecerint, nihilo tamen minus clarissimi doctrina evaserunt. 22.

Baldo Perusino, cum ætate grandior Iuri Civili operam dare cœpisset, Bartolus dixisse fertur: *Tarde venisti Balde*: Iohannes Langlæus *in otio semestri. lib.* 1. *cap.* 7. At quam fructuosa gravitate tarditatem hanc ille compensaverit, ipse postea agnovit Bartolus, & nemo Iuris interpretum ignorat hodie. Accursius, itemque Fr. Aretinus quadragenarii, ad tyrocinium Iurisprudentiæ memorantur accessisse: Raphael Cumanus *in l. cum quid, ff. si cert. pet.* Hadrian. Iunius *lib.* 4. *animadv. c.* 24. Salmuth *ad Pancir. lib.* 2. *rer. mir. t.* 10. *p.* 532. Quantum vero uterque horum præstiterit, quis est qui nesciat? 23.

Pessime alii Scholaribus post vigesimum quintum annum privilegia Scholarium denegarunt, 24.

quasi

quasi ejus ætatis non amplius aliquid præsumantur addiscere: Speculat. *titul. de Reo, num.9.* Alexand. *ad Br. in l.1. num.31. C. de dignitat.* Bartol. Angel. & Dd. *in l.1. inf. C. qui ætate.* Angel. *in §. item minores, Institut. de excusat. tutor.* Nevizanus *lib. 5. sylvæ nupt. num. 57. pag. 47.* Etenim contrarium uno sensu jam monstratum dedimus; alteri, quo fortassis & verba trahi poterant, *vitam brevem, artem longam*, reponimus & egregium Iurisconsulti illud; *Etiamsi alterum pedem in tumulo haberem, non pigeret aliquid addiscere: l. 20. ff. de fideicommiss. li-*
25. *bert.* II. Requisitum est, ut literarum sit cupidus: Gribaldus *de method. studendi in jure, lib.1. c.3. p.9.* Coras. *de arte juris, part.1. c.4. & 5.* Hanc cupiditatem maxime velim Studiosus ad Academiam secum ferat. Totum enim hæc ani-
26. mat studiorum cursum, & labores summa frangit pertinacia. Alia non addo requisita, tantum non silebo Nicolai Reusneri (quem hominem summe literatum nominat Vlysses Aldrovandus *lib.2. ornitholog. c.2. p.203.*) *part.3. Carm. p.18.* notabile metron;

Ferrea mens, podex sit plumbeus, aurea pera,
Iurisconsultus sic potes esse bonus.

27. In Academiam postquam concesserint Studiosi, prima occasione inscriptionem in matriculam à Rectore petere debent, intra tempora statutis præfinita.
28. In Academia Giessena, intra novendium qui se matriculari non curat, mulcta-
29. tur à Rectore: Hunnius *ad d. auth. cap.1. quæst.1. p.26.* Idem fit in Rostochien-
30. si: Cothman. *Cons. Acad. 49.* In Academia Salana arctior positus est terminus; Vid. *lib. privil. constit. & statut. Acad. Ienens. p.5. vers.* So wollen Wir / daß kein frembder Student über drey Tage in vnserer Statt Jena geduldet werden solle / der seinen Namen nicht bey dem Rectore angeben / vnd in matricu-
31. lam, so darzu verordnet / hat schreiben lassen. In Academia Aurelianensi, is, qui ad Germanicam nationem est referendus, intra tres septimanas, numerandas à die adventus in urbem, nomen suum in dictæ Nationis album inscribere debet. Quod si vero obstinate nomen suum dare recuset, primo à Ballivo Vrbis coërceri potest; Deinde ad cærites tabb. notæ causa referri solet; Tertio, operam & auxilium Nationis si forte postmodum imploret, audiendus non
32. est: *Statuta inclit. nat. Germ. in Academ. Aurelian. fol. 114. & 117.* Patavii quoque, non in Academici Rectoris, sed in Nationis matriculam nostra referuntur nomina. In eandem vero recipiuntur tam superiores, quam inferiores Germani, Dani, Sueci, Borussi, Livones, Bohemi, Vngari, Transylvani, Moravi Helvetii, Rhæti; * Tridentini vero, & alii versus Italiam, non æque: *liber Statut.*
33. *German. Nation. Patavinæ, c.1. sect.1.* In nostræ Germaniæ Academiis quando Studiosi à Rectore immatriculationem expetunt, eidem coguntur vel stipulata manu, vel jureiurando, obedientiam legum, seu statutorum, promittere.

* Trient ist eine Statt in Teutscher Nation gelegen: R. A. zu Speyer / *de anno 1542.* §. Als [illegible] auch die Päpstliche.

tere. Cuius promiſſionis modus prior humanior, alter vero rigidior quodammodo, duriorque; ut multi, qui alias lubenti animo Rectori reverentiam, legibusque obedientiam, quantum in ipſis eſt, vovent, hoc unicum ſubterfugiant, ne jurent. Novit hoc ICtus *in l. 8. in pr. ff. de condit. inſtitut.* dum nonnullos hominum faciles ait ad jurandum, contemptu religionis; alios perquam timidos, metu divini numinis usque ad ſuperſtitionem *. Ne itaque illis feneſtra peierandi aperiatur, his vero tortura conſcientiæ paretur, ut Prætori olim fuit, ita cuique hodie Magiſtratui ſumma debet eſſe cautio: *arg. l. 2. in fin. C. de indicta viduitate tollenda. Novell 94. c. 2.* Rittershuſ. *in explicat. Novell. part. 8. c. 2. n. 11. Novell. 22. c. 11.* Rittershuſ. *d. tr. part. 9. cap. 5. num. 19.* Scilicet qui jurare facit eum, quem veriſimiliter periurium commiſſurum, aut vincula juramenti perrupturum agnoſcit, plusquam homicida eſt: poſt Felinum Aſinius *de executien. §. 8. cap. 2. num. 22. arg. can. ille qui hominem, 22. q. 5.* At quam facile inconſulta juvenum ætas, Rectori, atque ſtatutis obedientiam licet juraverint, in contrarium flecti poſſit, ſapientes norunt. Et jam olim hæc conſideratio tam prægnans viſa fuit Abbati, *in cap. Clericos, num. 2. in fin. de cohabitat. Clericor.* ut putarit, Scholares non debere jurare Rectori obedientiam, quoniam facile poſſint periurium incurrere. Vaſallo jusiurandum fidelitatis poteſt remitti: *cap. 1. circa fin. per quos fiat inveſtitura. cap. 1. qualiter olim Dominus, cap unico, §. 1. quæ fuit prima cauſa, cap. un. in pr. de fidelitate*; & ſcholaribus juramentum obedientiæ non poterit remitti? Statutum, regeris, obſtat. Hoc eſt, inquam ego, quod nimis dico rigidum, & ſi non tollendum protinus, mitigandum utique. Sane ſtipulata quod promittit manus in vicem juramenti, & juramento æquipollens eſſe poterat: *cap. ad aures, extr. quod met. cauſa.* Steph. Bertrand. *conſil. 262. n. 36. vol. 7.* Stephan. Lambertenſ. *tr. de contract. in fin. num. 92.* Cothman. *reſponſo Academico 17. num. 42. & ſeqq.* Quocunque tandem ſenſu juramentum acceperis, tormentum id liberorum eſt hominum: Plutarch. *in quæſt. Rom. q. 44. pag. 470.* & ut maxime in ſpecie à Bartolo ſpiritualis tortura dicatur, haud tamen inepte in genere talis quoque dici poterit. Novi ego illuſtris cuiusdam Academiæ (ubi juramentum à Studioſis rigide exigitur) proceres, poſt juramenti formulam typis expreſſam, hæc adiecisse formalia: *Hoc tamen ne cui laqueus ſimpliciori ponatur, monere viſum, non periurum haberi, qui contra Statutum ullum fecerit, ſi Rectoris tamen juſſu, vel in ſolvendo mulctam, vel pœnam ſufferendo paruerit, niſi forte pœna ipſa periurii adſcripta ſit: tum enim certe, qui contra illud deliquerit, periurus merito habebitur.* Eandem in opinionem Carpzovii *de Regalibus, theſ. 38.* allegantes Melanchthonem *in Ethicis, p. 236.* ſcribunt: *Quemadmodum qui alias jurat, ſe legibus obtemperaturum, & non obtemperat, non eſt periurus, modo quoad*

34. 35. 36. 37. 38.

Ppp pœnam

* *Iuramentum Mercurio Planetæ ſolet comparari, qui in domo boni planetæ bonus, ſed in domo mali planetæ malus eſt: Zaſius* in l. 1. n. 4. de jureiur. *Beurb.* in rubr. de jureiur. num 15. *Cothman.* vol. 4. reſp. 5. num. 17.

pœnam obedire non recuſet : ita Studioſus, qui noctu in plateis tumultuatur, non eſt periurus, ſi poſtea à Rectore citatus in pœna obtemperaverit; quia juramentum obligat vel ad obedientiam, vel ad pœnam. Verum ne juniores vano hoc prætextu

39. decipiantur, credantque mulcta pœnave periurium evitari, eorum in admonitionem paucula conſignabo. Equidem immemor non ſum, quantum Academico concilio autoritatis tribuere conveniens ſit, ſed cum illud, æque ut omnia corpora, hominibus conſtet, ab erroribus protinus immune & privilegiatum non prædico. Quoties ad periurii deſcriptionem, quæ noſtræ quæſtioni inſerviens eſt, me converto, illud committi audio, quando quis id, quod juravit, petulanter negligit: Iacobus Ebertus *in hiſtoria juramentor. tit. de jureiurando fraudulento & periurio, pag.*104. quoties jusiurandum violatur, non implendo jurata: *l. ſi quis maior* 41. C. *de transact.* Anton. Faber *lib.* 6. C. *tit.* 5. *definit.* 12. *num.* 4. Seraphinus de Seraphinis *de Privilegiis juramentor. Privileg.* 174. *num.* 1. *& ſeqq.* ubi Benkendorfius *in additionibus.* Studioſus autem, qui Statuta Academica ſe obſervaturum jurat, atque petulantia, dolo, culpave, eadem non

40. obſervat, jurata utique non implet: ergo periurium committit. Nec relevat, quod excipis; periurium hunc evitare, qui pœnam ſuſtinere paratus. Hoc enim à te quidem dici audio, ſed non audio probari. Sed enim hæc tua mens eſt, juramentum aut ad pœnam obligare aut ad obedientiam, legibus, ſtatutisve præſtandam, atque ut in alternativis, ſeparatis, vel disiunctis conditionibus fieri juris eſt, ſufficere earum una ſi adimpleatur: *argum.* §. *ſi plures, Inſtitut. de heredib. inſtituendis, & l.* 5. *ff. de condit. inſtitut. l.* 110. § 3. *ff. de R. I.* hoc inde ſequetur abſurdi, cuiuslibet hoc modo jurantis in poteſtate eſſe, legibus pro lubitu obtemperare, vel à legum obſervatione ſe eximere. Sed non ita eſt. Leges enim etiam illæ, in quas non juravimus, præciſe nos obligant ad obedientiam: *l.* 2. *ff. de legibus.* Felinus *in cap.* 3. *num.* 5. *de jureiur. l. divus* 7. *ff. de jure patron.* Weſenb. *in parat. ff. de legibus, n.* 7. ad pœnam vero demum ſub conditione ea, ſi legibus non ſatisfecerimus. Quod ſi nunc juramentum accedat, obligatio ſane firmior erit, adeo, ut & conſcientiæ ratione præciſe magis ad obedientiam obligemur: Warem. ab Ehrenberg. *lib.* 2. *meditament. pro fœder. cap.* 1. *num.* 126. *per c. debitores, de jureiur.* Covarruv. *part.* 1. *relect. cap. quamvis, de pact. in* 6. §. 2. *tom.* 11. *oper. p.* 250. In contractibus quoque aliis, quod initio ante illos volun-

41. tatis erat, poſtea in neceſſitatem convertitur: *l.* 5. C. *de obligat. & action.* Quod ſi exceperis; eſſe hanc ex obligationibus faciendi, in quibus promiſſor quidem faciendo liberatur, ad faciendum tamen non præciſe cogitur, ſed præſtando intereſſe liberatur: *l.* 68 *l.* 72. *in pr. l.* 112. §. *ult. ff. de V. O.* §. *fin. Inſtitut. de obligat.* Donell. *lib.* 15. *comment. cap.* 3. Schneidevvin. *ad d.* §. *fin. num.* 5. *& ſeqq.* Contra dicam ego, aliud in ſtipulationibus his obſervari, qui factum continent; aliud in legibus, quæ ad faciendum quid nos obligant. Docet nos hoc illa, quam Bartolus & Dd. teſte Vaſquio *contr. uſu freq.* 4. *num.* 7. reddunt, ratio; quod in obligationi-

tionibus facti, compulsio esset species quædam servitutis, in dando autem cessare molestiam personalem. Legum autem probata servitus: ut recte Cicero *in Cluentina* dixerit: *Legum idcirco omnes servi sumus, ut liberi esse possimus.* Posito vero unam eandemque utrobique regulam militare, attamen exceptio constituenda est in obligationibus faciendi, quos juramento firmatas cognoscimus: Gomez 2.*resolut.*10. Covarruvias *tom.*1. *relection. cap. quamvis, de pactis in 6.* §. 4. *n.*11. ubi ad contraria respondet: Schneidevvin. *ad §. item si quis postulante, Institut. de actionib. num.* 54. eas enim præcise adimplere compellimur, tum ut aliquid juramentum operetur, tum quia favore libertatis: *l.* 122. §. 2. *ff. de V. O.* ac Reipubl. *l.*11. §. *ult. ff. de legat.*3. obligatio præcisa: ergo & favore religionis: Fachin.3. *controvers.*7. Iuramenti si consideres verba, quod ea in Academia frequentatur, de qua modo nobis mentio fuit, aperte patebit, præcisam induci obligationem, nulla disiunctiva admissa conditione. Non enim ea aut observantiam, aut pœnam ingerunt, sed observantiam tantum: quod & cæterarum quoque legum est; quæ nos ad observantiam obligant, æque ut contra eas à nobis patratum delictum nos obligat ad pœnam. Tenor hic est, qui sequitur: *Ego juro I. me præstiturum obedientiam vobis, Rectori huius semestris, & successoribus, omnibus in rebus, in quibus potero, ac debeo præstare, quam diu studiorum gratia in hac Academia versatus fuero. II. Quod toto illo tempore parere velim statutis, quæ & condita sunt, & posthac legitime condentur, sedulo & diligenter. III. Iniuriam mihi factam consulto nec ipsum, nec per alium, me vindicaturum, sed super illa Rectoris auxilium imploraturum esse. IV. Me ex arresto mihi denunciato non discessurum, neque res meas sine permissu Rectoris hinc amoturum esse. V. Si, quod DEUS avertat, me ob delictum relegari, aut communitate hoc Studiosorum excludi contigerit, me tum ex oppido ad præfinitum diem discessurum. Ita me DEUS adiuvet per sanctum Evangelium suum.* Hoc juramentum qui præstitit, eidem si non satisfaciat, apertissime periurus existit, quia non servavit ea, quæ se servaturum juramento promiserat: nec pœnam sustinendo, aut mulctam persolvendo, periurium effugit. Sed si certa fortassis alicui statutorum adiecta pœna sit, eam exolvere aut subire cogitur, prætereaque famæ jacturam ob non observatum jusiurandum merito subit: *l.* 41. C. *de transactionib.* Imo etiamsi ipso etiam de periurio fuerit emendatus, tamen emendatio periurium ut factum non sustulit; tantum effecit, idem ne imputetur, casu quo fieri id conveniens est, non extra eundem: Mascardus *de probation. volum.*3, *conclus.*168 *n.*17. *& seqq.* Poterat quidem nonnullis videri, hominis in arbitrio & voluntate esse, aut legibus, etiam in quas juravit, obedire, aut non obediendo pœnam eligere. Non hoc ego infiteor, hominis à voluntate velle & nolle in se consideratum dependere; at leges & juramentum si spectes, eius velle nolleque constrictum est, ut civiliter loquendo, aliud velle posseq; haud obtineat, quam quod legibus congruum: §. 1. *Instit. de jur. personar. l.*15. *ff. de condit. instiut.* quale potissimum est, legibus

42.

43.

44. debitam præbere obſequentiam. Poſt hæc ſcripta incidi in locum Covarruviæ *tom.1.relect. c.quamvis. de pactis in 6.§.7.n.31.& 32.* quem, tanquam noſtræ quæſtioni non diſconvenientem, huc volui tranſcribere. Solet dubitari, *ait ille*, quem ſenſum habeant illa præcepta, quæ plerunque iniunguntur à Prælatis, ſubditis, qui iuramento obedientiam promiſere his verbis: *ſub pœna præſtiti iuramenti.* Et ſatisconſtat hæc ſignificatio, quod id præcipiatur ſub pœna periurii: nempe quaſi dixerit quis, hæc tibi præcipio ſub iuramento mihi præſtito, ita ut ſi non feceris, periurus ſis. Nam pœna iuramenti præſtiti periurium eſt, & eius ſupplicium, quod ſolet periuris infligi. Nec enim iuramentum præſtitum eſt pœna, nec periurium ipſum abſolute, quia culpa eſt; ſed ſenſus huius locutionis eſt, ſub pœna præſtiti iuramenti: id eſt, ſub pœna, quæ debet ei imponi, qui iuramentum violaverit. Vnde genitivus ille, *præſtiti iuramenti*, non ſtat intranſitive, id eſt, ſub pœna, quæ eſt præſtitum iuramentum, quod explicat Ioh. Driedo *in Chriſtiana libertate, pag.*172. quo in loco ſcribit, omnia mandata Rectoris Vniverſitatis alicuius, ut interſint Scholaſtici alicui congregationi, miſſarum celebrationi, non eſſe dure accipienda, etiamſi fiant ſub pœna præſtiti iuramenti, quaſi mandator ipſe voluerit ita vocatos ad mortale periurii crimen obligare, ſi non fecerint, quod eis mandatum fuerit. Etenim præſumendum eſt, attenta pia mandantis intentione, quod in his communibus congregationibus, quæ magni ponderis non ſunt, tantum voluerit ad memoriam iuramentum revocare, ne per contemptum omittant ſubditi obedire eius præceptis, non tamen, ut periurium ab his committatur, quod maxime eſt obſervandum, ne paſſim quis temere periurii reus damnetur, etiamſi omiſerit facere, quod ſuperior mandaverit. Hactenus ille. Cum quo, poſteriora ſi ſpectes, non habeo, verba & autoritatem autoris tantum quod adorem, ad rationes provoco, quas ſi mihi datas videro prægnantes, cedam lubens meritoque: interea certus, ſi quis magiſtratui obedientiam iuraverit, & vel in re leviſſima eidem obedientiam non præſtiterit, periurii graviſſimum ſcelus patrare, crimenque incurrere mortale: Mancinus *de juram. p.1. quæſt.10. n.1.* Benkendorf. *ad Seraph. de Seraph. d. loc. num.3.*

45. Cæterum, Studioſis convenit Spartam, quam nacti ſunt, diligenter ornare, *primoque*, & ante omnia literis debitam navare & impendere operam. Exacte enim, & juris ad regulas ſi loquimur, illi demum privilegiis Academicis uti frui poſſunt, qui non nomine tantum, ſed & re Studioſi numerantur: *argum. l.52. §.1. C. de Epiſcop. & Cleric. can. generaliter, 16. quæſt.1. l.16. §. 4. ff. de excuſat. tut. l.8. §.4. ff. de vacat. & excuſat. l.2. C. de Profeſſ. & Medic. lib.10. l.101. C. de Collegiat. lib.11. l.58. C. de decurionib. lib.10. cap. ult. extr. de reſcript. in 6. can. glorioſus, in f.12 q.2. can. cavete, 22. q.5.* Ceſſante enim cauſa, ceſſat effectus: *l.15. ff. de adopt. l. fin. ff. de teſtam. tutel.* Sebaſtian. Medic. *part.3. de legib. & ſtat. quæſt.18. n.4.*

46. Cauſæ vero privilegiorum, ſunt ſtudia: *d. auth. habita.* Stephan. *d. cap.5. num.29.*

Hinc

Hinc quoque Coloniæ nemo privilegiis Studiosorum fruitur, nisi immatriculatus vere operam literis det: Middendorp. *lib. 5. de Academ. pag.* 168. Idem publice edixerunt Ordines Hollandiæ, in Academia Leidensi: Iacobus Bouricius *in Panegyr. ad Pand. pag.* 169. Vid. Cothman. *consil. Academ.* 17. *num.* 10. *& seqq.* Idem quoque in Galliis hac lege cautum extat: *Si aucun Escolier reside en Université, & neantmoins n'insiste a l'estude comme Regent ou Escolier, estudiant journellement, mais seulement pour demeurer ou exercer autres actes, en ce cas ledit Escolier ne jouïra point des privileges.* hoc est: Si quis Scholarium degit in Vniversitate, & & nihilo minus studiis non insistit tanquam Regens, aut Scholaris, quotidie literis incumbens, sed tantum ut alia exerceat, hoc casu Scholaris iste privilegiis non utetur: Loys XII. 1458. *article 2. au Code de Henry III. liv.* 11. *tit.* 8. *de Scholarité, constit.* 3. *Arrestum Parlament.* 3. *Iulii, anno* 1550. 47. Illud tamen non ita rigide hoc petamus, quasi quotidie & singulis momentis studiis incumbere debeat; sed si sua causa cesset animoque redeundi: Rudinger. *sing. observ. cent.* 2. *obs.* 92. Imo talem infamiæ facti notari, scribit ex Beust. *de jurciur. p.* 379. Speckhan. *cent.* 1. *q.* 71. ipsique promissum ad tempus stipendium adimi posse; Everh. à Middelburg *in Top. loco ab Etymolog. num.* 14. 48. Dissentit Iason *in l.* 1. *n.* 50. *ff. sol. matr.* Tiraq. *tr. cessante causa, vers. Privil. num.* 207. Soarez *Thesaur. comm. opin. lit. S. n* 5. dicens: Scholarem quamvis vagus sit, & à studio abhorreat, si tamen honeste vivat, Scholarium privilegiis potiri, secundum communem opinionem. 49. Distinguit Giiken. *ad d. auth. n.* 9. inter Nobiles & alios Studiosos, splendorisque rationem in illis habendam existimat, quo amplior sit Studiosorum numerus. Sed errat, & longe à vero recedit. In istis enim ingentem lucis & splendoris sui Academiæ patiuntur eclipsin, si Sole eruditionis destituantur. Et ne ridicula fiat anchora hæc, si hactenus adductæ tantum innitamur orationi, advocandus est ad partes nostras Illustrissimus Hassiæ Landgravius Philippus, quo velut tibicine nostra nobis constet sententia. Ille vero *in fundatione Academ. Marpurgens.* aperte professus est: *Satius esse paucos, eosq. bonos Studiosos, quam numerosam otiosorum, aut malorum multitudinem habere*: Kirchn. *de Rep. disput.* 17. *th.* 1. *lit. B. p.* 196. Quod si vero quis amplius aliquid adstruere conetur, sciat esse apud Demosthenem: *οὐ τὸ μέγα εὖ, ἀλλὰ τὸ εὖ μέγα.* 50. Qui inter diligentiores numerantur occasionem ambigendi dederunt, *an Studioso, die quem Dominicum vocamus, aut alio sacris destinato feriis, literis, seu studiis liceat incumbere?* Hoc quæsitum in studio Theologico minus dubium parit; sed in Philosophico, Iuridico, Medico &c. inque evolvendis Ethnicorum scriptis magis nos suspendit. Duplex enim hic occurrit interdictum: 51. I. Divinum, quo diem sacrum sanctificando, feriando, sacrisque incumbendo traduci præcipit DEVS: *Exod.* 20. *v.* 8. *Deut.* 5. *v.* 12. *Levit.* 23. *v.* 4. 52. II. Pontificis: *can. Episcopus, dist.* 77. *can. legimus, d. dist.* Sed his non obstantibus affirmativa verior est, modo id fiat absque vitio omissionis audiendi verbum DEI. 53. Nam

Qui vult Sanctorum celebrare singula festa,
Non poterit clare cum Codice scire Digesta:

Ioh.Bapt. Caccial. *in tr.de Offic. Advoc. quæst.5. p.18.* & feriis agi licere, quod prætermissum noceret, Scævola respondit, apud Macrobium 1.*Saturn. c. 16. p. 245.* Est quippe vita brevis, ars longa, memoria fragilis : *l.44. §.1. ff. de acquirend. poss.* 54. Rebuff. *de Privil. Studios. priv.1.* Bolognin. *ad d. auth. habita, n.93.* Et melius utique studiis traducere tempus, quam otiose deambulare, quod tamen faciunt plurimi, qui relictis Musis, Sirenes sectantur, digni qui ipsarum scopulis obruantur ; & vadunt ad Ecclesias, ut videant mulieres & amasias : verba sunt Caccia- 55. lupi, *d. loc. num. 5. pag. 22.* Ad autoritatem Pontificis (nisi velimus dicere, Gratianum suo fere more sibi contrarium, *in dd. cc. & can. turbat, can. legimus, can. qui de mensa, can. relatum est, d. distinct.* & ne obstet exemplum Pauli Apostoli, qui non certe abstinuit à lectione profanorum, ut patet ex eo, quod *in Actis* 17. adducit Arati hemistichium,

Τοῦ γὰρ γένος ἐσμὲν,

& *ad Tit.* 1. ex Epimenide Cretensi,

Κρῆτες ἀεὶ ψεῦσται, κακὰ θηρία, γαστέρες ἀργαί.

& 1. *ad Conrinth.* 15. ex Menandro,

Φθείρουσιν ἤθη χρησθ' ὁμιλίαι κακαί.

statuendum est, multa dici in sensu relativo, quæ non dicuntur in absoluto, scil. quod Episcopus neglectis limpidissimis Israëlis fontibus, turbidas Ethnicorum 56. lacunas degustare non debeat, & victitare lolio, prostante tritico. Ad exemplum D. Hieronymi respondet Aretius *tom. 2. locor. comm. pag.* 240. & Ioach. Vadian. *de re Poëtic. tit. 20. pag. 52.* Quomodo vero studiis operam suam consecrare quis debeat, singulis in disciplinis eruditorum prostant consilia : ad quæ dum 57. avidos remitto, isthæc generaliter omnibus præscribo : I. Ut methodice & ordine, non vero confuse sua tractent studia. Ordo enim est cuiuscunque rei agendæ modus, quo prætermisso, nihil rite agitur : *arg. l. 58. ff de re iud. l. 4. C. de sentent. & interloc. c. cum dilecta, de rescript.* eoq; non procedens, dicitur equum frænare per caudam : Lancellot. *in l. nemo, ff. de legat.* 1. Et non inepte dicimus, ordinem esse vinculum artis, memoriæ ac intelligentiæ matrem, memoriam reddentem, bonæ fidei custodem, depositum absque mora restituentem. 58. Quod si vero memoria, quæ revera est eruditionis ταμιεῖον : ex Plutarcho Rhodigin. *lib. 10. antiq. lect. cap. 16. p. 376.* thesaurus quidam rerum : Idem *lib. 3. cap. 3. p. 74.* & μήτηρ τῶν μουσῶν : Plato *in Theædeto, p. 135. lit.* C. in studioso reperiatur labilis : *d. l. 44. in princ. ff. de acquir. poss.* quod sæpissime contingit, cum ipsa etiam ad exemplum hominis crescat atque decrescat : *l. 32. ff. de furt.* quæstionis erit, 59. *an beneficio dispositionis localis*, (cuius inventor Simonides : Volaterran. *lib. 24. Philolog. pag. 362.* propagator Metrodorus Sceptius ; Agrippa *de Vanitat. scient.* 60. *cap. 9. pag. 27.*) *commode & sine periculo augeri & stabiliri possit?* Scribit quidem

Muretus

Muretus *3. var. lect. c.* 1. se Patavii novisse hominem, è Corsica oriundum, qui 33. millia vocabulorum, beneficio huius dispositionis, ordine quocunque, sive retrogrado, recitaverit. Sed cum fere ordinarie tantum decedat judicio, quantum accedit memoriæ; & intellectum, qui quantum fieri poterat, à sensibus erat abstrahendus, totum immergat sensibus, & turbet hæc localis memoria, quin & eundem gravet & confundat multitudine specierum, nulli ego suasor & autor facile ero, ea ut utatur. Triplices autem species in mente semper obvagari necesse est: I. Speciem immediatam, rerum memoriæ mandandarum. II. Speciem locorum. III. Speciem signorum in locis positorum: Keckerman. *in curs. Philosoph. disp.* 19. *pag.* 547. Debitam vero literis impendimus operam, I. quando non solum publica frequentamus auditoria, sed & tunc quando privatos intra parietes, quæ publice excipimus, ruminamur, aliaque præterea hinc inde colligimus propria diligentia, nostramque firmamus & augemus indies scientiam. Viva quidem vox generaliter efficacior; & mortua habetur dignior: *Novell.* 73. *cap.* 3. *can. sit Rector, distinct.* 43. Hippol. *singul.* 459. Caccialup. *de modo stud. doc.* 6. in se considerata; at haud rarenter in individuo vocem vivam cum alterius mortua si conferas, posterior doctior, acutior & dignior apparebit, atque adeo efficacior. Quod si Studiosos spectes ipsos, ii qui fundamenta primæ disciplinæ suæ probe posuerunt, etiamsi lectiones publicas non audiant, nihilo tamen minus eam sibi possunt privato Marte, probatos si legant, parare scientiam, quam quisquam alius publici auditorii adscriptitius. Vnde errare recte dixeris Sichardum *ad dict. auth. num.* 8. aliosque, quos colligit Gilken. *ad eandem auth. num.* 10. qui Studiosis lectiones publicas non audientibus, privilegia Studiosorum denegant. Sane prædictæ authenticæ rationes si ponderes, hæc tibi mecum mens erit; Ilico Vmmius *disput. process. judic.* 4. *thes.* 12. *num.* 65. Barbosa *ad l.* 1. *ff. solut. matrimon. part.* 7. *num.* 66. Hunnius *ad d. auth. cap.* 1. *q.* 2. *pag.* 33. Sive autem Studiosus lectiones frequenter publicas, sive privata sibi prospiciat diligentia tantum, vel utrumque coniungat, libros & utile & necesse est ut sibi comparet: *l. penult. ff. ad exhibend.* libri namque liberant & vindicant studentes ab ignorantia & paupertate: sunt templum justitiæ, & lumen cordis, & speculum corporis, virtutum repertorium, corona prudentum, diadema sapientium, honorificentia Doctorum, clarificentia Rectorum, comes itinerum, domesticus fidelis, socius colloquentis, collega Præsidentis, vas plenum sapientiæ, via recta eloquentiæ, hortus plenus fructibus, pratum fluens floribus, mare sine fluctibus, principium intelligentiæ, fundamentum memoriæ, hostis oblivionis, amicus recordationis: vocatus properat, jussusque festinat, rogatus respondens, fideliter obediens, contra fortunas lictor, atque verus tui ductor, hortus conclusus, & fons signatus, puteus aquæ vivæ, paradisus absque ruina, ædificans te gnarum, si repetit ignarum, nunquam patitur fastidium etsi graves eum nimium, arcana revelans, obscura clarificans: Luc. de Penna *in rubr. C. de Navicular.*

61.

62.

63.

64.

65. *vicular. ſeu naucl. public. lib.* 11. Rebuff. *de Privileg. Studioſ. privil.* 43. *pag.* 153. Plures autem evolvere libros, Studioſo non admodum conducibile: Caccialup. *in method. Stud. doc.* 5. *Habet enim hæc lectio*, ait Seneca *epiſt.* 2. *aliquid vagum & inſtabile. Certis ingeniis immorari, & innutriri oportet, ſi velis aliquid trahere, quod in animo fideliter ſedeat. Nusquam eſt, qui ubique eſt. In peregrinatione vitam agentibus hoc evenit, ut multa hoſpitia habeant, nullas amicitias. Idem accidat neceſſe eſt iis, qui nullius ſe ingenio familiariter applicant, ſed omnia curſim & properantes transmittunt. Diſtrahit animum librorum multitudo: Itaq; cum legere non poſſis quantum habueris, ſat eſt habere, quantum legas. Sed modo, inquis, hunc librum evolvere volo, modo illum. Faſtidientis ſtomachi eſt multa deguſtare; quæ ubi varia ſunt & diverſa, inquinant, non alunt.* Præterea probatos magis, & qui ſapientiam ſcopum habent, ſibi paret Studioſus libros, Improbatæ enim lectionis magici, ſcurriles & his ſimiles, protinus corrumpendi: *l.* 4. §. 1. *ff. famil. herciſc.* probati vero legendi & relegendi: Seneca *d. epiſt.* 2.

66. Inter priores alii referunt Amadiſium (cuius autor Corræus Pariſienſis: Salmuth. *ad nova repert. Panciroll. tit.* 12. *pag.* 566.) cum Domino de la Nouë, *diſc.* 6. Lipſ. *in not. ad fin.* 1. *Polit.* Poſſevino *in apparat. ad omn. gent. hiſt. ſect.* 4. *c.* 3. *fol.* 145. Lanſ. *de princ. Provinc. Europ. pag.* 269. *edit. vet.* Lud. Vive *tom.* 1. *lib.* 2. *de cauſ. corrupt. art. ſub f. pag.* 372. Parochum vom Kalenberg (in Auſtria ad Danubium, alias vocatum Wigand à Teben) Eulenſpigelium, Grillenvertreiber/ Gartengeſellſchaft/ Rollwagen/ & alios eiusdem farinæ autores: quos melius eſſet, ut nunquam lucem adſpexiſſent: Henr. Guberlett. *in Ethic. cap.* 15. *pag.* 50. eos tamen legunt homines corruptis ingeniis ab otio, atque indulgentia quadam ſui: non aliter quam delicati quidam ſtomachi, & quibus plurimum eſt indultum, ſaccareis modo & melleis quibusdam condituris ſuſtentantur, cibum omnem ſolidum reſpuentes: Vives *d. loc.*

67. Ego ut ex aſſe nominatos non probo codices, ita nec in totum nigrum illis pono theta. Iudicium hic requiro legentis: Nam & veneni uſus eſt.

68. De ſtudioſorum libris olim creditum fuit, illos tacite pro mercede hoſpitii obligatos non eſſe: *l.* 6. *ff. de pignor. l.* 7. *& auth. C. quæ res pignor. oblig.* Iaſon *in* §. *item Serviana, num.* 23. Schneidevvin. *ibid. num.* 43. *Inſtit. de action.* Sichard. *ad rubr. C. qui bon. ced. poſ. num.* 1. ubi ulterius addit, in executione arma relinquenda eſſe militibus, libros ſcholaribus, & breviarium Clericis. Hodie mores ſi ſpectes & uſum, aliud videas obſervari: Coler. *part.* 2. *proceſſ. execut. cap.* 3. *n.* 148. Fohman *diſput. Inſtit.* 28. *theſ.* 7. *lit.* C. Berlichius *part.* 1. *concluſ. pract.* 50, *num.* 59. Executionem etiam in Scholarium libris fieri non debere, niſi pro expenſis factis in fur ere, aut infirmitate,

69. voluit Anton. Ayerve de Ayora *lib. ſingular. collect. forenſ. cap.* 19[illegible]. Illud pro cautela notabimus ex Blatero *ad l. affirmari, c.* 2. *n.* 23. *p.* 74. Si ſcholaris ex Academia diſceſſurus metuat, ne in abitu malitioſe conveniatur, eaque ratione libri cum ſupellectile tanquam obligata ſequeſtrentur, poterit Iudicis officium implora-

plorare, ut publicum edictum cum certi termini assignatione, intra quem creditores, si qui sint volentes petere, compareant, aut eis imposterum agendi petendique viam fore præclusam, proponat. 70. In Academia Basileensi per Senatum constitutum est, ne quis civium, Studiosorum male distrahentium libros emat; aut emptos restituat, & mulctam persolvat: *Chron. Basil.* Wurstisii, *lib.6. cap.2. pag.*424. 71. II. Debitam ad operam referri quoque potest, disputationes tam publicas quam privatas, si non auditores tantum, sed & vel respondentes, vel opponentes accedamus: *l.ult.§.26. ff.de muner.& honor.* & Nevizan. *libr.1. sylv.nupt.c.1.n.1.& seqq.* De Thoma Erasto, Medico Philosopho, legimus apud Zvvingerum *vol.26. Theatr.vit.hum.lib.un.p.*4063. quod disputationes Academicas ipse mirifice extulerit, ad inventionem simul & judicium exercendum, ingenii nervos firmandos; adeoque se nulli unquam disputationi interfuisse dixerit, ex qua non fructum percepisset haud pœnitendum. Sic nempe altercationibus magis proficimus, quam tacitis meditationibus: Scalig. *Exercit.*308. Sit tamen hic modus in rebus, sint certi deniq; fines, ne nimium altercando, veritas amittatur, & nimium intendendo frangatur arcus. 72. Exulent quæstiones, quæ nec scienti prosunt, nec ignoranti obsunt: *quas sive contineas, nihil tacitam conscientiam juvant: sive proferas, non doctior videberis, sed molestior*: quod, quærentibus, num prior scripta esset Ilias, an Odyssea? occinit Seneca *de brevit.vit. cap.13. pag.*270. & nos disputantibus, an Homerus sit Hesiodo vetustior? Quot fuerint in Herculis clava nodi? Vtrum pedum primum in Italiam Æneas posuerit? Libidinosior Anacreon, an ebriosior vixerit? Quid Sirenes cantare sint solitæ? Quænam sint nomina illorum, qui equo Troiano abditi fuerunt? aut sociorum Vlyssis, & quot ex illis Cyclops devorarit, quos vero Læstrigones; Vtrum culices ore sonum edant, an podice? 73. *Quel mulet avoit Clodius? d'où estoit le cheval de Catilina? de quelle escarlate estoit faite la robbe de Pompée?* Pierre Matthieu *de l'histoire d'Henry IV. tom.2. liv.4 narrat.ult.pag.*147. An Chimæra bombinans in mari possit comedere notiones secundas? Vtrum quatuor equi Phaëtontis possint trahere per cacumen montis, magnum currum phantasticum, per campum cathegoricum ad campum hypotheticum, per infinitum & vacuum, usque ad duodecimum Physicorum? Vtrum Chimæra phantastica sedens in arbore Porphyriana, comedens genus & species, differentias & qualitates, per intentionem primam & secundam descendens, puncta indivisibilia absorbens, sit à simplici sacerdote absolvenda, vel ad Magistrum hæreticæ pravitatis remittenda? Annon quis possit baptizari terra, cum Christus in ea sit sepultus? Annon aëre; cum hic clarior sit aqua & ubique prostet? Annon igne, cum hic Spiritum S. significet? Cœlum Empyreum quot habeat monopolia? Annon in eo saltandum sit? An sat firmum & luminosum ad choreas? An simus etiam in vita æterna inebriandi, cum jejuni difficulter saltent? Vide Meisner. *in diss. de antiq. vitios. Theolog. disp. rat. p,*482. Wovver. *de Polymath.*

74. *cap.* 10. *p.* 72. Wenenforb/ *part.* 6. *c.* 5. *p.* 228. Ac licet hisce *Iliacos intra muros peccetur & extra*, tamen in specie in ICtos maxime invehitur Wovverus *d. tr. c.* 19. *pag.* 60. Quantum, inquiens, demutavit Iurisprudentia, ab illa antiqua sapientia civili, cum juvenes in Scholis rixentur, commissi disputationibus ludicris, & instar spinarum paribus aculeis invicem obversis, quibus tam belle instruuntur, ut, cum in forum venerint, putent, se in alium, ut ille ait, orbem esse delatos. Eleganter Seneca *in præfat.* 4. *Controvers. Velut ex umbroso & obscuro prodeuntes loco clara lucis fulgor occæcat: sic istos à Scholis in forum transeuntes omnia tanquam nova & inusitata perturbant; nec antea in Oratorem corroborantur, quam multis perdomiti contumeliis puerilem animum scholasticis deliciis*
75. *languidum vero labore durarunt.* *Secundo*, Studiosorum professioni convenit vestitus mundus & honestus. Qualis vero ille sit, maxime hominum ex phantasia dependet. Maiores olim nostri, ut Tacitus *in Germania* autor est, partim habitu totos corporis artus exprimente usi. Talis hodie fere rusticorum in Suevia est, & in aliis Germaniæ partibus, qui & ipse obscœnas quoque corpo-
76. ris partes exprimit, & laziis suis insignis est. *In Privilegiis, statutis & constitutionibus Academiæ Ienens. pag.* 6. ita habetur: Auch ordnen vnd wollen Wir / daß sich alle Studenten / vnd Glieder der Vniversität in Kleidungen vnd äusserlichem Wandel / mässig / eingezogen vnd züchtig halten / vnd hierinnen alle Vngestalt vnd Mißstånd / sonderlich die Bloderhosen vnd gar kurtze Kleider / meiden /
77. wie sich dann ihrem Stand nach gebühret. De habitu & vestitu Scholarium in Gallia loquitur Codex Henrici III. *libr.* 11. *tit.* 3. *constit.* 11. & 14. *Defendons* (habet prior) *à tous Regens, Pedagogues, Escoliers, de porter dedans les Colleges chappeaux, reistres, & manteaux sans manches. Et leur enioignons, qu'ils ayent les manches de leursdits manteaux & reistres vestus sur peine de confiscation desdits chappeaux, reistres & manteaux, & d'amende arbitraire pour la premiere fois, &*
78. *de prison pour la seconde.* Altera: *Les principaux des Colleges ne laisseront entrer en leurs Colleges aucuns estudiants, soyent Regens, Pedagogues, disciples, ou leurs serviteurs, avec reistres ne chappeaux*: h.e. Interdicimus omnibus Regentibus, Pædagogis & Scholaribus, gestare in Collegiis pileos &c. pallia absque manicis. Atque illis præcipimus, ut manicas prædictorum palliorum induant; utrumque sub pœna confiscationis pileorum & palliorum, & mulcta arbitraria, prima vice, & carceris secunda. *Altera*: Primores Collegiorum non permittant, ut Collegia introëant Scholares, sive illi sint Regentes, Pædagogi, discipuli, aut horum
79. famuli, cum &c. & pileis. Pestis certe efficacissima Studiosis luxuria vestium. Cum enim sunt bene, imo luxuriose induti, libros plenos pulvere linquunt, quotidie circumeunt plateas, ut videant, & videantur: Caccialup. *de mod. stud.*
80. *doc.* 4. Ipse Rebuffus quoque *Privil.* 94. *p.* 277. Si Scholaris brevem vestem deferat, brevem sensum præsumit; si pennam in pileo, levem; si vestes graves, & gravibus personis & sapientibus convenientes, semisapientem; si politas nimium,

Vene-

Venereum; ſi immundas, coquum ſeu culinæ inſidentem frequenter, ſeu ſuo ſtudio inſiſtentem. Quæ tamen præſumptio, quin modica dici queat, nullus dubito. Non enim veſtitus, vel animi humilitatem, vel faſtum indicat, vel tegit: cum non ſolum ſapientia, ſed ſæpius etiam ambitio, ſub ſordido pallio lateat, ut vere ſcripſit rei literariæ dictator ille perilluſtris D. Philip. Camerarius *cent. 2. horar. ſubciſiv. c.39. p.170.* 81. Illud hic notandum: Quod ſi per mercatorem, cui filius Studioſus, propter materiam veſtium, aliquo debito obſtrictus, pater filio ſtudioſo mittat pecuniam, mercatorem qui pecuniam deferendam accepit, Studioſo obiicere compenſationem non poſſe: Rebuff. *Privil.167.* Hillig. *in eunucl. Donell. l.16. c.15. l.Q in not.* 82. Illud præterea examinis incudem hic ſubire poterit; *Studioſi an citra reprehenſionis juſtæ notam poſſint nutrire comam?* Chremetes forſitan id negarent, ſed pro me habeo, quod illis reponam. Cæſaries enim, ut graviter loquitur Ambroſ. *in Hexamer. lib.6.* reverenda eſt in ſenibus, veneranda in ſacerdotibus, terribilis in bellatoribus, decora in adoleſcentibus, dulcis in puellis. Tolle arboris comam, tota arbor ingrata eſt; tolle humani capitis capillum, tota pulchritudo flacceſcit. Hic ornatus capitis eſt obvius omnibus & perſpicuus, quo cerebrum munitur & veſtitur, ne aut frigore vexetur, aut æſtu. Vid. Rhodigin. *lib.15. lect. antiq. c.8. p.552.* Plutarch. *in Apophthegm. Lacon. in tom.3. p.401.* 83. Chriſtus etiam, Salvator noſter, dum in terris moraretur, habuit cæſariem ſubflavam, ac quodammodo ad criſpos declinantem: Mich. Neand. *in Apocrypha, pag.409.* 84. Apud alias gentes quid fuerit in uſu, docet Alvarott. *in § ſi quis quinq. de pac. tenend. in uſib. feud.* & Salmuth *in not. ad Panciroll. t.1. rer. memor. p.389.* vid. *l. ult. C. ad l. Iul. de adult. l.11. §.1. ff. ad L. Iul. pecul.* Arnilæ *l.2. de jur. majeſt. c.1. n.1. p.445.* 85. Nec obſtat *c.11. v.14 epiſt. ad Corinth.* (ex quo Pontificii tonſuram Clericorum probare conantur, ut videre eſt apud Rudolph. Hoſpinian. *lib. 1. de orig. Monach. c.9. p.80.* Sixt. Senenſ. *in Biblioth. ſanct. lib.5. annot. 244. p.416. lit. A.*) ut ſacri Codicis interpretes notarunt. D. Anshelmus *tom 1. p.180. lit. b.* illum hoc modo explicat: Vir quidem, id eſt, ſuperior mentis ſenſus qui cœleſtia ſerenus debet cogitare, ſi nutriat comam, id eſt, multitudinem utilium cogitationum, per quas ſapienter expleat neceſſariam rerum corporalium adminiſtrationem, gloria eſt illi, quoniam apud DEVM habet inde mercedem. Quoniam capilli dati ſunt ei pro velamine, id eſt, multiplex cogitatus de neceſſariis rebus eſt illi datus, ut ſub hoc tegatur, & abſcondatur à diſſoluta vagatione inutilium & noxiarum cogitationum. Sed hæc an textui ſatis ſit conveniens, lectoris eſt judicium. 86. *Tertio*, exercitia, recreationes, ludique ingenioſi & honeſti Studioſis conveniunt maxime. Nam alias ut ſilentio tegam rationes, quis neſcit ex ſtudio literarum ſæpius melancholiam, aliamque corporis intemperiem naſci, quæ utique honeſtis recreationibus poterunt curari: Marianus Socin. *ad c. ſuper ſpecula, extr. de Magiſtr.* Nec quicquam etiam eſt, quod continuum poſſit ferre laborem, imprimis vero hominum vita *πόνου* & *ἀνάπαυσιν*, partes habet. Er-

gans extat commendatio exercitationis corporeæ Neapoli, in muro horti Capellæ, totidem verbis: *Exercitium est humanæ vitæ conservatio, caloris naturalis lima, exercitatio dormientis, naturæ virtutum corroboratio, superfluitatum consumptio, otio inimicum, temporis lucrum, juventutis debitum, & senectutis gaudium. Ille ergo solus exercitio abstineat, qui utriusq; sanitatis beneficio vult carere:*
88. Nat.Chytr.*in delic.Europæ, pag.65.* Exercitiorum autem tot sunt genera, quot sunt motuum differentiæ. Motus autem omnis duplex est; aut enim à nobis ipsis, aut ab aliis movemur. Nam qui medicamento fit motus, nequaquam ad sanos pertinet. Hic passivus; qui vero à se editur, activus dici solet. Prioris generis exercitationum, quæ scilicet à nobis ipsis perficiuntur, sunt lucta, pancration, cursus, & alia id genus. Qui autem ab altero præstatur motus, navigando, equitando, vehendo, in cunis, lectulis, ulnisque obitur. Horum autem alia tantum exercitationes sunt: alia non exercitationes solum, sed etiam opera. Rursus exercitationum differentiæ aliæ petuntur ab ipsarum qualitate: Exercitatio enim quædam velox est, quædam tarda: alia robusta, alia imbecillis, alia vehemens, alia levis. Aliæ vero differentiæ ab utendi ratione sumuntur. Aut enim perpetuus est motus, aut intercisus. Perpetuus æquabilis aut inæquabilis. Intercisus aut certo ordine, aut citra ordinem. Denique exercitationum reliqua differentia ab externis desumitur. Aut enim sub dio fit, aut sub tecto, aut in mista umbra &c. aut calens est locus, aut frigidus, aut media temperie. Vel siccus aut humidus, aut medio modo affectus. Præterea quædam totius corporis sunt exercitationes, aliæ vero sunt magis crurum aut brachiorum, aut organorum vocis, aut alterius alicuius partis: Hugo Fridævallis *de tuenda sanitate, lib.*
89. *1.sect.2.c.2.p.38.* Quæ vero exercitia in specie, Studioso conveniant, ex ipsius est petendum qualitate, & studiorum genere. Qui si Politicum & Iurisprudentiæ sectetur studium, multa habebit præ aliis, partim utilia, partim necessaria exercitia. Quorum justum catalogum publico discursu exhibuit amicus meus
90. singularis, Dominus Georgius Gumpelsheimerus. Generaliter definio, Studiosum honestas recreationes sectantem, lusui aliquid temporis posse imponere, sed non omni: Cuiac.*lib.6.observ.16* Rauchbar *part.2.q.25.l.2.ff.de aleat.l.fin. C.eodem.* Morla *in emporio juris, tit 2.de aleator.quæst.1.* Heig.*part 2.q.10.* Aleam certis admitto legibus: Danæus *de ludo aleæ, c.5.& seqq.* ludum chartarum, quem à sapientibus excogitatum demonstrat Galeottus Martius *de doctrina promiscua, c.36.p.365.* non improbo. Vtroque tamen uti velim studiosum, sicut somno & quiete, ut Cicero monet *lib.1. de offic.* Quoad corporis exercitia, nolim tractent illiberalia, nec in specie circulatoria, quicquid etiam contra effutiat libellus, cui titulus, *Trois dialogues de l'exercice de sauter & voltiger en l'air, par le S.*
91. *Archange Tuccaro del Abruzzo, au Royaume de Naples* Nolim tractent remissiora, nolim eligant nimis laboriosa. Nimius enim labor impedimento est, quo minus augeatur corpus, temperatus vero exercet, agitat & auget corpus; Aristot.

2.Po-

2. Polit. c. 16. Armorum, & potissimum gladii, seu palæstrica exercitatio, Studiosis utilis & proficua. Plato etenim commendans motum, *in Timæo, p. 55.* subiungit; Optimum illum esse, qui in semet ex seipso fit, qualis in exercitatione gymnastica. Defensionem proprii sanguinis Studiosis haud raro in Academiis, in quibus maior frequentia & numerosa copia; necnon in peregrinationibus (quæ Studiosis vel maxime prosunt: Iunius *part. 2. quæst. Polit. 44. p. 53.*) suscipiendam esse, nemo ibit inficias, qui vel primis labris hæc degustavit. Vid. Bocer. *lib. 2. de Bell. & Duell. c. 6. p. 243.* Quod si vero quidam horum relictis Musis, Bellonæ in castra secedant, non quidem ut profugi, sed tanquam exploratores, & non infrequenter patriam suosque contra hostis excursiones & irruptiones defendere cogantur, nullus non experitur, quantum his prosit huius cognitio. Imo dux quidam militiæ fortissimus & felicissimus, ante non multos annos in Germania degens, fassus est, se tot in bellis, in quibus ordines duxerit, milites animosiores & alacriores sub signis non habuisse, quam bonarum literarum Studiosos: Clariss. Dominus Affinis Heider *in Orat. de Vulp. Scholast. p. 55.* Haud ergo iniuria quis admirabitur *constitut. 15. lib. 11. tit. 3. Codicis Henrici III. Regis Galliæ,* qua via & aditus ad hoc exercitium Scholaribus Parisiensibus præcluditur. Verba hæc sunt: *Defendons à tous Maistres d'Escrime & autres, d'escrimer en chambre, ny en public, en ladicte Université, ny és fauxbourgs d'icelle, sur peine de prison & de cent livres Parisis d'amende.* Pilæ quoque lusus inter honestiora hic referendus exercitia. Primus eum qui invenerit consensus inter scriptores haud est, Plinius inter Latinos Pythoni cuidam hunc acceptum fert. Agalis Corcyrea Grammatica Nausicaam ludi pilæ inventricem (vid. Cœl. Rhodig. *antiq. lect. lib. 14. c. 1. p. 515.*) Hippacus Lacedæmoniis, Dicæarchus Sicyoniis inventum istud attribuerant. Ex quo fit, ut certi quicquam scribere nequeamus: Hieron. Mercurial. *de arte Gymnast. lib. 2. c. 4. p. 94.* Pilæ ludendi quatuor apud Græcos extitisse genera idem autor est *d. l.* [illegible], sive magnam pilam, parvam pilam, pilam inanem & corycum. Parvæ lusus, secundum Antyllum, tres species diversas habuit. Prima erat pila valde parva, qua qui exercebantur, corpore maxime elato ludebant & colludentes manus manibus proxime admovebant. Secunda erat pila maiuscula, quæ cubitos cubitis ludendo immiscebat, nec corporibus mutuo hærebat, nec annuebant, sed variis modis movebantur. Tertia pila erat adhuc maior secunda, in qua homines inter se distantes ludebant, & in qua, cum stataria ac motoria pars esset, qui manebant, pilam emittebant cum vehementia & concinnitate. Pilam magnam duos quoque ludendi modos non solum ex ipsius pilæ magnitudine, verum etiam ex manuum figura à superioribus diversos effecisse, Orbasius ex Antyllo testatur; quorum unus erat ludentium magna, alius maiore: hoc tamen ambo commune possidebant, ut sicuti in cæteris prædictis lusores summas manus semper humeris humiliores, ita in hac semper capite altiores tenerent, quan-

92.

93.

94.

95.

quandoque etiam summis pedibus ambulabant, ut manus altius extollerent, quandoque saltabant, cum scilicet pila super eos ferebatur, in qua proiicienda vehementer brachia agitabant. Inanis porro, sive vacua, quod tertium pilæ genus diximus, qualis fuerit, haud satis explicatum habetur. Si quid tamen conjectura ex Antylli verbis assequi licet, credo hanc pilam, quemadmodum cæteras, ex corio consutam fuisse, in hoc ab aliis differentem, quod illa, vel pluma vel alia materia; hæc, solo vento, sive aëre plena foret, atque tantæ magnitudinis, ut ipsa difficulter luderetur. Corycus vero quis esset, quomodove ludus ille perageretur, cum Antyllus apud Oribasium clarissime expresserit, eius orationem huc traducere statui, quæ interprete Mercuriali *d.loc.* ita habet: Corycus in corporibus imbecillioribus grano ficulneo, aut farina; in robustioribus, arena impletur. Eius vero magnitudo ad vires corporis, & ad ætatem accommodatur. Suspenditur autem in Gymnasiis superne è culmine, tantumque à terra distat, ut fundum ad eius qui exercetur umbilicum pertineat. Hunc utrisque manibus tenentes qui exercentur, primum quidem quiete, postea vero vehementius gestant, ita ut ipsum recedentem consequantur, & iterum redeunti cedant, violentia compulsi; postremo vero cum è manibus reiicientes emittunt, ut cum revertitur, vehementius corpori adventu suo occurrat; ad extremum vero in sedem suam sæpissime restituendo dimittunt, ut ex congressu, si non valde advertant, retrocedat, ex quo fit, ut quandoque manibus occurrant, dum propinquat, quandoque vero pectore manibus passis, quandoque vero iis ad terga revolutis. Quatuor itidem fuisse pilæ genera apud Latinos, quibus ludebant, invenio, follem, trigonalem, paganicam, & harpastum. Follis erat pila magna ex alute confecta, soloque vento repleta: quæ si maior erat, brachiis impellebatur, & simpliciter pila interdum nuncupabatur, interdum quoque pila velox. Si vero minor erat, pugnis eiiciebatur, atque pugillaris follis vocabatur. Trigonalis pila, qua ludebatur, parva erat, ita nuncupata vel à loco, ut voluerunt nonnulli, ubi ea exercebantur, qui locus triangularis erat: vel potius à ludentium numero, figura & situ. Paganica sic appellata, quod esset vulgaris admodum, & in villis, pagis vocatis; vel in pagis urbis ut plurimum in usu haberetur. Ea erat ex corio pluma repleto, trigonali latior, non ita tamen, ut est follis, laxa, sed durior. Quartum genus harpastum fecimus, quod ob nominis similitudinem idem prorsus videtur, quod ἁρπασὶν Græcorum: erat enim pila, quam ludentes alter alteri eripiebat. Cuius vero magnitudinis, & ex qua materia fuerit, haudquaquam ab ullo autore explicatum habemus, nisi quod Athenæus manifestum facit, harpastum rotundum fuisse. Vid. Mercurialis *d.lib. 2.c.5 p.94.* Etsi vero nostra ludorum pilæ genera, veterum generibus undequaque non respondeant: (Vid. *Il trattato del giuoco della palla di Messer Ant. Scaino de Salo*) sunt tamen maxima ex parte valde similia. Hoc autem commune ex omnibus supradictis commodum percipitur, quod qui in ipsis, vel ipsorum aliquo,

quo,

quo, ſeſe exerceat, promptiores ad motum reddantur, iisque actiones vitales roborentur &c. Vid. Mercurialis *d. tr. lib. 5. c. 4. p. 241.* Hugo Fridævallis *de tuend. ſanitat. lib. 1. ſect. 2. p. 40.*

96. Atque hactenus, quod agant habent Studioſi: memores vero ſint, virtutis præcipue ut decurrant ſtadium, omnique in actu obſervent τὸ πρέπον, vitia vero averſentur cane peius & angue: & inter illa potiſſimum I. Illicitam Venerem & concubitum illegitimum: *Nov. Leon. 91. can. concubinæ, 32. q. 2.* Veriſſimum enim eſt, quod dicit Italus: *Vna bella donna è Paradiſo del occhio, inferno dell' anima, purgatorio della borſa.* hoc eſt: Mulier formoſa eſt paradiſus oculi, infernus animæ, purgatorium crumenæ. Nec falſum, quod Gallus:

Aſſés fait qui fortune paſſe,
Et plus encore qui putain chaſſe.

hoc eſt: Satis agit qui fortunam ſuperat, ſed plus etiam qui pellicem abigit.

97. Scholares Veneri admodum deditos fuiſſe ex Dd. apparet. (1) Enim ſcribit Bologn. *in d. auth. habita, num. 127.* Scholarem ducendo meretricem in domum conductam, non propterea poſſe inde expelli, cum locator prius debuiſſet conſiderare, quod Scholaris non viveret caſtus *: Bald. *in l. ædem, C. locat.* Alber. *in l. non aliter, ff. de uſu & habit.*

98. (2) Idem Bologn. *ad d. auth. n. 129.* quærit, ſi ſint plures ſocii in una domo, an unus invitis aliis poſſit introducere meretricem? & reſpondet, Gloſſam quidem *in l. non aliter, ff. de uſu & hab.* dicere, quod non: ſe vero gloſſam ſequi, quando nimium frequentaret; ſecus, ſi aliquando: cum non ſit inconveniens, attenta natura Scholarium.

99. (3) Scholare frequentante domum mulieris, illam præſumi meretricem. Nam quando Scholaris eſt cum muliere, non præſumitur dicere Pater noſter: Bald. *in l. neq. natales, ff. de probat.* Sed diſtinguendum putat Benedicti *in c. Raynutius, verb. duas habens filias, n. 208. de Teſtam.* Nam, inquit, ſi illa, quam alloquitur Scholaris, eſt vetula, non eſt ſiniſtra ſuſpicio; ſed ſi eſt juvenis & pulchra, maxime. Aſt ab huius generis prætextata pragmatia reſiliendum protinus, ne in nobile argumentum obrepſiſſe Mileſia credi poſſit.

100. Quæritur, *an puella, ſingulari amore ducta, ſui copiam faciens Amaſio ſtudioſo, ſit infamis & dicenda meretrix?* Videbatur negandum, cum Iure Canonico meretrix ſit, quæ multorum libidini paret: *can. meretrices, 32. q. 4.* & ut gloſſa vult *in can. vidua, diſt. 34.* quæ vel 23000. vel 60000. admiſit. Deinde, hæc noſtra cum quæſtum nullum faciat, non videbatur infamibus illis annumeranda: *arg. l. 4. §. 3. ff. de his qui not. inf.* & ita ſentit Menoch. *lib. 2. arb. q. c. 328. n. 2.* Wehner. *practic. obſerv. verb.* frauen. *p. 169.* Denique concubinatus non infamat: *arg. l. 1. in pr. verb. honeſtius, & t. tit. ff. de concubin. l. un. C. eodem. Novell. 89. c. 12.*

101. Sed verior eſt contraria ſententia: cum in iſtis coniunctionibus (quas mores noſtri recte damnant: *d. Novell. Leon. 91.* Gœdd. *ad l. 144. num. 9. ff. de V. S.*) non

* *Studioſus lotricem ſtuprans à pœna ſtupri ordinaria excuſatur*: Berlich. part. 4. concl. pr. 38. n. 82.

non respiciatur semper ad quæstum, sed ad factum ipsum: *arg. l. 43. §. 5. ff. de R. N. l. 4. §. 3. ff. de condict. ob turp. caus.* Nec moribus nostris Iuris Canonici placitum approbatur: Cubach. *cent. 1. quæst. illust. dec. 8. q. 4.* Inter Studiosos cum Paridis judicium non sit infrequens, & illi egregii interdum formarum sint censores, de facto libet quærere, *si aliquot Studiosi stent præ foribus, duæq; prætereant virgines, in quarum alteram unus ex his intendat digitum, dicens; hæc est bella, pudica & casta; an propterea iniuriarum actione pulsari possit, quasi alterius virginitatem in dubium vocata?* Distinguit Kornman. *de Virginib. c. 59.* utrum ambæ Studioso notæ necne: & priori casu locum habere actionem, posteriori non habere contendit. Ego neutro casu actionem dari arbitror.

103. II. Bacchum & nimiam ingurgitationem *. Ea enim ingenium perit, sapientia obumbratur, vigor animi impeditur, & nec mens nec pes suum faciunt officium. Quæ omnia, licet sint verissima, nihilo minus tamen multi parentum idem de liberis suis prædicari audiunt, quod Leonhardus quidam Eques de Cognato suo, Lipsiæ degenti, quod is adeo strenuum se præbendo inter 1500. Studiosos, unus bibendi palmam obtineret: Sylv. *ad lib. 1. Panorm. de gest. Alphons.* Hos biberones frigide defendit Glossa *in l. si minor 34. pr. v. litis contestata, ff. de minor.* dicens; Quod bibens vinum, consumat pecuniam in bonos usus; & quod anima, cum sit spiritus, non possit habitare in sicco: Wehner. *in obs. pract. v.* juttmeſen.

104. III. Rixas & duella. Quietum enim Studiosorum ordinem hæc non decent, & omni jure improbantur: Vischerus *de duello proviso, part. 1. thes. 9. & seqq.* adeo ut non tantum provocans, verum etiam provocatus, quantumvis hic mitius, puniantur: Bocer. *lib. 2. de bello, cap. 8. num. 19.* Defensio tamen, si legitimos non excedat tramites, nulla præclusa, atque adeo nec Studiosis. Quibus æque, ut aliis, nonnunquam quoque præventio licita, adeo ut si elevanti manum atque minitanti alapam, illi prius colaphum impegerint, jure non sint culpabiles: *l. 3. C. ad l. Cornel. de sicar.*

105. Hac parte non reticenda, haud paucis Academiis quotidiana quæstio, *an Studiosis gladios seu arma portare conveniens sit?* In utramque partem multa quidem generaliter poterant disputari, sed nobis ad speciem statuta cuiusque loci pro regula sunt: *arg. l. 21. §. si quid, de testam. l. 52. §. 4. ff. de legat. 3. l. 7. §. 1. ff. de supell. legat. l. 10. ff. de tritico, vino legat. l. 71. ff. de contrah. empt. l. 34. ff. de R. I. l. 1. in princ. ff. de usur.*

106. In Academia Lutetiana quid obtineat, *d. constit. 13. lib. 11. Codicis Henrici* indicat, *ibi: Defendons à tous Regens, Pedagogues, Escoliers, & leurs Serviteurs, de porter espées, dagues, & autres armes, couvertes ou apparentes, offensives ou defensives.*

107. Inter privilegia nationis Germanicæ, Senis in Italia degentis, *loco sexto* habetur: *Scholaribus Germanis arma offensiva & defensiva ubique portare licitum esto.* Huius de interpreta-

* *Sicut ebrii & bibuli sunt immemores legum: gloss.* in fin. in verb. quærere, ibi, biberat Iustinianus: C. in quib. caus. rest. in integ. non est necess. *ita quoq; amatores*; arg. gloss. in verb. bacchata, Instit. de success. sublat. &c. §. erat. *Caveant igitur studiosi sibi ab ebrietate, & amore, qui & furori æquiparatur*: in cap. illud quoque 4. juncta gloss. super verbo, vehementius, Novell. 74. *Schneid.* ad d. §. erat, d. t. Instit.

tione inter dicti loci Gubernatorem, meque, cum Nobilissimis patriciæ fami-
liæ Noribergensibus der Löffelholz / & im Hoff qui meæ tum erant concrediti
inspectioni, ante aliquot annos quæstio fuit. Gubernatoris intentio erat,
usum bombardarum nobis interdicere, quasi nostro is non fundaretur privile-
gio. Contra ego illum nobis licitum vi privilegii asseritabam, Nobilibus, aliis-
que civitatis incolis ut maxime interdictum. Sub armis enim & sclopetas
venire intellectu juris; *argum. l. 3. §. armis, ff. de vi & vi armat. l. armorum 41.
ff. de V. S. l. qui commeatus, § arma, ff de re militar.* Novell. 85. *cap. 4.* & ipsa quoque
Italorum interpretatione: Decianus *libr. 8. tractat. criminal. cap. 2. num. 15.*
(ubi post alia narrat: Patavii adolescentem Scholarem à Superiore civitatis
Bernhardo Navagerio licentiam gestandi arma ut impetraret, intercessione sua
(Deciani intellige) usum. Huic Superiorem, assensum & indulgentiam præ-
buisse hac limitatione, ut Scholaris tantum id armorum genus secum ferret,
quod ipse ei præscripturus. Cumque Scholaris id recepisset, nullum ei aliud
armorum genus, quam bombardam colubrinam (ein Feldschlänglein) ut fer-
ret, concessisse.) Tandem Natione nostra ad aulam Magni Ducis Hetruriæ
provocante, sententia contra Gubernatorem lata, nostra, hac in parte, fremente
licet adversario, sarta tectaque fuerunt conservata privilegia.

IV. Nocturnas discursationes, das Gassatengehen quæ ut plurimum damnosæ, præsertim si cum vociferatione, armorum fremitu, oppugnatione ædium, fenestrarum nece, & aliorum fiant injuria. Studiosi qui nocturno tempore frequentius discurrunt, similes sunt stellis acronyche orientibus, & cosmice occidentibus. (De terminorum declaratione adi Galeott. Mart. *de doctrin. promisc. cap. 37. pag. 370.*) Eunt cubitum mane Sole oriente, de nocte oriuntur. Sunt autem Planetæ retrogradi, plus deficiunt, quam proficiunt. Diligentes vero sunt similes stellis cosmice orientibus, & acronyche occidentibus. Sunt autem Planetæ directi, & hi multum proficiunt. Paulo post emergunt è radiis solaribus, & vocantur [illegible]. *An vero vigiles, & alii ministri publici, noctambuiones istos impune vulnerare, vel occidere possint?* tractat Cubach *centur. 2. quæst. illustr. dec. 3. quæst. 8.* & Philaretis Epistola *ad Centumviros Rostochienses, de vindicata nece optimi juvenis Ioannis Marquardi Rigensis, qui a nocturnis vigilibus sine ulla justa causa, inspectante ipso vigilum præfecto, de quo non ita meritus erat, nefarie & scelerate trucidatus. An studiosos noctu delinquentes sine Rectoris consensu, Senatui Municipali Rostochii per suos lictores prehendere, & in carcerem conjicere permissum sit?* tractat Cothmannus *responso Academico 5.*

108.

CAPVT VII.

De sumptibus factis in studia.

SVMMARIA.

1. *Vento non vivitur.*
2. *Pater tenetur educare, & alere liberos.*
3. *Dotis & studiorum causæ æquiparantur.*
4. 5 6. 7 8. 9. 10. *Sumptus in studia facti an conferendi à filio, & in portionem, filio ex hereditate paterna debitam, imputandi.*
11. 12. 13. 14. *Autoris opinio.*
15. *Explicatur l. 6. ff. de alim. & cibar. leg.*
16 17. *Responsa ad argumenta contraria.*
18. 19. *Explicatio l. 50 ff. fam. hercisc.*
20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. *Qui sumptus dicantur erogati in studia.*
28. *De sumptibus in Doctoratus, atque Magisterii honores, erogatis.*
29. *Pater administrator bonorum maternorum filii, sumptus in studia filii impendens, de quibus bonis eos fecisse præsumatur.*
30. *An mater teneatur filio sumptus ad studia subministrare.*
31. 32. 33. 34. *Quid de heredibus paternis dicendum sit.*

1. CVm Studiosis, æque ut cunctis mortalibus, alimenta necessaria sint: nec enim vento vivitur: *l. 2. in fin. C. de alim. pupill. præstand.* & præterea, modo magnos in scientiis progressus facere debeant, plurima requirantur alia, quæ obtinere nemo possit, ni Chrysostomus intercedat, omnium maxime videndum est, *an pater teneatur filio studioso sumptus ad studia necessarios suppe-* 2. *ditare?* Si legum sequimur præscripta, fateri cogimur, naturalem stimulum inter cætera patrem hortari ad educationem liberorum: *l. un. §. 5. C. de rei uxor. action.* Educatio autem illa in duobus potissimum consistit, quorum unum corpus, alterum, ipsum respicit animum. Corporis alimenta cibus potusque naturalis sunt; animi autem, doctrina & informatio. Ad alimenta naturalia liberis præstanda adeo parens obstrictus est, ut necare partum dicatur is, qui alimoniam ei denegat: *l. 4. ff. de agnosc. & alend. liber.* ad cætera vero non minus, recta eum obligat ratio, & pietas paterna: *l. 5. C. ad SC. Macedon. l. 50. ff. famil. hercisc.* quam ad illa naturalis stimulus. Si enim multo satius est animos curari, quam corpora ipsa: *arg. l. 22 in f. C. de sac. sanct. eccles.* parum consuluisse liberis parentem dixeris, qui curæ cordique sibi esse patitur, liberi ne inedia consumantur, ni & hoc agat, ne vitiis corrumpantur, & ne sint inutilia tantum terræ pondera, fruges consumere parati. Si qui parentum sunt, qui liberos, ad studia aptos, bonis non imbui curant literulis, illos, eosdem non absurdo respectu necare dixeris, aut iisdem obstaculo esse, quo minus vivere videantur. Vita enim sine literis mors est, ut præclare Seneca scribit *epist. 82. in pr.* & hominis vivi sepultura. Eruditio autem, & quæ huic connexa, aut æquipollentia sunt, hoc præstant, ut naturaliter licet mortui, civiliter tamen in perpetuum per gloriam vi-

vere

vere intelligantur: *pr.Instit.de excusat.tut.l.14.C.de advoc.divers.judicior.* Musæ enim vetant mori. Parentum maxime interest animum liberorum suorum non corrumpi: *l.14.§.1.ff.de serv.corrupt.* & cur non intererit eorum excoli animum? Tutorum officium est, ut pupilli liberalibus imbuantur artibus: *l.12.§ 3. ff.de administr. tut. l.4.ff.ubi pupill.educar.l.2.C.de alim.pupill.præst.* Gutierez *de tutel.part. 2.c.3.* Munnoz de Escobar. *de ratiocin. administr. t. 1. c.27. num.57.* Sunt autem illi vicarii quidam patrum: Anton. Faber. *in Iurisp.Papin. t.11.pr.1.* Wesenb. *ad §.3 n.3. Inst.de Attil.tut.& ad §.1.Inst.de tutel.* At vicarii non pinguius esse officium potest, quam illius, cujus ipse repræsentat vices. Suadet hoc præterea interesse publicum. ne contrarium si parentes egerint, in Repub. lapis super lapidem, ut ille ajebat, *sedeat*: neve, si liberi comedones tantum, ventresque fint, surgente ætate, cum non habeant, unde vivant, manticulari occipiant, & sceleris denique in præmium literæ fiant longæ, & amphoræ pendentes. Hujus interesse respectu, non inepte à Doctoribus causa dotis & studiorum æquiparatur: Bartol. *ad l.1.ff.solut.matr.* Iason *ibid. n.53.* Ruinus *cons.101. n.12. lib.1.* Barbosa *ad d.l.1.solut. matrim. part.7.n.23.* exindeque ut pater etiam invitus tenetur dotare filiam: *l.19. ff. de ritu nupt. l.6. de collat. bonor.* ita & invitus sumptus ad studia filio suppeditare cogitur: Imola *in l. quidam cum filium 132. in fin. ff.de V.O.* Andr.Sicul. *cons.7.n.26.lib.2.* Pinellus *ad l.1.C. de bon.matern.* Item respectus & hoc operatur, ut expensæ in studia factæ, necessariæ audiant: *l.6.§ 5.ff.de Carbon.edict.* & Macedoniano Senatusconsulto non subjaceant: *l.5.C.ad SC.Macedon.* Verum ut maxime parentem ad hoc obligatum demonstraverimus, inde tamen filio studioso nondum satis prospeximus. Nam mortuo patre, coheredes reliqui sumptus in studia factos in rationem portionis, quæ ex parentis bonis ad filium studiosum pertinet, revocabunt, non extra colorem. I. Dotis enim causa, ut diximus, cum studiorum comparatur causa: at dotem conferre tenetur filia: *l.1.ff.de dotis collat. l.7.C.de collat.* tenebitur itaque & filius horum ad sumptuum collationem, ut arguit Abel Strasburg. *cons.3.num.46.* II. Præterea, ejusmodi sumptus, si credendi animo pater subministravit, in rationem portionis, quæ ex defuncti bonis ad eundem filium pertinet, computari debent: *l.10.ff.famil.herc.* Contra vero nec filio deerunt patroni: Wesenb. *in parat.ff.de collat. dot. num.3. & cons.20.num.14.* Reusner. *lib.2.consult.q.8.* Hartm.Pistor. *1.q.19.* Arumæus *disput. ad Pandect.10.th.15.* Anton.Coler. *Isagog.Iurisprud.part.2.disput.4.problem.4.* Schneidevvin. *ad §. quædam actiones, n.42. Instit.de actionib.* & alii ab his allegati, quorum rationes fere sunt, quæ sequuntur. I. Tunc demum debet conferre filius sumptus, si credendi animo eos pater misisse fuerit comprobatus: *d.l.50.ff.fam.herc.* ergo regulariter non tenetur, sed semper præsumitur pater donasse, nisi contrarium fuerit probatum. Loquitur quidem *dict.l.50.* de emancipato, at si hoc in emancipato obtinet, multo magis idem obtinebit in

5.
4.
6.
7.

filio in ſacris paternis conſtituto. Cum quia non eadem eſt circa illum, quam 8. hunc neceſſitas, tum quod nec eadem affectio. II. Cum hæc impenſa ſit quodammodo æs alienum, ac filiis debeatur: *d. l. 50. d. l. 5. C. ad SC. Macedon.* æquius eſt conferri non debere: Iaſon *in auth. quod locum, num.* 3. *&* 4. *C. fam.* 9. *herciſc.* Weſenbec. *d. loc.* III. Quaſi-caſtrenſia non conferuntur: *l. 1. §. 15. ff. de collat. l. fin. C. eod.* Atqui ſumptus ſtudiorum à patre dati, ſunt quaſi-caſtrenſia 10. bona: *argum. l. 11. ff. de caſtr. pecul. l. fin. in fin. pr. C. de inoff. teſtam.* IV. Argumentum trahunt *ex l. un. C. de periculo ſucceſſor. parent. lib.* 10. Qui vult conſequens, vult etiam neceſſarium antecedens: *l. 2. ff. de juriſdict.* At parens vult conſequens, ut ſcilicet filius evadat vir doctus: ergo & ſumptus velle debebit, ſine quibus ad illud conſequens pervenire nequit. Hæc & alia illi: quibus 11. quantum robur inſit, cuilibet expiſcandum relinquo. Mihi ita videtur: Quoniam nuſpiam in Iure conſtitutum legitur, alimenta liberis præſtita in collationem venire, aut in familia hereiſcenda earum hanc rationem haberi ut in portionem alicubi debitam imputari poſſint, ideo nec illud à nobis dici poſſe. Quod enim lege non cavetur, in practica, ut quidam ait, non habetur: & erubeſcimus merito ſine lege loqui: *Novell. 18. c. 5.* Illud potius ex ratione legum eſt, ut con-12. trarium in Iure dicamus expreſſum. Quod enim defunctus debet heredi, in familiæ herciſcendæ judicium non venit: Weſenbec. *in parat. ff t. fam. herciſc.* 13. *n. 5. in fin.* At alimenta debuit heredi, ut diximus. Deinde alimenta, quæ parentes liberis ſubminiſtrarunt, reddi ſibi non juſta ratione poſtulant: *l. 11. C. de negot. geſt.* ergo nec ſibi ea reddi juſta ratione poterunt poſtulare heredes, quorum jus pinguius eſſe non poteſt, quam fuit iſtius, in cujus ipſi jus ſucceſſerunt: *l. 177. l. 54. l. 120. ff. de R. I.* At poſtularent iſti, ſi collationi, aut imputationi in rationem portionis, quæ ex defuncti bonis ad filium pertinet, locum eſſe, aut dari 14. contenderent. Quod ſi itaque alimenta collationem aut imputationem ſubterfugiunt, ſumptus quoque in ſtudia filii facti eadem effugiunt onera. Sunt enim, & dicuntur, ſumptus iſti alimenta, ſi non corporis, tamen animi: *d. l. 2. C. de aliment. pupill. præſtand. l. 3. in pr. & §. 5. ff. ubi pupill. educari.* Mynſing. *centur. 3. obſervat.* 12. & plerumque cum alimentis corporis conjunguntur, atque pari ambulant ratione: *l. 1. C. de infant. expoſit. l. 15. C. de negot. geſt. d. l. 2. C. de aliment.* 15. *pupill. præſt. l. 2. in pr. l. 4. ff. ubi pupill. educari. l. 6. §. 5. ff. de Carbon. edicto.* Nec obſtat *l. legatis 6. ff. de aliment. & cibar. legat.* ubi legatis alimentis, cibaria & veſtitus, & habitatio deberi dicitur; cum ſine his ali corpus non poſſit: cætera, quæ ad diſciplinam pertinent, legato non contineri. Non obſtat, inquam, nobis hæc lex: quia non negat, ea, quæ ad diſciplinam pertinent, alimenta non eſſe, nec dici, ſed innuit hoc tantum; alimentis legatis, ea non deberi, quæ ad diſciplinam pertinent: quæ duo inter ſe maxime diſtincta ſunt. Alimentorum nomen & generale eſt & ſpeciale. Generali nomine alimentorum omnia ea veniunt, quæ & corpus & [illegible] alunt, nutriunt, ſuſtentant. Speciali vero ea

tantum,

tantum, quæ corpus concernunt: qualia ſunt, cibaria, veſtitus, habitatio: *d.l.6.* medicamenta, & cætera, quibus tuendi curandique corporis noſtri gratia utimur: *l.44.ff. de V.S.* Menoch. *lib.4. præſumpt.157.n.30.* Quæſtio itaque eſt *in d.l.6.* ſi teſtator alicui legaverit alimenta, an vocis ſignificatus generalis, an vero ſpecialis recipiendus ſit? Pro affirmativa facere videbatur, tum favor alimentorum: Cujac. *ad Nov.88.* tum quod in dubio verba intelligi debeant in potentiori ſignificatu: Tiraquell. *de retractu convent.§.2. gloſſ.1. n.41.* Iaſon *conſil.180. n.7. vol.2.* Sed hiſce inſuper habitis Iavolenus contrarium reſpondit *d.l.6.* cui aſſentitur Paulus *in l.7. d.t.* limitatione iſta, modo aliud teſtatorem ſenſiſſe non probetur. Ratio ICtorum ſine dubio fuit; tum, quod ſpecialis ſignificatio vocabuli, *alimenta*, ſit propria; generalis autem magis per extenſionem aliquam recepta; tum quod legata ita interpretanda ſint, quo minimum heredi inde accreſcat onus: *l.29.§.1. & l.75. ff. de legat. 3.* Varios itaque ob reſpectus vocabulum, *alimenta*, modo generale, modo ſpeciale eſt. Generale eſt, quando alimenta debentur jure naturæ; tunc enim & diſciplinæ quoque, nomine alimentorum veniunt: *d.l.4. ff. ubi pupill. educari debeat; ubi* Gothofred. *in not.* Speciale eſt, quando diſpoſitione & beneplacito hominis: *d.l.6.* imo & quandoque ſpecialiſſimum, quando de alimentis tranſigimus: tunc enim ſtricta maxime alimentorum explicatio eſt, ut neque habitationem, neque veſtiarium comprehendat: *l.8.§.12. ff. de transactionibus.* Ad argumenta pro contraria opinione ſuperius adducta reſtat reſpondeamus. Ad *primum* reſpondet Hilliger. *ad Donell. lib.19. comment. c.4. lit. XX.* Præterquam quod ſtudiorum cauſa potior cenſeatur dote, à Rebuffo *privil. ſchol.82.* eſſe hic inter dotem & ſumptus ſtudiorum rationem diſparem, indeque diverſum favorem. Dotis in eo multa privilegia, ut ſalva ſervetur filiæ, non ut præcipua habeatur, nedum ut inæqualitas introducatur, ſi collationi eximeretur, & abſurditas, ſi filiæ in alienam familiam tranſeuntes, plus filiis conſequi deberent. Reipublicæ utilitatem exigere, ut dotentur fœminæ, dotatæque maneant. Hic manere, nec per hanc cauſam dotem, ſi legitima major, filiæ auferri; ſed tanto minus ex re quis nanciſci, quantum nomine dotis ipſi quaſi prærogatum. At Reipublicæ utilitatem exigere, non tantum expendi ſumptus ſtudiorum, ſed eosdem nec imputari, nec collationi ſubjici: quia alias pauciores ſtudiis invigilarent. Nec eſſe hic inæqualitatem, ſi Geometricam analogiam ſpectemus. Qui plus poteſt aliquando Reipub. prodeſſe, inque id intentus eſt, eum majore favore proſequendum. Quin imo ſi ad liquidum rem exigimus, non multum diverſam hic dotis & ſtudiorum cauſam eſſe. Dotem non conferri, niſi extet, & ſalva ſit filiæ, vel dolo ejus, culpave factum ne ſit: *Novell. 97.c.6.* Ant. Quetta *conſ.90. n.5. & 6.* ita quam pecuniam pater filio tribuit in ſtudiis verſanti, illam jam conſumptam eſſe, nec quicquam inde ad filium, quod permaneat, rediiſſe. Ego ita cenſeo, in multis convenire dotem & ſtudiorum cauſam, at non in omnibus. Tenetur pater ad dotandam filiam, tenetur & ad

16.

17.

 alimen-

alimentandum filium ſtudioſum. Reipublicæ intereſt dotes mulieribus conſervari, cum dotatas eſſe fœminas, ad ſubolem procreandam, replendamque liberis civitatem, maxime ſit neceſſarium: Reipublicæ quoque intereſt impendia filiis ad ſtudia dari, cum ad conſequendam eruditionem, & ſcientiam, qua totus illuminatur mundus, & ad obediendum Deo, atq; ejus miniſtro magiſtratui, vita ſubjectorum informatur, ut *Auth. habita, C. ne fil. pro patr.* loquitur, impendiis inſtructis maxime ſit opus. In his & aliis, ut maxime conveniat dos cum impendiis in ſtudia faciendis, in aliis tamen maxime differens eſt. Et ne longum abeamus, in eo differentia manifeſtiſſima cernitur, quod impendia in ſtudia eroganda alimentorum nomine veniant, non dos: quodque expreſſe leges dotem conferendam ſtatuant, alimenta conferenda non ſtatuant. Dotem hominum avaritia, qui carnem ſine condimento nolunt, expetit: impendia in ſtudia neceſſitas requirit. Matrimonium ſine dote eſſe poteſt: *l. fin. in pr. C. de donat. ante nupt. l. fin. C. de repud.* & quod inde ſequitur, liberis repleri civitas poteſt: at ſine impendiis ſtudioſus eſſe non poteſt, &, quod huic conſequens eſt, illuſtrans ſcientia mundum evadere non poteſt. Ad *alterum* quod *ex l. 50. fam. herc.* adducitur reſpondeo: Aut loquimur de filio emancipato aut non emancipato. Si de emancipato loquimur, ſciendum eſt, patrem poſſe eidem ſumtus ad ſtudia ſubminiſtrare vel animo credendi, vel animo non credendi. Animum credendi, non præſumi, niſi comprobetur: animum non credendi, præſumi, niſi contrarium probetur. Illo caſu, quæ pater filio emancipato ſtudiorum cauſa peregre agenti, ſubminiſtravit animo credendi, in rationem portionis, quæ ex defuncti bonis ad eundem filium pertinuit, computari. Hoc, quæ pater filio emancipato ſtudiorum cauſa peregre agenti ſubminiſtravit animo non credendi, ſed pietate debita ductus, in rationem portionis, quæ ex defuncti bonis ad eundem filium pertinuit, computari citra iniquitatem non poſſe. Atque hactenus *d. l. 50.* ſenſus. Quando vero de non emancipato nobis ſermo eſt, tunc aut pater credendi animo filio impendia in ſtudia ſubminiſtrat, aut pietate debita ductus. Priori caſu maxima inter emancipatum & non-emancipatum differentia eſt. Cum emancipato contrahere parens poteſt, in tantum ut ex contractu inter eosdem naturalis & civilis naſcatur obligatio. Poſtquam enim de jure civili emancipatione patri extraneus factus fuit: Cujac. *tr. 5. ad African. in explicat. l. 14. ff. de poſſ. bon. contra tabb.* nil obſtat, quo minus civiliter parenti obligari queat: ſublata enim eſt per emancipationem juris illa fictio, qua parens & filius pro una eademque habentur perſona: *arg. l. 10. ff. de option. legata.* Cum non-emancipato res aliter ſe habet. Is enim cum patre unam eandemque repræſentat perſonam: *l. ult. C. de impuber. & aliis ſubſtit.* Vox filii eſt vox patris, & vox patris eſt vox filii: *§. ſi quis alii 4. Inſtit. de inutilib. ſtipulat.* Atque inde ſi contractus inter eosdem celebrentur, parens fieret ſui ipſius creditor & debitor, quod abſurdiſſimum: *l. 16. ff. de furt. § item inutilis 6. Inſt. de inut. ſtipul. l. 50. ff. ad SC. Trebell. l. 56. § 1. ff. de fidejuſſ. l. 2. in pr.*

in pr. ff. de contrah. empt. Atque hæc de jure civili obtinent, quo fictio illa unionis introducta inter personam patris & filii, non autem de jure naturali. Illud enim cum tot personas numeret inter se distinctas, quot sunt capita, concedit quoque parentem cum filio contrahere posse, sed ut ex contractu illo naturalis tantum oriatur obligatio: *l. 38. §. 1. & 2. ff. de condict. indeb.* Altera differentia inter emancipatum, & non-emancipatum, quoad quæstionem nostram, illa est, quod sumptus studiorum causa emancipato à patre credi possint, non-emancipato credi non possint. Ita enim de emancipato *in d. l. 50. fam. hercisc.* expressis verbis legimus, at de non-emancipato id nullibi legimus. Quin imo patrem alimenta liberis non-emancipatis credere non posse, inde manifestum est, cum alimenta illis præstita repetere non possit: *l. 11. C. de neg. gest.* Et quandoque extraneos etiam nec sibi nexos filios alit, seu mercedes pro his aliquas magistris expendit, si paterno affectu id agat, nulla expensarum ipsi repetitio est: *l. 15. d. t. C.* multo itaque magis in illis, qui in ejus sacris constituti sunt, idem obtinebit, cum aliter his alimenta præstare, seu mercedes pro iisdem magistris expendere non possit nec debeat, nisi affectu paterno: *d. l. 11.* Qui enim liberos in potestate habet, eosdem is quoque affectu paterno prosequi debet: *l. 7. in pr. C. de curatore furios. Novell. Leonis. 2.* Consistit enim patria potestas in pietate paterna: *l. 5. ff. ad l. Pompej. de parricid.* Emancipatos affectu paterno prosequi licet, cum & alios extraneos eodem prosequi liceat. Emancipatis pietatem pater debet: *d. l. 50.* sed non alio nisi naturali vinculo: cessat enim hic civile, cum filius amplius non sit, sed extraneus *§ emancipati 9. Inst. de hered. quæ ab intest. defer.* Non-emancipatis vero utroque jure, & naturali scilicet & civili, pietatem pater debet, & eosdem propter naturam & ipsas leges alere tenetur: *l. ult. §. 5. C. de bon. quæ liber.* unde evenit, ut non tantum non alimenta corporis, sed nec alimenta animi iisdem credere possit. At emancipatos quoque, ais, pater alere debet: *l. 5 §. 1. ff. de agnosc. & alend. liber.* Ergo dum debitum exsolvit (hoc est, emancipatum alit) creditum constituere (hoc est, emancipatum sibi obligare ad sumptus in alimenta factos) nequit. Recte mones. Verissimum quippe est, patrem non tantum liberos, quos in potestate habet, sed emancipatos alere debere: *l. 4. & 5. d. t.* proindeque utrisque etiam sumptus in studia administrare, per superius deducta. At in eo differentia consistit, quod alimenta corporis emancipato pater credere non possit: *d. l. 5. §. 1. verb. cogatur*; alimenta vero animi, h. e. impendia in studia credere possit: *d. l. 50.* Post hæc à me scripta visum mihi fuit etiam non male hoc modo *d. l. 50.* explicari posse. Pater filio emancipato studiorum causa peregre agenti subministrat pecuniam, & postea moritur intestatus, successoribus relictis liberis, emancipato illo, atque aliis non-emancipatis. Quæritur, postquam emancipatus cum suis ex generali dispositione juris succedere parenti intestato possit: *§. 19. Inst. de hered. quæ ab intest. Nov. 118. c. 1.* an illa pecunia, quam ipsi pater subministraverat, debeat in rationem portionis, quæ ex defuncti bonis ad eundem filium emancipatum

19.

pertinet

pertinet computari? Reſpondetur per diſtinctionem. Aut parens filio emancipato pecuniam ſubminiſtravit animo credendi, aut pietate debita ductus. Priori caſu in rationem portionis, quæ ex defuncti bonis ad eundem filium pertinet, computari debet. Altero, in rationem portionis ejus ut computetur, æquitas non patitur. Atque hæc per ſe ſatis clara ſunt. Verum dum ulterius quæritur, quibus judiciis probetur, parentem emancipato ſuo filio iſtam pecuniam credendi animo ſubminiſtraſſe; & quomodo alterum illud probetur, pietate debita inductum filio ut ſubminiſtraret ſumptus, tunc non cum aliis ad rationes atque ephemerides patris recurrendum puto, uti nec ex aſſe ad ipſius voluntatem, ſed potius ad legum præſcripta; ex quibus mutuanda deciſio. Prima quæſtio juris eſſe debet, altera facti: ſcilicet an parens ea quæ filio emancipato ſtudiorum cauſa peregre agenti ſubminiſtravit, eidem credere potuerit; deinde an eidem eadem credere voluerit. Filio emancipato parens ea demum credere poteſt, ad quorum exſolutionem nullo jure cogitur. Quæ autem filio emancipato ſubminiſtrare tenetur, ea eidem ut convertat in creditum impoſſibile eſt, quicquid denique voluntatis ipſi fuerit. Ius enim hoc in conflictu vincit voluntatem. Ponamus nunc parentem filio emancipato ſubminiſtraſſe bonam pecuniæ ſummam ad ſtudia, illam ſane in rationem portionis, quæ ex defuncti bonis ad eundem filium pertinet, computari æquitas non patitur. Ratio: quia parens filium emancipatum tenetur exhibere: *d.l.5. §.1. de agnoſc. & alend. liber.* ſeu alere: ergo quæ alimenta ad ſtudia pietate debita ductus filio exſolvit, ea nullo modo poterant abire in creditum. Ponamus iterum, parentem filio emancipato ſtudiorum cauſa peregre agenti ſubminiſtraſſe pecuniam, non quidem ad ſtudia, ſed alios in uſus: Hoc caſu mera facti erit quæſtio, an parens illam pecuniam credere, an donare voluerit filio emancipato, utrumque enim potuit: *l.2. C. de inoff. donat, arg. l.38. ff. de condict. indebiti.* Si conſtat de animo donandi, non poteſt in rationem portionis, quæ ex defuncti bonis ad eundem filium pertinuit, computari, nec ad collationem revocari: Weſenb. *in parat. tit. ff. de collatione dotis, n.2.* niſi hujusmodi legem donator tempore donationis ſuæ indulgentiæ impoſuerit: *l.20. §.1. in fin. C. de collat.* Si vero conſtat de animo credendi, tunc emancipatus ratione debiti coheredibus ſuis obligatus eſt: *l.37. ff. de acquir. vel omit. hered.* Quod ſi vero neque de donandi, neque de credendi animo aliunde conſtiterit, ad juris recurritur diſpoſitionem, quæ animum donandi non

20\. præſumit: *l.25. ff. de probationibus.* Quibus ita poſitis videndum eſt, quosnam ſumptus ſtudiorum cauſa factos aſſerere debeamus, & ad quæ impendia filio ſtudiorum cauſa peregre agenti ſubminiſtranda parens teneatur. Quæ ad alimenta filii ſtudioſi pertinent, ea vel ad alimenta corporis, vel ad alimenta animi referuntur. Ad alimenta corporis pertinent I. Cibaria: *d.l.6. ff. de aliment. legat.* II. Veſtitus: *dict. l.6. l.45. ff. de V. S.* III. Habitatio: *d.l.6.* IV. Cætera, quibus tuendi curandique corporis noſtri gratia utimur: *l.44. ff. de V. S.*

Ad

[21.] Ad alimenta animi pertinent, (1) Mercedes atque honoraria præceptoribus debita: *d.l.4. ff. ubi pupill. educar. & reliquis textibus ſuperius à me allegatis*; pro informatione, pro præſidio, quod diſputantibus præſtant. (2) Libri: *l.19. ff. ad exhib.* Inde ſi filius libros ſibi neceſſarios ære paterno comparavit, eos non magis conferet, quam alimenta cætera. [22.] Quod ſi parens eosdem filii nomine comparavit, etiamſi utiles tantum, non vero neceſſarios, itidem præcipuos habebit: *arg. l.18. C. fam. herciſc.* Admittit hoc Menochius 3. *præſumpt.* 30. *n.22.* ſi libri filio à parente fuerint traditi: ſed rectius Chiflet *de port. legit. c.*14. (allegatus ab Hilligero *ad Donell. lib.*19. *c.*4. *lit. XX. p.*499.) idem ſtatuit, etiamſi nondum fuerint traditi. Quod ſi vero filius, ſtudiorum cauſà alicubi degens, pecuniam à parente ſibi ſubminiſtratam in ſtudia, male inſumpſerit, atque alios converterit in uſus, aleam puta, veſtium nimium ſplendorem, in Venerem, aut Bacchum, aut in quicquid tandem aliud huius generis, quod extra ſtudia, atque honeſta ſtudioſis convenientia exercitia eſt, eo caſu collationi, aut imputationi, merito locum dari arbitror: *arg. l.1. §.23. l.2. §.2. ff. de collat.* Coraſ. *ad l. filium 24. C. fam. herciſc. tit. legitima. n.*11. Hartm. Piſtor. *lib.*1. *q.*19. *n.*7. Schneidevv. *ad §. quadam actiones, Inſtit. de act. rubr. de actione fam. herciſc. tit. quid veniat in hanc actionem, n.*44. Ioh. Garſia Gallec. *de expenſ. c.*4. *n.*3. Barboſa *ad l.1 ff. ſolut. matrim. p.*7. *n.*64. Hilliger. *d.l. p.*501. [23.] Putat Antonius Faber 41. *error. pragmat.* 7. filio ſumptus illos in rationem portionis, quæ ex defuncti bonis ad eum pertinuit, computari non poſſe, eosdem bene ſive male conſumpſerit. Verum ſi generaliter hoc de omnibus intellectum voluerit ſumptibus, ſuam ipſe defendat ſententiam, ego hoc non ſubibo periculum. Hoc velim obſervari, caſu eo, quo filius ſumptus ad ſtudia ſibi transmiſſos perdite prodegit, ſumptuum, quos domi pater pro facultatibus & dignitate familiæ impenſurus in filium erat, ratio ineatur atque ſeparatio fiat, & diſtinctio inter illos, quos in neceſſaria alimenta, atque illos, quos in ſuperflua & non neceſſaria inſumpſit: ita ut priores filio in portionem prædictam non imputentur, poſteriores autem imputentur maxime: Valaſcus *in praxi collat. c.*13. *n.*165. Ioh. Garſia Gallec. *d. tr. de expenſis c.*4. *num.*5. [24.] Nec quicquam obſtabit parentis voluntas contraria: Gomez. *ad l. Taurin.* 29. *num.*16. *verſ. ſecundo limita*; quia in iis præciſe eſt debitor à lege, & eosdem alias erat facturus. At, inquis, etiam quoad reliquos ſtudiorum ſumptus cauſa faciendos, patrem lege obligatum, ſupra à te aſſertum eſt; ergo & illi quoque in conſiderationem eo trahi non debent, ut male licet inſumpti, in portionem filio ex hereditate paterna obvenientem imputentur. Vt veriſſimum adhuc arbitror, patrem lege obligatum eſſe ad ſumptus in ſtudia filii faciendos, ita & filium obligatum credo, ſumptus à parente ad ſtudia ſibi ſubminiſtratos, ſi præcipuos habere velit, nec pati ut imputationi locus fiat, eosdem ut illos in uſus, in quos eidem parens pietate debita ductus ſubminiſtravit, convertat, non autem in alios. Scilicet parens tunc demum ad ſumptuum eorum erogationem tene-

tur, quando filius studiis incumbit, atque ita conditionaliter; conditione non
25. existente, non tenetur. Inde est, quod si filius studiorum causa à patre in Academiam quandam ablegatus, in eadem non Musis, sed Baccho vel Veneri strenue litet, parens cogi non possit, contracta hac ex causa à filio debita exsolvere: *arg. l. 5. ibi; ad necessarios sumptus, quos patris pietas non recusaret*, C. *ad SC. Macedon.* Wesembec. *in parat. ff. ad SC. Maced. num.* 8. Quod si vero parens eosdem exsolverit, nisi filio donatos voluerit, imputationi locus erit. Cessat enim hic obligationis ratio, quæ, si adesset, hoc operaretur, ut in familiæ herciscundæ judicio sumptuum erogatorum nulla fieret imputatio: Wesembec. *in*
26. *parat. ff. t. fam. hercisc. n. 5. circa fin.* Præterea, si parens filium ad Academiam studiorum causa ableget, pecunia ampliter instructum ad sumptus in studia necessarios; is autem hancce pecuniam non in studia, sed alios nefarios insumat usus, illius, quod ex causa studiorum datum fuit, causa non secuta, merito in judicio familiæ herciscundæ ea habetur ratio, ut si contraria parentis non appareat dispositio, filio in portionem suam computetur. Aut si parens persuasum sibi habens, filium, studiis sedulam debitamque navando operam, debitum contraxisse, idem exsolvat, re autem ipsa appareat postea, non studiorum causa, sed compotationibus, aliisque illicitis actibus debitum hoc contractum; hoc casu tanquam indebitum solutum parens repetere ab iis, quibus solutum, non potest (de quo tamen variis argumentis disputari poterat) attamen cum falsa opinione detecta nulla relinquatur pietatis causa, ni parentis nova voluntas obstaculo sit, justum atque æquum est, filio ut hoc in portionem, quam patre demortuo eiusdem ex bonis accepturus erat, imputetur. Nulla enim legitima hic subest ratio, ut præcipuam eam habeat pecuniam, quam elusa pie-
27. tate paterna perditus prodegit. Notent hæc filiifamilias à parentibus in Academias missi: maxime vero omnium hoc notent illi, qui in Academiis, frequenti hoc seculo scelere, studiosæ juventuti non modo omnem licentiæ aperiunt fenestram, in Bacchum, Venerem, atque Mercurium, sed & illicium atque calcar exemplo, hortatu, atque impulsu suo sunt, ut libris insuper habitis, gulæ serviant atque voluptatibus. Turpissimum ut plerumque hi Macedones, qui materiam peccandi malis moribus præstant (ut verbis ICti *in l. 1. in pr. ff. ad SC. Maced.* utar) quæstum sibi finem ponunt; ita censoria Magistratus virgula dignissimi, & tanquam nocentissimæ bestiæ, quorum vel levis adspectus, ut basilisci cuiusdam, juventuti nocentissimus est, digni ut cum bestiis vivant, ab hominum consortio remotissimi. Plane & parentibus contra hosce
28. Macedones actio prodita est: *l. 14. §. 1. ff. de servo corrupto.* Cæterum *de sumptibus quoque illis, quos pater pro filio expendit in gradum Doctoræ, Licentiæ atque Magisterii, quæstio est frequentissima, an filio iidem in portionem, quæ ex defuncti parentibus bonis ad eundem pertinuit, computari debeant?* Negativam propugnat, per *l. 1. §. 16. ff. de collat.* Hilliger. *d. l. p.* 498. allegans Chiflet. *de port. le-*
git.

gir. c. 14. *p.* 831. Battandier *tr. legitima, c.* 11. *num.* 34. *c.* 12. *num.* 14. Colerus *decis.* 62. *n.* 25. Pet. Gregor. 44. *syntagm.* 5. *n.* 45. Cuiac. 3. *observ.* 30. *inf.* Verum ego 29. non facilis sum horum in assensum. Diximus supra, patrem teneri subministrare filio sumptus in studia necessarios, idque valide probatum, aut fallor, dedimus. Poterat autem dubitari, *an eo casu, quo pater legitimus administrator bonorum maternorum filii existit, intelligatur potius de suis, quam maternis istis bonis erogationem in studia filii fecisse?* Schifordegh. *lib.* 2. *ad Ant. Fabr. tractat.* 23. *quæst.* 2. ductus rei veritate, favore causæ, & communi studiorum voto, pro priori respondet. Etenim pater liberos suos alere tenetur, non ex bonis liberorum maternis, sed suis: *l. fin.* §. 5. C. *de bon. quæ liber.* Quemadmodum & idem quoque filiæ dotem constituens, eandem præsumitur dedisse ut pater, atque ita ex bonis propriis, nec vero ut administrator: *l. fin.* C. *de dot. promiss.* Menoch. *lib.* 3. *præsumpt.* 15. *num.* 4. Barbosa *d. l.* 1. *ff. solut. matrim. p.* 4. *num.* 145. Atque hactenus de patre. Matrem quod attinet, eadem mihi reiteranda vide 30. tur decisio, videlicet eo casu, quo filius patre orbatus à matre sumptus in studia suscepit. Alexander Imperator Herennæ ita rescripsit, *l.* 11. C. *de negot. gest.* Alimenta quidem, quæ filiis tuis præstitisti, tibi reddi non justa ratione postulas: cum id exigente materna pietate feceris. Si quid autem in rebus eorum utiliter & probabili more impendisti, si non & hoc materna liberalitate, sed recipiendi animo fecisse te ostenderis, id negotiorum gestorum actione consequi potes. Pro eadem opinione facit *l.* 34. *ff. de negot. gest.* nec non *l.* 5. §. 4. & 14. *ff. de agnosc. & alend. liber.* Nec enim ullam differentiam inter pietatem paternam, & maternam, hoc in passu, constituere licitum est: nec ad potestatem patriam respiciendum, cuius hic consideratio nulla: *arg. d. l.* 5. §. 1. *ff. de agnosc. & alend. liber.* De heredibus autem verissimum est axioma, eos non teneri ad 31. expensas in studia fratri ex hereditate subministrandas: Garsia *de expens. cap.* 3. *num.* 52. Wesembec. *consil.* 80. *num.* 15. *inf.* Navarr. *in manual. c.* 13. *num.* 161. Schneidevvin. *ad* §. *quadam* 20. *Instit. de act. num.* 53. Excipe I. debitum ex 32. causa studiorum vivo patre contractum. Hoc etenim ex communi hereditate solvendum: *arg. l.* 20. §. 6. & 7. *ff. famil. hercisc.* Petr. Barbosa *ad l.* 7. *solut. matrim. p.* 7. *num.* 27. Hilliger. *d. l. p.* 499. II. Quando indivisa bona retinent, 33. & omnium bonorum societatem ineunt: *arg. l.* 73. *ff. pro socio.* Quod generale est in eiusmodi societatibus, ut ex iisdem studioso, unius socii filio, sumptus in studia subministrare debeant: Mozzius *de societ. c.* 2. *num.* 10. *vers. quare.* Quia in societate omnium bonorum, ut commoda, & acquisita, ita etiam impendia debent esse communia. Et sibi imputent cæteri socii, quod non cautius contraxerint, nec in ipso societatis ingressu tales impensas exceperint: Menoch. 2. *arbitr. jud. quæst.* 127. Admittit hoc Donellus *in comment. ad rubr.* C. *pro socio, num.* 12. si ante contractum initum filius socii studiis fuerit destinatus. Verum Hilligerus *ad lib.* 13. *commentar. jur. civil. eiusdem Donelli c.* 16. *lit. I.*

idem forte prædicandum existimat de iis, qui post initam societatem nati sunt, quia cogitare socii debuissent, hoc evenire posse. III. Wann ein Vatter einen Sohn studirens halben in frembde Länder geschickt / vnd vnter dessen der Vatter stirbet / alsdann wird auch das jenige / was auf die Ruckreise nach des Vatters Tod gegangen / ex communi billich bezahlet. Ita judicatum fuisse in Camera Electoris Brandenb. anno 1605. testis est Arnold. Reyger *in thesaur. jur. verb. filius, num. 76.*

34.

CAPVT VIII.

De Gradibus & Titulis Academicis.

SVMMARIA.

1. *Reipublicæ interest & delicta punire, & benemerita præmiis ornare.*
2. *Gradus Academici quando cœperint.*
3. *Gradus eosdem legitime ambire illicitum non est.*
4. *Olim qui dicti Candidati.*
5. *Hodierni taxantur mores.*
6. *Imperator est fons dignitatum Academicarum.*
7. *Imperator quo sensu omnia jura habeat in scrinio pectoris.*
8. *Rari Pontifices Doctoris titulo clari.*
9. *Imperator & immediate, & mediate creat Doctores.*
10. *Exemplum creationis immediatæ.*
11. *Archiduces Austriæ jus habent creandi Doctores.*
12. *Comes Palatinus, cui jus creandi Doctores datum, an id in Academia possit exercere.*
13. *An Doctores ab iisdem creati privilegiis paribus, cum creatis ab Academia, fruantur? Negativa.*
14. *Affirmativa.*
15. *Baccalaureatus est primus honorum Academicorum gradus.*
16. *Baccalaureus a baculo cur dictus.*
17. *Baculi usus varius.*
18. *Baccalaureus aliis à bacca laurea dictus.*
19. *Baccalaureus à voce Turcica* Bassalar.
20. *Baccalaureus a Gallico* Bachelier.
21. *Alia Faucheti opinio, à reliquis diversa.*
22. *Baccalaurei descriptio.*
23. *Eiusdem gradus vilipendium.*
24. *Baccalaurei, per jocum, Ienæ, dicuntur* Schaaffkäse.
25. *Variarum disciplinarum Baccalaurei.*
26. *Baccalaureatus dignitas est.*
27. *Baccalaureorum privilegia.*
28. *Magistri qui generaliter dicuntur.*
29. *Varii olim Magistri.*
30. *Magister unde dictus.*
31. *Magistri descriptio.*
32. *Rari olim Magistri, etiã inter Clericos.*
33. *Stephani Pasquierii judicium de raritate ista.*
34. *Intra centum annos quot Wittebergæ creati Magistri.*
35. *Nominis Magistri usus est varius.*
36. *Magistri nomen cur quandoque Doctorum præponatur titulo.*
37. *Collegii Philosophici membrum qui est, nec tamen Magister, an Decanus fieri Magistrosq. creare possit.*
38. *De Magistrorum privilegiis remissive.*
39. *An Magistris a statuto concessa privilegia etiam competant Doctoribus.*
40. *Licentiati unde dicti.*
41. *Licentiati duplices.*
42. *Licentiati paria cum Doctoribus habent privilegia.*
43. *Licentiati ubi ad Doctoris possint anhelare gradum.*
44. *Doctores unde dicti.*
45. *In Doctorando considerantur mores, & eruditio.*
46. *Ius Civile ut improbet Lipsius, & alii.*
47. *Idem ut alii defendant.*

48. Ius Civile receptum a Germanis.
49. Nec non a Gallis ex parte.
50. Henrici III. constitutio explicatur.
51. Ius Civile receptum ab Hispanis.
52. Idem cognitum Turcis.
53. Atque Chinensibus.
54. Christiani quatenus Ethnicorum legibus uti possint. 55.
56. Ius Canonicum ut impugnent alii.
57. Quatenus illud a nostratibus receptum.
58. An Imperator iuris Canonici possit creare Doctores.
59. Stupendum precocis ingenii exemplum.
60. Studio Iuris quinquennium adscripsit Iustinianus.
61. Cuiusq; anni quæ studiosorum nomina.
62. Iuris Canonici studiosis quæ præfinita tempora.
63. Doctorandus subiiciendus examini.
64. Quot Doctores examini debeant adesse.
65. De ætate Doctorandi. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72.
73. In Doctorando non considerandum quot annos studiis navaverit operam.
74. Ut nec illud, an in Academia vixerit, vel extra eandem.
75. Lex Gallica, contra sentit.
76. Infames sua culpa, ad Doctoris non admittuntur honorem.
77. Ut nec filii eorum, qui crimen læsæ maiestatis patrarunt.
78. De spurio multorum idem est judicium.
79. Autoris de eodem judicium.
80. Explicatio l. 3. §. 2. & l. 6. ff. de decurionibus. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87.
88. Cathedra, quam Doctorandus conscendit, quid notet.
89. Quid liber designet, Doctorando qui traditur.
90. Pileus cur capiti eiusdem imponatur. 91.
92. Biretum unde dictum.
93. Forma bireti, ut & materia, qualis.
94. Serici nomen unde.
95. Quid notet annulus, qui Doctorandi digito applicatur?
96. Osculum cur eius fronti infigatur.
97. Munera quæ distribuunt Doctorandi.
98. Eius rei quæ sint in antiquitate vestigia.
99. Doctoratus est dignitas.
100. Doctores sunt Nobiles.
101. Hoc negant alii. 102.
103. Sed male. 104. 105. 106. 107. 108. 109. 110. 111. 112. 113.
114. Doctoris gradus non officit nobilitati.
115. Privilegia Doctorum varia. 116. 117. 118. 119. 120. 121. 122. 123. 124. 125. 126. 127. 128. 129.

QVemadmodum Reipublicæ interest, ne delicta maneant impunita: *l. 51. in f. ff. ad L. Aquil.* ita etiam eius interest, ne benemerita abeant incompensata: *d. authent. habita, C. ne fil. pro patre. §. fin. proœm. Instit.* Gloss. *in l. un. C. de stud. liberal.* Præmiorum enim exhortatione boni efficiuntur: *l. 1. §. 1. ff. de I. & I. l. 4. C. de stat. & imagin. l. 1. §. 10. ff. de extraord. cognit.* Georg. Acac. Enenckel *de privileg. Iurisconsultorum lib. 1. cap. 10. num. 7.* Camerarius *med. cent. 2. c. 56. & cent. 1. c. 4.* *Et l'honneur est la plus douce viande, dont se nourrit la vertu:* Pierre Matthieu *livr. 1. de l'histoire de Henry IV. narrat. 3. p. 76.* hoc est: Honor est cibus dulcissimus, quo nutritur virtus. Inde laudatissimo consilio inter literatos introductum fuit, illis, qui egregios in studiis fecerunt progressus, sua, si petant, attribuere præmia, eosdemque certis honorum gradibus exornare. Ii autem quando & ubi cœperint, adeo nobis expeditum non est; vide *antiquitatis Academ. Oxoniens. apol. lib. 3. num. 331. & seqq.* Besold. *1. polit. 12. §. 3. n. 40.* constat tamen, ante Gratiani Decretum, & Petri Lombardi Sententias, non fuisse usurpatos: Maiol. *tom. 2. dier. canicul. colloq. 6. p. 507.* Incidit autem Decreti editio in annum Christi 1151. Sententiarum

vero Lombardi in annum 1160. Dresser. *mill.6.part.4.c.4.tit.de grad.& tit.academ.p.280.* Nonnulli eorum natales ita describunt: Postquam Lotharius II. Imperator, jus civile Latino sermone perscriptum, in expeditione contra Rogerium Regem Siciliæ, in Italiam, reperisset, idemque per Irnerium IC. in scholas & judicia è tenebris revocasset: Sebast. Medic. *part.1. de LL. & stat. q.6.* Val. Forst. *lib.6.hist.Iur.Civ.c.6.per totum p.508.* Chytr. *in Chronol.p.309.* ne jus Pontificium negligentius tractaretur, & quoad fieri potest, cultum juris civilis retardarent Pontifices, Decretorum suorum Professores fere circa annum 1151. honoribus auxerunt, Baccalaureos, Magistros, Doctoresque creando; in Theologia eos, qui Lombardi sententias didicerant, & aliis prælegerant: in Iure vero eos, qui decretorum rhapsodiam profitebantur. Ne autem hoc modo jus civile, vel omnino spretum jaceret, vel nobili remora impediretur, Imperatores eosdem quoque gradus studiosis & Professoribus artium exposuere: Dresser. *d.*
3. *loc.* Hos qui ambiunt (uti illis, qui fiduciam studiorum habent, illicitum non est: *arg.can.in scripturis, can.qui Episcopatum, 8.q 9.* Sagittar. *dec.8.qq illustr. q.7.*
4. *& disp. de Comit.Palat.th.25. lit.b.*) Candidatos appellare consuevimus. Ita olim appellabantur, qui magistratus ambibant, ab indumento candido, quod gestabant. Plutarchus *in problematibus* scribit: Candidatis erat moris in tunica absque toga esse, ne argentum sinu ferentes ipsi alios corrumperent cives: Blon-
5. dus *lib.3. Romæ triumph.p.76.* Vtinam vero hodie quoque nostri ubique Candidati, non argento, sed scientia instructi gradus dignitatum sectarentur, & illi, quibus ab Imperatore hæc obtigit benignitas, dignitates Academicas ut possint conferre aliis, sordes & munera in vicem eruditionis non admitterent, melior ubique rerum futura esset facies, nec stulti melioris conditionis, quam periti, conspicerentur, contra legis præscriptum: *l.4.ff.quod vi aut clam.* Sed quam varie hic peccetur notorium est, & jam olim à multis censoria notatum virgula:

Dignus & indignus pariter nunc ambit honores,
Atque ablativus casus utrumque beat.

Promotio, notatos ad gradus, fit per corruptelam, ac imperfectum scientiæ supplet pecuniarum perfectio: Ioh. And. *in Clem.2. de magist.* Equidem Itali sibi laudi ducunt, si accipiant pecuniam, & mittant asinos in Germaniam: Lans. *de princip.provinc.Europ.p.609.edit.vet.* Gilken *ad d.auth.n.407.* & fere passim sine differentia docti & indocti ad Doctoratum admittuntur: Dd. *in c.1. de privil.* Bologn. *in d.auth.habita,n.33.* in perniciem animarum, tam suarum, quam alienarum, & eorum, qui ob acceptas pecunias temere & imprudenter eos promovent, imperitiam laurea donantes: Bapt. Codronch. *lib.1.de Christ.& tuta medendi ratione,c.1.p.3.* Isti Bartolo non videntur Doctores nisi nomine, *in l.athletas, ff.de excus.tut.* Gregorio XIII. Pontifici, Doctorati potius, quam Doctores: Casp. Ens *lib.1. Epidorp.* aliis vero legum dolores, & Doctores necessitatis (cum non secus ac necessitas, ita & ipsi careant lege) *l'hore di recreatione di M. Lod.*

Guic-

*Guicciard.p.*106. Doctores moneta tonsa, id est, sine literis: silentiarii, secretarii, vnd die des Macherlohns nicht werth seind: Nolden. *de Nobilit. c.*5. *n.*189. & ingeniose de iisdem scribit Parthenius Litigiosus *l.* 1. *c.* 11. *num.* 7. In Institutis comparo vos brutis: in Digestis nihil potestis: in Codice scitis modice: in Novellis comparamini asellis: in des Reichs Abschied/ seid ihr nicht kommen weit: & tamen creamini Doctores, ô tempora, ô mores! Hinc querela Garsiæ *de expens.c.*4.*n.*6. passim reperiri plures Doctores, qui docendi, quam Scholares, qui docere possunt. Cui malo ut remedium quæreret Capuanus Episcopus, revertentes ex Academiis cum privilegio doctoratus, denuo examini subiiciendos mandabat; qui si indocti deprehendebantur, eos ea privabat dignitate: Felin. *de rescript.c.*15. Nicol.de Neapol.*in l.sed & reprobari, ff.de excus.tut.* Kirchner.*de Republ.disput.*12.*Coroll* 10.*p.*198. Fons dignitatum Academicarum, æque ut aliarum, Imperator est; ab eo enim omnium dignitatum origo est, utpote ex quo, & in quem omnes dignitates fluunt, & refluunt, tanquam flumina de mari & in mare: Bald.*in c.un.§.judices, de pac.juram.firm.* Præpos.*in c.un. quæ sint regalia.* In eo omnes dignitatum thesauri reconditi esse censentur: Curt.Iunior *cons.*1. *num.*17. Borchold. *de feud.c.*4. *num.*12. indeque nonnullos legimus concludere, Imperatorem esse Ducem, Marchionem, Comitem, Doctoremque. Is enim, inquiunt, qui pluris est, utique tanti est: Bald.*in c.*1. *notab.*1. *tit.quis dicatur Dux.* Et dicitur Imperator habere omnia jura in scrinio pectoris: Dd. *ad l.omnium* 19.C.*de testam.* Fulvius Pacianus *lib.*2.*de probat.cap.*26.*num.*21. Verum communis hæc sententia crude si accipiatur, vitio non caret. Quod ut evitemus, ita habendum erit. Imperatorem esse Doctorem juris utriusque, autoritate, sed non scientia: Tiraquell. *de Nobilit.cap.*31. *num.*573. & habere jura in scrinio pectoris, non quoad scientiam, sed quoad interpretationem; vel ratione sapientum, quos habet ad latus: Cyn. *in d. l. omniam.* Martin.de Gazar.*in tr.de princ.* Vel, quod verius, *d.l.*19. non de scriniis pectoris interpretabimur (quod tamen faciunt plerique Dd.) sed de illis scriniis, in quibus rescripta & decreta Principum continebantur: Donell. *lib.*6. *comm. cap.*6. Walter. 1. *Miscell.* 34. De Pontifice idem enunciant alii, quos eadem interpretatione tutos reddimus: raro enim & iste scientia Doctor: Felinus *in c.nonnulli, de rescript.num.*18. Iason *in l.*19.*num.*3.*C.de testam.* Inter tot, quot numerant Pontifices, quatuor Doctores reperio juris: Vrbanum V. Innocentium VI. Pasquier *aux recherches de la France. livr.*3.*chap.*10.*pag.*255. Hadrianum VI. & Paulum V. Nolden. *de Nobilitate c.*5.*n.*196. Alii præterea an fuerint unquam, nondum mihi patuit. Quemadmodum vero aliis datur ipso ex fonte, aliis inde meantibus ex rivulis, bibere: ita hic quoque alii ipso ab Imperatore, alii ab iisdem demum, in quos Imperator hanc potestatem transfudit, honorum consequuntur gradus. De Imperatore notat Angelus *in l.*1.*C.de sentent.passis*, eum vel unico solum verbo creare Doctores. Quam ego potentiam in dubium ut non voco; ita fateri cogor, ra-

rissimos

6.

7.

8.

9.

10. rissimos eiusdem extare actus. Vnicus mihi ille notus est, quando Imperator Rudolphus II. Bartholomæum Bezium, Tyrolensem oratorem, & legatum ad portam Othomannicam, antequam eius opera in arduo isto negotio uteretur, maioris dignitatis, ac reputationis gratia, solemni diplomate Doctorem Iuris renunciavit: Laur. Ohm. *de jure Episc. thes.17. lit.t.* Hisce de Doctoribus nonnulla consignavit Carolus Tapia *ad rubr. ff. de constit. princ. c. 4. n. 118.* quæ ibi

11. videre licet. Per alios hactenus modus creandi Doctores, Imperatori fuit, aut per Archiduces Austriæ, quibus hoc, beneficio summi Principis competit, ut superius posita innuunt privilegia: aut per Comites Palatinos, aut per appro-

12. bata in Academiis collegia. De Comitibus Palatinis duo potissimum in quæstionem veniunt: I. *An si in Academia consistant, ibidem potestate creandi Doctores uti possint?* Movet hanc quæstionem Thomas Sagittarius *in disput. de Comitib. Palatinis thes.25. lit. D.* sed præter, VIDEBO, nil decidit. Mihi generalis hic non sufficit definitio, specialem arbitror cuiusque tenorem privilegii suppeditare. De facto novi, Ienæ olim Nicolao Reusnero, Comiti Palatino, ab Academiæ reliquis proceribus contradictum, nec permissum in civitate Doctores vi Comitivæ ut crearet. II. *An creati à Comitibus Palatinis, quos Bullatos vocant Doctores, iisdem cum Doctoribus aliis creatis, in Academiis, approbatis a collegiis, gau-*

13. *deant privilegiis?* Negantibus si aures præbemus nostras, hæc illi nobis insusurrabunt. (1) Quod non præsumantur habere sufficientem scientiam, cum non sint publice examinati. Requiri autem in Doctoribus examinationem, & quidem rigorosam: *arg. Ordin. Camer. part. 1. tit. 18. in pr. ibi*; vnd an welchem Ort/ wol examinirt. (2) Solemnia in actu Doctoratus necessario requisita, omitti in creatione Bullatorum: ut pileus in signum splendoris ipsis imponatur, ut cathedra pro investitura acquisitæ doctrinæ tradatur, ut iis liber clausus & apertus, tanquam materia, Doctorandi in qua se exerceant, porrigatur, ut annulus in signum desponsationis legalis scientiæ digito inseratur, ut osculo, in charitatis & amicitiæ symbolum, accipiantur & dimittantur; & ut tædarum accensarum præsentia cohonestentur. (3) Favoribus, Doctoribus aliis concessis, privari Bullatos: in Collegium Ecclesiasticum eosdem non cooptari, in numerum Assessorum Cameræ non recipi: *Ordin. Cam. part. 1. tit. 3. §. 1. ibi*; in Vniversitäten/ welche zum wenigsten von den Römischen Kaiseren vnd Königen confirmirt. ad professionem iuridicam vix admitti, securitate non frui: Ioh. Georgius Becht *de securit. classe 3. th. 227.* Hæc scilicet sunt argumenta Coleri *de process. exec. part. 2. c. 3. n. 135.* Rulandi *de commiss. part. 1. lib. 1. c. 14. n. 8.* Melandri *in comm. ad ordin. Cam. part. 1. tit. 45.* Gratiani *lib. 1. discept. for. c. 176. n. 18.* Speckhan *cent. 1. quæst. 22.* Guid. Papæ *decis. 358. n. 1.* Parthenii Litigiosi *lib. 1. c. 7. n. 32.* Besoldi *in comm. ad l. 7. & 8. de I. & I. quæst. 5. & lib. 1. polit. c. 12. § 3. num 41.*

14. Noldenii *de Nobilit. c. 5. n. 174.* Verum & autoritate, & rationibus prædictorum, parum moti, Matth. Stephani *lib. 2. de jurisd. part. 1. c. 6. membr. 1. n. 74.* Arnmæus

mæus *disc.1.ad A.B.th.5.* Olim *de iure Episc.th.17.lit.t.* Treutler.*part.1.disp* 1. *th.7.* *lit.A.* & ibi Hunn. *q.*40. Sagittar. *d.dispur. de Comitib.palatin.th.26. lit b.* Maiol. *tom.2. Dier. canic. d.colloq.6. p.*507. pro bullatis concludunt; non equidem placentiæ causa, at Autor *Parthenii litigiosi*, Noldenius, atque alii scripserunt; sed veritatis amore. Abunde hoc nos docent rationes illæ, quibus suam firmant sententiam, ut mirari nunquam satis mihi licuerit, earum nervum contrariæ opinionis proceres non cognovisse. Animus mihi non est easdem huc transcribere, ad fontes lectorem remitto. Quibus vero ad eosdem accessus non datur, duo mecum perpendant, quibus tota terminatur controversia. Primum, potestatem Imperatoris; alterum, eius concernit voluntatem. Quæritur itaque, *an Imperator per Comites Palatinos possit creare Doctores?* & vix ullus est, qui hoc neget. Quæritur ulterius, *an Imperator Doctoribus à Comitibus Palatinis creatis possit assignare ea privilegia, quæ concessit Doctoribus, qui ipsius nomine & autoritate in Academiis publice renunciantur?* Et nulla unquam satis prægnans adduci à quoquam poterit ratio, quæ cursum potestatis Imperatoriæ hic sistere valida fiet. Principis enim summi potestas est, privilegia concedere, quæ nisi inhonesti aliquid in se contineant, non est quod de Principis potestate citra crimen sacrilegii liceat disputare. At inhonesti nihil fovent privilegia Doctoribus bullatis concessa. Quamvis creatio Doctorum, ait Besoldus *supra citato in loco*, de Regalibus sit, attamen cum bullatos Doctores facit Imperator ipse, vel per Palatinos, perperam ille agit. Nec enim Doctoratus simplex dignitas est, ut nobilitas, sed fundatur in eruditione, eiusq; debita publicaq; exploratione. Verum hæc Besoldi ratio partim nos non tangit, partim vero ærota adeo est, ut reprobari merito debeat. Aut enim Besoldi hæc est opinio, Imperatorem non posse per Comites Palatinos creare Doctores; aut posse quidem, sed non alios, quam quorum eruditio prævio examine satis explorata atque sufficiens deprehensa fuit. Si prius intendit, cornicum oculos frustra configere tentat, & tot seculis ab Imperatoribus exercitam potestatem male oppugnat. Quod si alterum, uti probabilius est, intendit Besoldus, contrarius ipsi in eo non sum, eruditionem atque scientiam Doctorandi quod attinet. Verum quando præterea publicam requirit explorationem, ni eam publicam dixerit, quæ à personis publicis conficitur, sed locum etiam requirit publicum, non habeo, eius ut sequar vestigia. Nec examen quidem semper necessarium arbitror ordinario jure. De statutis enim hic non loquor, nec de constitutionibus specialibus. Sane casu, quo Candidati eruditio perspicue nota est, exploratione ulterius quid opus? Hippol.de Marsil.*in pract.crimin.* §.*aggredior,n.*128. Cephal.*cons.*128. *vel.*1. Portius *cons.*209.*n.*12. *vol.*4. Præterea differentia, quam Besoldus inter nobilitatem atque Doctoralem dignitatem constituit, mihi non placet. Nec enim nobilitas simplex est dignitas, sed fundamentum habet virtutem, æque ut Doctoratus

eruditionem. In eo quoque conveniunt, quod Imperator virtutum hæc præmia tribuere debeat merentibus: *arg.l.4. C.de statuis & imag.* Quod si nunc contingat, ut & aliis ea attributa videamus, nobilitatem scilicet illis, qui virtuosi non sunt, Doctoralem titulum istis, qui eruditione atque doctrina exculti non sunt, Principis errorem cognoscimus, qui ut maxime nomine in terris Deus sit, veste tamen mortali indutus, errare, atque labi, ut cæteri mortales æque potest. At propter autoritatem Principis, & illum Nobilis; & hunc, Doctoris titulo nihilo minus compellare conveniens est. Ita potest civiliter nobilis autoritate Principis esse, qui virtuosus non est, & Doctor dici is, qui doctus non est. Cæterum quando manifesta non est ignorantia, atque ruditas Doctoris ab Imperatore creati, nostrum non est, scrupulosa diligentia de principali judicio disputare, atque sacrilego conatu dubitare, an is dignus sit, quem Imperator dignum hoc honore judicavit: *l.3. C.de crimine sacrilegii.* Politum atque politicum est, quod M. Terentius apud Cornelium Tacitum *lib.6.annal.* ad Tiberium Cæsarem: *Non est nostrum æstimare, quem supra cæteros, & quibus de causis extollas. Tibi summum rerum judicium Dii dedere: nobis obsequii gloria relicta est.* Ad voluntatem summi Principis quando recurrimus, scilicet an velit is Doctores à Comitibus Palatinis creatos iisdem uti frui privilegiis, quibus utuntur atque fruuntur Doctores illi, qui in Academiis atque Vniversitatibus literariis publica solemnitate creati atq; renunciati fuerunt, inspicienda sunt Comitum Palatinorum diplomata, quæ manifestam nobis suppeditabunt decisionem. In diplomate, quo Cæsarea benevolentia Raimanno Seltrecht Comitivam dedit, ita legimus, apud Matth. Stephani *d.lib.2.part.1.c.6.membr.1.n.73. Qui quidem Doctoratus, Licentiæ, Magisterii, & Baccalaureatus titulo ab ipso donati, libere possint & valeant, in omnibus civitatibus, terris ac locis sacri Romani Imperii, & ubilibet terrarum, omnes actus Doctorales, legendi, docendi, interpretandi, cathedram adscendendi & glossandi, de jure disputandi, consulendi, advocandi, & cæteros actus Doctorales vel Licentiæ, nec non Magisterii atq; Baccalaureatus, facere, & exercere, omnibus & singulis gaudere, & uti privilegiis, prærogativis, exemptionibus, libertatibus, concessionibus, honoribus, præeminentiis, favoribus, indultis & gratiis, ac aliis quibuscunq;, quibus cæteri Doctores, vel Licentiati, nec non Magistri, ac Baccalaurei, qui in Gymnasio Parisiensi, Patavino, Perusiensi, Pisano, Senensi, Viennensi, Ingolstadiensi, & quolibet alio publico & privilegiato Gymnasio promoti, vel etiam ab Imperatore, ac eius divis prædecessoribus Romanorum Imperatoribus ac Regibus insigniti, seu aliter quocunq; modo talia insignia acceperint, gaudent, utuntur & fruuntur, quomodolibet consuetudine vel de jure.* Eiusdem quoque tenoris alia, quæ mihi visa sunt diplomata, & crediderim fere æquipollentia ac consonantia cuncta. Contra hæc ne hilum proficiunt rationes illæ, quas paulo ante ex Noldenio adduximus. Primo enim, cum quilibet præsumatur bonus, atque sui muneris observans, præsumitur, Comi-

tem

tem Palatinum idoneos tantum ad dignitatem Doctoralem evexisse. Hoc enim diplomata urgent atque præsupponunt, ut illis Doctoratus conferant insignia, quos invenerint idoneos. Ergo præsumendum est, bullatum Doctorem sufficienti scientia esse instructum. Præterea, quod arbitrantur, bullatos hosce Doctores, examini non subiici, fallunt, & falluntur omnes: Aliud enim requirunt, & præsupponunt diplomata Imperatoria, quæ Comitibus Palatinis facultatem creandi Doctores largiuntur. Scilicet præcise urgent præsentiam duorum, vel trium Doctorum, qui Candidatum examini subiiciant: Arumæus *d.l.* Seltrechtianum, de quo modo diximus, ita habet: *Quod nimirum possit, & valeat Doctores, tam in Philosophia, quam in utroq; jure, nec non Licentiatos, Magistros, Baccalaureos creare, promovere, ordinare, constituere & facere, adhibitis tamen in cuiuslibet Doctoris vel Licentiati creatione, Doctoribus eximiis, de professione creandi, ad minimum tribus, qui Doctorandum, vel Licentiandum, examini subiiciant, & ei, quem idoneum invenerint, sufficientemq; comprobaverint, ille autoritatem interponendo, Doctoratus, Licentiæ, Magisterii & Baccalaureatus insignia, ut moris est, conferat.* At, *inquiunt*, vix est possibile, quod Comes Palatinus semper tot habeat Doctores à latere. Nihil hoc ad rem: nam nec semper Doctorem creat; quoties autem Doctorem creare voluerit, toties totidem, quot suum requirit diploma, ad se vocet, sive ex Academiis, quibus vicinus est, sive aliis ex locis. Generale enim est, accersendos esse Doctores vicinos, qui numerum compleant, si numerus perfectus non habeatur in loco, in quo faciendum examen: Abbas *in c. proposuimus 3. vers. quid si in loco studii. col. 3. & ibi* Dec. *n. 24. col. 5. ext. de probat.* Cæterum diplomata isthæc Cæsarea non unius sunt tenoris, alia examen expresse requirunt, & numerum examinatorum exprimunt, alia examinis & examinatorum nullam faciunt mentionem. Exempli causa adduco Austriacæ familiæ privilegium, quo potestatem nacta dignoscitur creandi Doctores, Magistros atque Notarios: illud sane examinis ne verbulo quidem meminit. Quæri inde poterat, an nullo prævio examine, atque exploratione profectus Candidatorum, Austriacæ familiæ proceres Doctores creare possint? Non ego de substantia actus examen reputo, eruditionem atque scientiam Candidati omnino præsuppono. De ea autem aut clarissimis constat documentis, aut non constat. Illo casu necessarium examen non arbitror, licet idem intervenire posse non negem. Altero casu necessarium arbitror. Dignis demum utroque casu honores tribuendi veniunt; idq; præter sensum communem, ipsius privilegii verba innuunt: ibi, daugsame und verdiente Personen. An autem digni appareant, documentis, vel examinatione, parum interest. Casu autem eo, quo examine Candidati eruditio investiganda venit, quotnam Doctores ad examen convocandi sint, non usquequaque expeditum est. Privilegium, ut dixi, non explicat; ad jus itaque commune recurrendum. Sed nec hoc certi quicquam specialiter nobis suggerit. Quod

enim attinet *l. 10. C. de Profess. & Medic.* ea de creatione Doctoris non loquitur, & ut maxime sensu atque ratione sua eo usque extendi posset, ab aula tamen jamdudum eam recessisse scribit Penius, *part. 1. privil. 11. nu. 4.* Vtut vero etiam unus Doctorum possit Candidati profectus in scientiis satis atque abunde explorare; ast ne cavillationi aliorum locus detur, aut quandoque collusioni aperiatur fenestra, pluralitatem Doctorum requiro. Præsertim cum examinatores instar testium habeantur, quorum pluralitas in probationibus habetur efficacior. Denique, ne & illud intactum relinquam, Doctorandos rigoroso examini subiiciendos, probare nititur Noldenius, *d. loc. arg. ordinat. Camer. part. 1. tit. 18. ibi:* Und an welchem Ort wol examinirt: Sed verba illa, wol examinirt/ non referenda sunt ad examen illud Doctorandi, de quo nobis sermo est; verum ad examen, quod Doctores illi subire tenentur, qui in Camera ad Advocati, vel Procuratoris munus adsciscendi veniunt. De ipsa tamen propositione non dubito, salvis limitationibus superius adductis. Secundo, solemnes ritus quod attinet, quos in Academiis creationibus atque renunciationibus Doctorum adhibent, illi generali lege publica nunquam firmati fuerunt; accidentia sunt, sed separabilia. Inde videmus plures solemnitates in una, pauciores vero in alia adhiberi Vniversitate. Posito vero usum atque consuetudinem pleraque illa solemnia adeo firmasse, ut in necessariam abierint observantiam, exinde tamen contra Doctores à Comitibus Palatinis creatos alia peti non poterit conclusio, quam hæc; Doctores bullatos à Comitibus Palatinis creatos non adhibitis solemnitatibus à consuetudine firmatis, legitime haud esse creatos, atque propterea Doctorum legitime promotorum privilegiis nec uti, nec frui posse. At hæc particularis tantum est, & nonnullos Doctorum bullatorum à privilegiis Doctoralibus removet, non autem omnes. Nec specialiter bullatis Doctoribus convenit, sed generaliter omnibus illis, qui spretis solemnitatibus necessariis Doctores renunciati fuerunt, sive in Academia aliqua, sive extra illam. Quoties itaque solemnitates istæ à Comitibus Palatinis fuerint adhibitæ, cessabit hæc adversariorum frigida argumentatio; & ut cesset, solent Comites Palatini Candidatis suis honorum conferre gradus atque insignia, ut moris est recepti. Tertio loco, quod à Noldenio ex aliis adductum fuit, non quæstionis probatio, sed ipsum est quæsitum. Scilicet dum generaliter quærimus, an Doctores bullati iisdem privilegiis, cum Doctoribus creatis in Academiis approbatis uti fruique possint, simul etiam quærimus, an in Collegium Ecclesiasticum, an in numerum Assessorum, Professorumque recipi debeant? Nos generalem supra diplomate Imperatorio firmavimus propositionem, bullatos nostros omnibus privilegiis, quibus cæteri in Academiis approbatis creati Doctores uti possunt, gaudere. Quod si nunc adversarii generalem hanc impugnare voluerint, non illis erit ad hoc sufficiens, exceptiones aliquas adducere, hoc enim regulam, ipsis

Impe-

Imperatoris calamo firmatam, non est expugnare, sed limitare. Limitatio enim est de regula. explicat regulam, atque in casibus non exceptis eam firmat, non infirmat. Videamus autem quam bene etiam hisce in specialibus fundatam foveant opinionem. Doctores bullati, aiunt, in Collegium Ecclesiasticum non cooptantur, hoc est, non æque, ut cæteri Doctores Academici, una cum Nobilibus in Capitulares Ecclesiarum Cathedralium eliguntur. Aiunt equidem, sed nulla ratione enunciatum hoc firmant suum, itaq; fidem istis, ut tribuamus nulla nos constringit obligatio. Iterum ego illis Imperatoris repono atque inculco voluntatem, quam ni rationibus limitatam mihi dederint, absit tam credulus fiam, ut privatorum sequar manipulum maiestatis desertor. Alterum, quod Doctoribus bullatis denegant, est Assessuræ Cameralis dignitas. Assertionis fundamentum ponunt *in Ordinat. Camerar. part. 1. tit. 3.* §. Desgleichen. Arumæus *d. loc.* sibi de veritate propositionis nihil constare fatetur. Matth. Stephani *d. loc. n. 95.* eandem ad obiectionem respondendo uberior est. Posito, ait, sed non concesso, quod Doctores ab Imperatore & Comite Palatino creati, in Camera Imperali non sint Assessores, neque Commissarii, neque Advocati; illud esset de facto. Sed videndum est, non quid Romæ fiat, sed quid fieri debeat. Neque allegatum, multo minus probatum est, taliter ab Imperatore, vel Comite Palatino creatum Doctorem vel Licenciatum, esse antehac à Statibus Imperii in Camera Imperiali pro futuro Assessore præsentatum, vel à partibus pro Commissario vel Advocato nominatum, qui à Cameralibus sit reprobatus, vel reiectus eam ob caussam, quod ab Imperatore, vel Comite Palatino sit promotus, nisi forsan indoctus & imperitus sit deprehensus, quomodo etiam ab Universitate creati sæpissime patiuntur repulsam. Sic nec possum mihi persuadere, Camerales hoc unquam facturos, cum judicium illud sit ipsius Imperatoris, ad quod sane eo ipso, quod quis ab Imperatore, vel ab alio eius nomine creatur, æque redditur idoneus, ac si ab Universitate crearetur. Neque relinqueret hanc iniuriam Imperator inultam, si animadverteret, ibi maiestatem suam deminui, ubi pro ea dimicari necesse est. Hæc Matth. Stephani. Ego quando *d. t. 3. Ordinationis Cameræ* perpendo, ne minimum quidem apicem reperio, qui contra bullatos possit induci Doctores. Verba ita se habent. Desgleichen sollen die Beysitzer alle eines erbarn Wesens vnd Wandels / auß rechter / natürlicher / ehrlicher Geburt / vnd insonderheit aber die zween Grafen / oder Freyherren / also geschickt seyn / deren einer des Cammerrichters statt / in seinem Abwesen / oder / so er auß Ehehafft verhindert / iederzeit verwesen vnd vertretten möge. So sollen die Beysitzer / so der Rechten gelehrt / vnd gewürdiget / ihrem Namen gemäß / ihre statt vertretten / dapffer / gelehrt / erfahren / auch tüglich / verständig / qualificirte Personen / auß Teutscher Nation geboren / vnd derselben Nation Gebräuch vnd guten Gewonheiten erfahren / vnd die fürbrachten rechtli-

chen Sachen zu referiren geschickt seyn / auch zuvor / vnd ehe sie zu Beysitzern genommen / in Vniversitäten / welche zum wenigsten von vnsern Vorfahren Römischen Kaisern vnd Königen / die jetzige Kaiserliche Majestät / oder vns confirmiret / gelesen / oder zum wenigsten fünff Jahr lang in Rechten studiret / auch in Gerichtlichen Händeln advociret vnd practiciret haben. Requisita atque qualitates Adsessorum hic depictas videmus varias: inter easdem, quæ ad propositum nostrum faciunt, duæ sunt potissimum: 1. Vt juris sint periti, atque in eodem, ut loquuntur, graduati, daß sie der Rechten gelehrt vnd gewürdiget. 2. Vt sint industrii in referendis negotiis, atque antequam hoc subeunt Assessorum munus arduum, docuerint in Academiis ab Imperatoribus approbatis, aut ad minimum quinque annis studio juris fuerint intenti, atque in judiciis advocando se exercuerint. De priori, ubi debeant esse graduati, decisio nulla; de posteriori vero, ubi debeant docuisse, determinatio clara; nimirùm in Academiis ab Imperatoribus approbatis. Hæc autem determinatio, à specie illa ad aliam male propria transfertur autoritate. Vrget præterea Noldenius, bullatos Doctores ad professionem juridicam vix admitti. Dixerim ego eosdem vix repelli, imo admitti debere maxime, si ad professionem apti sint eruditione & moribus. Datum enim hoc illis Imperiali beneficientia est, ut legere, docere, interpretari, cathedram adscendere, glossare, de jure disputare atq; respondere possint; & Seltrechtianum innuit diploma, & alia huic consimilia. Denique quod Noldenius ait, Doctores bullatos securitate non frui; longius ab æquo ac justo recedit, & ratione, atque verbis *auth. habita, C. ne filius pro patre, in pr.* abunde refellitur.

35. Cæterum primus, inferior tamen, horum gradus, *τῆς τελετῆς βαθμὸς*, ut dixerunt veteres: Fr. Iunius *d. c. 5. p.* 1. illis competit, qui Baccalaurei creati sunt. Nomen nulli quidem incognitum, at eiusdem ratio etiam doctioribus plerisq; non satis perspecta. 36. Dresserus *laudato hactenus in loco*, à *baculo* deducit; cum baculus tanquam insigne traditus fuerit Candidatis, h. e. iis, qui aliquos progressus in literis fecerant, repræsentans aut pastoris futuri officium, vel manumissionem, quæ per vindictas fiebat, indicans Candidatos jam è servitute barbariei dimissos esse. Fuisse hanc eandem sententiam Scholasticorum, definitio Baccalaurei, quam ipsi formarunt, indicat: *Baccalaureus est persona habens dignitatem baiulandi baculum, promovibilis in Magistrum.* 37. Baculi faceta definitio est *in Sphyng. Philos. p. 95.*

Sum decor in manibus, sustento senem, rego gressus,
Sum terror canibus, gestat me pro duce fessus.

Le baston, seu baculus, quandoque potestatem significat; ut in officiariis bellicis, apud quos nomen des Regiments induit: nec non in aulicis Mareschallis, quibus in signum præeminentiæ baculus est concreditus. Scilicet hic est iste decor, cuius versiculus meminit. Prætor militaris judicium quando exercet, baculum erectum

erectum manibus tenet, in signum potestatis suæ; atque subofficiarium, si quem habeat, eum appellare consuevimus, den Stabhalter. Alciatus *ad l.57.ff.de V.S.* 18. S.Fr. Iunius *d.tr.c.5.p.55.* à *bacca laurea*, olim Apollini & Musis sacra, originem petunt, quam huius gradus Candidatis traditam scribunt. Hos plerique alii sequuntur, & eo vocabuli scriptura inclinat. *Bassalar* lingua Turcica homines 19. præcipui dicuntur, qui propter consilium semper sequuntur Principem. Hinc Baccalaureos dictos ait Tholosan. *syntagm.jur.lib.6.c.11.n.16.* ab exercitu Christiano, qui diu cum Saladino & aliis pro recuperatione Hierosolymæ pugnavit, ad Francos traductum nomen, ut alia. Nonnulli Gallicam vocis tradunt ori- 20. ginem, à *Bachelier*, quo nomine Gallis veniunt illi, qui semel in prælio fuerunt, tanquam tyrones. Pontanus *vol.1.progymnasm 83.p.336*, Vives *tom.1.oper.p.32 &* *lib.1.de caus.corrupt.art.p.355.* quasi Battalarios (vide Lipsium *lib.1. Saturnal. sermon.c.15.p.61.*) eos dicas corrupto paulisper nomine: Goclen. *problem.Grammat.* 21. *2.n.71.* junge Choppin. *in pr.com.[illegible] Andegavens.c.63.* Alia denique est opinio Claudii Faucheti *de l'origine des Chevaliers chap.1.p.10.* ubi hunc in sensum: *Il y en a qui disent, que le mot de Bachelier vient de Bataille, comme s'il falloit dire Batailler. Mais il y a plus d'apparence, que c'estoit à dire jeune entrant en la virilité, comme ceux que les Latins appelloient* Adolescens, *& les Grecs* Ephebes. *Car encores en Picardie, Bachelier, & Bachelette, sont appellés non pas les enfans, ou fillettes de dix ans; ains les jeunes garçons de seize & dixhuit ans, & les filles prestes à marier &c. Ie suis d'advis, que Bachelier est un abregé de bas Chevalier, & que les jeunes hommes, qui se sentoient forts pour endurer le faix des armes, du commencement prirent le nom de Bacheliers, comme estans plus bas & moindres, que les hauts & anciens Chevaliers. Mesmes en Massonnerie, & tout autre mestier de France, où il y a Mastrise, l'on appelle Bacheliers ceux, qui sont passés maistres en l'art, mais qui ne sont pas jurés.* Hæc ille. Sunt nonnulli, qui dicant vocem *Baccalaureus* descendere de *bataille*, hoc est, prælio, & [illegible] *Battalarius.* Sed probabilius est, quod significaverit adolescentem ad virilem ætatem adspirantem, quos Latini, *adolescentes*, Græci *Ephebos*, nuncupârunt. Nam adhuc hodie in Picardia, *Bachelier*, & *Bachelette*, appellantur, non quidem infantes, aut puellulæ, decem annorum, verum adolescentes sedecim & octodecim annorum, & filiæ nubiles. Arbitror vocem *Bachelier* esse abbreviatam à *bas-Chevalier*, hoc est, inferior eques; & adolescentes, qui satis se putabant robustos ad onus armorum, principio tum istud nomen inferiorum equitum, cum essent minores & inferiores superioribus & senioribus Equitibus. Etiam in Cœmentitia, atque omnibus aliis mechanicis artibus Galliæ, in quibus datur Magisterium (Meisterschafft) appellantur *Bacheliers* illi, qui Magistri creati sunt (so Meister werden) verum 22. qui nondum sunt jurati. Est ergo nobis Baccalaureus, qui confecto liberalium scientiarum tyrocinio, publicum progressus sui testimonium, hocq; ipsum nomen in consessu & frequentia Academica (loquimur hic de eo, quod ut plurimum

23. mum ſit) eſt conſecutus: Pontanus *d. loc.* Hodie nonnullis in Academiis hicce gradus maxime eviluit, ut rari ſint, eum qui petant ultro & ſponte ſua, Ienæ, ni ad eum compellerentur illi, qui beneficio menſarum communium fruuntur (die in die Communität aufgenommen werden) jamdudum uſurpari deſiiſſet.
24. Ibidem per contemptum Baccalaurei communiter audiunt die Schaafkäſe; quod inde eſt, poſtquam non-nemo, qui inter numerum expetentium hunc gradum receptus, Decano facultatis Philoſophicæ caſeos ex lacte ovino obtu-
25. liſſet, quo ſuos inter competitores honorationem obtineret locum. Non eſt autem una Baccalaureorum ubique ſpecies: Ienæ, atque alibi in Academiis recentioribus, Pontani deſcriptio modo relata obtinet. Tantum enim Philoſophorum ibi hæc dignitas eſt. Alibi, præſertim vero in Academiis antiquioribus, Baccalaurei Philoſophiæ, Iuris atque Theologiæ ſunt; & neſcio, annon etiam Medicinæ. Apud Pontificios reperire licet Baccalaureos formatos, Baccalaureos ſententiarios, atque Baccalaureos Biblicos: Contzen *lib. 4. politic. c. 16. §. 4.*
26. *p.* 228. Sane hunc qui ſpernunt titulum, eius non norunt qualitatem, & ignorantia potius, quam judicio clari ſunt. Vt maxime enim infimus Academicorum ſit graduum, attamen dignitas & ipſe eſt, nec præparatio ſolum ad dignitatem; eiusque conceſſio merito ad Regalia refertur: Bachovius *ad diſp. Treutl.* 1. *p.* 28. Sagittar. *d. diſp. th.* 30. *lit. a.* fruſtra diſſentiente Treutlero 1. *diſp.* 1. *th.* 2. *lit. a.* & Beſoldo 1 *polit.* 12. §. 3. *n.* 42. 1. *Polit. c.* 4. *n.* 48. Præterea ad dignitatem huius gradus illud quoque pertinet, quod Baccalaureus in altero jurium præferendus ſit Doctori, ſeu Magiſtro artium; ita habetur in *Concordatu* inter Papam & Re-
27. gem Galliæ, *tit. de collat. §. quæ vero.* Chaſſan. *catal. glor. mundi conſider.* 24. In Thuringia quid habeant præcipui, declarat conſtitutio Iohan. Friderici & Ioh. Wilhelmi, Ducum Saxoniæ, §. vnd weil/ ibi: daß man in dieſem Fürſtenthumb keinen zum Schul- vnd Kirchendienſt / desgleichen auch zum Stattſchreiber brauchen wird/ er habe dann aufs wenigſte gradum Baccalaureatus hier (intelligit Vniverſitatem Ienenſem) oder auf einer andern Vniverſität erlangt.
28. Secundum qui ad honorum Academicorum pervenerunt gradum, Magiſtri dicuntur. Magiſtri vocabulum alias generale eſt, & illum ſignificat, cui præcipua rerum cura incumbit, & qui magis quam cæteri diligentiam ac ſollicitudinem rebus, quibus præeſt, debet: *l.* 57. *ff. de V. S.* ubi Cœlius Calcagninus. Cuiuslibet diſciplinæ Præceptores dicuntur Magiſtri, & eo veniunt nomine, Baccalaurei, Magiſtri in ſpecie ſic dicti, Licentiati & Doctores: *l.* 19.
29. §. 2. *ff. de recept. arbitr.* & Gœdd. *ad d. l.* 57. Apud Iſraëlitas Iudices Magiſtri appellabantur: *Deut.* 16. Pet. Gregor. *ſyntagm. jur. lib.* 47. *c.* 12. *n.* 2. Apud Romanos erant; Magiſter, qui auctioni & haſtæ præerat: Rhodig. *lib.* 21. *lection. antiq. c.* 17. *p.* 812. Magiſter Curiæ: Taubmann. *in Plauti Aulular. act.* 1. *ſcen.* 2. *verſ.* 29. Magiſter navis: *l.* 1. §. *magiſter ff. de exercitor. act.* Magiſter Augurum: Roſinus.

3. *antiq.*

3. *antiq. Rom.* 8. Magiſter Celerum: Idem *lib.* 7. *c.* 3. Magiſter populi, ſeu Dictator: Briſſon. *l.* 9. *de V. S.* §. *magiſtri.* & complures alii. Vocabuli originem alii à *magis* & *ter* deducunt, quod Magiſter ſuper alios eruditos ter debeat eminere. Verum, qui illud *ter* ſyllabicam tantum eſſe adiectionem obſervarunt, iſtos non applauſu, ſed cachinnis excipiunt. Dicta *l.* 57. à monendo magiſtrum dictum ſtatuit. Quod ſi de alluſione intellexeris, verus eris; notatio enim non eſt. Videlicet cui præcipua cura rerum incumbit, is in conſequentiam monendo, nihil reliqui facere debet, ut, qui ſub manu ipſius ſunt, ſtrenue officium ſuum faciant: *arg. l.* 2. *ff. de iurisdict.* Suevius *ad d. l.* 57. Noſtrum ad propoſitum Pontanus *d. l. p.* 538. Magiſtrum deſcribit, eum, cui decurſis Philoſophiæ & artium ſeptem ſpatiis, rite ac ſolemni cæremonia hoc nomen eſt impertitum. Talis ante centum annos, & amplius ſi quid eſt, erat

30.

31.

32.

Rara avis in terris, nigroque ſimillima cygno.

Etenim mille inter Clericos tum vix unus proſtabat, qui ſaltem vidiſſet Academiæ locum, & ne vix quidem unus, qui Magiſtri conſecutus nomen atque dignitatem: Felix Faber *in hiſtor. Suevic. lib.* 1. *c.* 8. Clericorum hunc nævum ingenioſo colore tegit Eſtienne Paſquier *es recherches de la France livre* 3. *ch.* 37. *p.* 381. *On deffend & interdit aux Religieux de paſſer Maiſtres es Arts, parce qu' on veut, que ils ne fichent point leur eſprit ſur les fleurettes des lettres humaines.* hoc eſt: Prohibitum eſt Clericis affectare gradum Magiſtrorum Artium, quoniam ingenia eorum non debeant inhærere floſculis humanarum literarum. Hunc priſci ſeculi defectum copioſa noſtri abundantia ſupplevit. In ſola Wittebergenſi Academia centum intra annos creati fuerunt 4415. Magiſtri: Lanſius *de principat. prov. Europæ pag.* 30. *edit. veter.* aut, ſi calculum Taubmanni ſequimur (*in Hercule Academico, in lucem producto anno* 1609.) 5184. Illo à tempore, quot illic atque ab aliarum Academiarum fundatione, noſtram uſque ad ætatem alibi creati fuerint Magiſtri, nondum annotatum reperi; at nullus dubito, magnum eorum eſſe exercitum. Antequam autem alios ad gradus deflectam, ſequentia corollaria, tumultuario quamvis ordine, adnecto. I. Magiſtri vocem proprio nomini antepoſitam, de literarum Magiſtro à Pontificii juris interpretibus accipi; poſtpoſitam vero, de artifice manuario, ſeu opifice. Sed quam bene nodum in ſcirpo hi ipſi quæſierint, illis relinquo diſcutiendum. II. Magiſtrorum nomen haud raro Doctoribus præpoſitum, in Principum licet invenire reſcriptis. Vide Caroli V. *literas ad Univerſitatem Viennenſem* apud Goldaſt. in Reichs-ſatzungen *p.* 245. Huius cauſam alii ex generalitate vocabuli Magiſtri trahunt: alii tantam fuiſſe autoritatem Magiſtrorum annotarunt, ut κατ' ἐξοχὴν Pariſiis, & Lovanii, hoc nomen eximiis Theologis attributum, illique *Magiſtri Noſtri* fuerint appellati, quaſi illi non alii deberent eſſe præceptores noſtri, nobisque illos præ aliis ſequi conveniret: Dreſſer. *d. l.* Suevius *ad d. l.* 57. Eſt & adhuc hodie alibi uſitatum, literis ad Academias perſcribendis, inſcriptionem ita formare:

33.

34.

35.

36.

Magistris & Doctoribus. Quod vel ex vetusto est more, vel progressum facit à minori ad maius. III. Quæsitum aliquoties fuit, *an qui collegii cuiusdam Philosophici membrum est, nec tamen Philosophiæ Magister extitit, Decanatus honore frui, aliisq; Magisterii insignia, titulumq; conferre possit?* Videri poterat contrarium esse respondendum: cum quod quis ipse non habet, alii nequeat dare. Sed intrepide contrarium affirmo (inquit Besoldus *d.l.1.Polit.12.§.3.n.43.* Magister enim non creat Magistrum, quatenus Magister, sed collegii, imo superioris autoritate. Est enim creare Magistrum, jus reale, non Magistrale: alias quilibet Doctor Doctorem, Magister Magistrum alium renunciare posset. Sicque potestas hæc competit ei, cui superior eam mandavit, non qui Magister est. Si qui dissentiunt forsan, & putant, Magistrum ut Magistrum tribuere honores, illi ex Magistro lapidem Philosophicum facere videntur, qui multiplicare possit Magistralitatem. *Hæc Besoldus.* Ego concedo quidem, Magistrum non creari à Magistro, quatenus tali, sed ut habente autoritatem creandi Magistros: sed an illa autoritas etiam cadat in eum, qui quidem membrum est collegii, sed non Magister, id vero decidendum arbitror ex cuiuslibet Vniversitatis vel Collegii statutis & consuetudinibus. IV. Varia magistrorum privilegia congessit Sagittarius *oratione de privilegiis Magistrorum, habita Ienæ 7. Februar. anno 1615.* quorum pleraque tamen facili nimis extensione illis attribuit. V. Quæritur, *si statuto certa sint Magistris privilegia concessa, v.g. ut nemo Philosophiæ Professor recipiatur, nisi Philosophiæ Magister sit promotus, an qui Doctoris gradum in superiori aliqua facultate adscendit, Philosophiæ licet Magister non sit, eo commodo frui possit?* Ego hoc negarem contra Besoldum *d.l.* motus verbis statuti, *Magister promotus.* Nec obstat (1) quod Magistri etiam Doctores vocentur, & Doctores Magistri: Matth. Stephani *d.tr.c.14.n.58.* Sagitt. *d.disp.th.25.l.d.* Nam priores, sc. Magistri Philosophiæ, vocantur Doctores, intellige Philosophiæ; verbis in renunciationibus communissimis: *creo vos Magistros, vel Doctores.* Posteriores vero vocantur Magistri ex ratione *d. l. 57.* non quod promoti sint Magistri. Cui consequens est, negato proprio & determinato titulo, ipsis quoque negari privilegia. Et licet quidem (2) in multis cathedralibus Ecclesiis, ubi certa sunt statuta, ut non nisi nobiles pro canonicis recipiantur, nihilo minus non excludantur Barones, Comites, Duces, &c. cum statuta ista, licet stricte, non tamen adeo sunt interpretanda, ut digniores titulo excludant, sed tantum ut inferiores. Licet, inquam, hoc ita se habeat, ut proponit Besoldus *d. l.* attamen non æque ut à Comite ad Nobilem, ita etiam à Doctore ad Magistrum licet argumentari. Nam verum quidem est, omnem Comitem esse Nobilem; sed falsum, omnem Doctorem esse Magistrum promotum, licet scientia & officio Magister dici queat. Deinde in dicto statuto genus non limitatum ponitur; in privilegio vero præsupposito, species ponitur limitata, id est, Magistri promoti.

Tertii dicuntur Licentiati, à licentia, quod illis licet summam dignitatem

rem petere & conſequi, cum voluerint: Petr.Gregor. *de art.jur. c.34.n.18.p.556.* Hodie duplices potiſſimum habemus Licentiatos. 41. Illos primo, qui Licentiati poſſunt dici publice promoti. Secundo iſtos, qui ad Doctoris contendentes gradum, examina & alia omnia ſuſtinuerunt, atque aliud nunc reliquum haud habent, quam ut ſolemnitate publica renuncientur Doctores. 42. Priores ſolemnitate publica parum ab illa, quæ promotionibus Doctorum adhiberi conſuevit, differente, & vel ſola bireti, ſeu pilei, impoſitione excepta: Cupner. *ad d. auth. habita p.48.* nomen Licentiati & titulum adipiſcuntur: unde æque ut Doctores de jure reſpondendi nanciſcuntur poteſtatem: Sagittarius *de Comitib. Palatinis th.28.lit.D.* vide Schrader. *ad §. reſponſa prudentum, n.4.* fereq; in cæteris, potiſſimum favorabilibus: Rutger. Ruland. *part.1. de commiſſ. lib.1. c.14. n.11.* Doctorum ſequuntur privilegia: Bald. *in l.1.ff.ſol.matrim.* Felinus *in proœm. Decretor. verſ. Gregorius, n.18.* Iaſon *in l. filiæ licet, C. de collat. & in l. egregias, C. de jureiur.* Benckendorf *in explicat. rubr. & l.1. de R.I. membro 2. p.4. n.17.* Bologn. *ad d. authent. n.41.* Matth. Steph. *d. tr. c.14. n.48.* Cupner, *ad d. authent. n.18. Ordinat. Cameræ part.1. tit.3.* §. Desgleichen. Gail. 1. *obſerv. 43. n.7.* 43. *Quod ſi vero horum aliquis poſtea Doctoris velit conſequi gradum cum titulo, quæſtionis eſt, an etiam alibi hoc poſſit conficere, quam ubi Licentiam ante fuerat conſecutus?* Negat Anton. de Butrio *in c. cum inter, extr. de renunciat.* Affirmat Cupner. *ad. d. authen. p.34.* & ſcholaris Licentiatus jurans ſe non aſſumpturum gradum Doctoris, extra illud Studium, non obſtante hoc juramento, alibi ſubeundo examen, poteſt doctorari propter illud examen; quia in juramento intelligitur clauſula, rebus ſic ſe habentibus, prout nunc ſe habent: Iaſon *in l. quod Servius, ff. de condict. cauſa dat.* Vid. Bonif. de Vital. *in tr. crim. in pr.* Sed hoc ego vix conceſſerim: illud teneo, Iohannem Rizelium, quamvis Marpurgi ICtorum examini ſe ſubiecisset, Gieſſæ tamen in Doctorem promoveri non potuiſſe, priusquam de novo pro gradu diſputaſſet: Nolden. *de Nobilit. c.3. num.22.* Poſteriores quod attinet, cum publica non fuerint ſolemnitate renunciati Licentiati, illis cæterorum, quos modo laudavimus, privilegia non tribuo. Atque de his fortaſſis accipiendum eſt, quod Petrus Gregorius ſcripſit *d.l.p.562.* dari Academias, ubi Licentiatus gradum non conſtituat, præſertim in Italia.

44. Quartus, & ſummus dignitatum Academicarum gradus, Doctorum eſt. Vocabulum ſine dubio à *docendo* deductum, eo tamen ſenſu, non quod actu doceant, ſed quod ad docendum apti ſint. In his conſiderabimus I. Antecedentia, ſeu neceſſaria requiſita eius, qui hanc ambit dignitatem. II. Intermedia ſive actum ipſum promotionis. III. denique Conſequentia, hoc eſt, Doctoris dignitatem & privilegia. 45. Antecedentium primum eſt, ut moribus & doctrina huic gradui conveniente ſit inſtructus: *l. magiſtros 7. C. de Profeſſ. & Medic. lib.10. l. un. C. de profeſſor. qui in urbe &c. lib.12. l. petitionẽ 13. C. de advocat. diverſ. judic.* idque generale eſt, ſive in Theologia, ſive Medicina, ſive in Iure tam civili, quam cano-

canonico, Doctoris quis venetur titulum. Civile Romanorum jus quod attinet, de eo hoc libet inspergere, illud haud bono consilio in vitam & usum, seu

46. praxin revocatum nonnullos arbitrari.*Eo fero inclinat Lipsius *centur.3.epistolar. miscel.78.p.81.* ubi ita philosophatur: Quid magis solemne nostris moribus, & juridicina? Lis litem gignit, iterumque hæc aliam, & catena fit, quæ heredes etiam ligat. Bona Ovveni nostri venia hoc dicam, dubitare me an bono consilio in vitam & usum Ius Iustinianæum à Lothario Imperatore revocatum sit: sic dico, totum & planum. Non quin bona in eo, arguta, & à seculo veteri: sed nimis fortasse bona, arguta, vetera, & ideo seminarium ingeniis ad calumnias, fraudesque pangendas. Dic sodes, quam multa in eo, quæ usum hodie non habent? quam multa implicata, & variantibus sententiis enodanda? quid si pugnantia quædam dicam? sed vix ausim, & junctis umbonibus me invadant. Et de jure ipso prisco, parum etiam sit: sed commentarii quam multi, & pæne infiniti accesserunt? atque & ii si concordant, vim legis in tribunalibus nostris poscunt. Amelii vetus querela an scomma fuit, Iurisprudentiam multorum camelorum onus esse: quid nunc dicam? Elephantos ab India adde, vix ferent. Atqui Platonis oraculum (*lib.5.de LL. & ex eodem* Strabo *sub f.lib.6.*) auribus meis insonat: ὅτι παρ' οἷς νόμοι πολλοὶ, καὶ δίκαι παρὰ τούτοις, καὶ βίοι μοχθηροί: quod ubi leges multæ, ibi & lites multæ, & vita moresque pravi. Audi, & scrutare: vere oraculum est, & de multitudine litium, nostra Belgica, vicina Gallia & Italia dicent. Quomodo autem non & mores pravi? Nam primum concordia tollitur, odia aperta aut occulta in animis gignuntur; adde fraudes, insidias, & studium vincendi quovis nexu, ac supplantandi. Non enim, ut Celsus verissime scripsit, bona conscientia, sed victoria litigantis est præmium. De multis hoc dico; absit de omnibus, & animus me meus refellat. Sed proborum causa indignor equidem, cum Iasones istos video, qui palam ad Colchos & aureum vellus eunt. Et quidem non improbi solum, sed stolidi, aut fronte ferrea, qui & artem hanc protollendæ, sive tollendæ Iustitiæ jactant. Memini olim fuisse inter Byzantinos Oratores, qui interrogatus, qualis Byzantii lex esset? qualem ego volo, respondit. ô dignum, qui pateretur, quod ego vellem! Sed an non hodie tales, qui leges ut ceram habent? pro animo, aut lucello suo, huc illuc deducunt & flectunt? Mentiri optem: sed hoc unice, ut Rex sit, aut Princeps, qui medeatur, & paucas, faciles, concordes leges donet. Stanislaus Orickovius, *in funebri oratione Sigismundi*, ut testis est Bernhardus Zieriz *in tr. de princip. inter ipsos dignitat. prærogativa p.34.* leges civiles, tanquam carmina Romanæ servitutis, regno pellendas suadet, judicium patienter sustinendum. Hos contra

* *Vide eundem Lipsium* in monit. & exempl. politic. libr. 2. c. 10. *ubi ait*: Bone Lothari, manes tui per me quiescant; sed rosæ, aut lilia sepulcrum tuum non ornent, qui tot tricas & spicas nobis sevisti.

contra si quis disputare voluerit, habebit rationum amplissimum numerum, 47.
& socios propositi plurimos. Vide Alber. Gentil. *lib.1. de nupt.c.6.* Freherum *in not.ad lib.1. de Imper. Roman. Petr.de Andlo c.10.p.152.* Zieriz *d.l.* Sane communi 48.
quasi consensu à maxima humanioris Europæ, sed & aliarum partium gentibus, jus civile receptum, experientia nos docuit. I. Imperium Romanum has ab interitu vindicavit leges, & resectis Ripuariis, Salicis, aliisque constitutionibus antiquæ Germaniæ, Romana jura in observantiam traduxit. Lutheri enunciatum est *in sympos. p.397.* Wann man der Heiden Recht im Römischen Reich nicht hätte / so weren unsere Fürsten / Kaiser und Könige / alle zu Narren worden. II. In Gallia, iis in provinciis, quæ juris scripti vocantur Annæo 49.
Roberto *lib.2. rer. judicat. c.1.in pr.* Serres *in vita Caroli Mag. p. 215.* fere ex asse juris Romani observatio est. In reliquis quoque in totum haud exulat, licet nonnulli superstitiosorum, eius allegationi, aliquando in judiciis, veniæ petitionem soleant præfigere: Thuanus *lib.35.histor.* Hæc vero observantia non inde est, quasi Galli legibus Romanis parere necesse habeant, sed ut æquitatis ratio ex tot clarissimorum ICtorum responsis attendi & inspici queat: Robert. *d.l.p.290.* Bodin. *lib.1. de Republic. c.8.* Chassan. *catal. glor. mundi consider.5.& 8.* Contius *1.subcisiv.lect.9.in f.* Knichen *de Saxon.non provoc.jure, vers.jus.c.3.n.10.* Rotunde Pithœus, *in præfat.collationis legum Mosaicarum & Romanarum*, Nos, inquit, Romanarum legum maiestatem sic comiter conservamus, ut tamen illis nihil in nos licere patiamur, nisi quod earum rationi & æquitati, non autoritati & sanctioni concedimus. Nec contra quem movere debet *Constitutio 3.* 50.
tit.1. du reglement des Vniversités lib.11. Codicis Henrici Tertii, ibi: *Nous deffendons à ceux de l'Vniversité de Paris de lire ou graduer en droit civil.* h. e. Prohibemus illis, qui Vniversitatis Parisiensis sunt, jus civile publice proponere, & in eodem gradus distribuere. Etenim non hæc eam habet pro fundamento rationem, quasi generaliter jus civile improbatum sit; verum ne eo in loco publicis explicetur lectionibus, ubi Theologia potissimum, Philosophia, aliæque scientiæ debent florere, ut Charondas *in notis ad d.constitut.* probe monuit. Iunge si placet *c.super specula 28. de privileg.* nec non Rittershus. *lib.7. differ.jur.civil.& Canonic.c.1.p.171.* III. In Hispania observantur leges Romanæ (in codicem ac 51.
idioma Hispanicum translatæ, mandato Alphonsi IX.) quatenus sc. ratione nituntur, quod earum justa ratio Hispanis imperet, non imperium: Eman. Costa *in repet.§. si arbitratu, l.cum tale, ff. de condit.& demonstr.n.36.p.139.* seu, ut loquitur Molin. *de primog.Hisp.lib.3. c.12. n.12.* & Ant.Gam. *decis.50. n.5.* observantur ut dicta sapientum. Ac primis vero temporibus Visigothorum Reges, qui Hispaniam & Galliciam, Toleto sede Regia tenuerunt, ediderunt constitutionum libros 12. velut æmulos Codicis Iustinianæi, & in quibus omnia fere petita erant è medio Iure civili: Chopp. *de doman. Franciæ, tit.15.n.5.* IV. In Turcia, ut 52.

quidam volunt. Turcæ enim sua lingua Codicem Iustiniani habent, eoque in
53. judiciis utuntur: Treutl. *volum.1.disput.1.thes.5.lit.a.in not.ex Leonclav.* V. Chinenses jus civile, ac scriptas leges juri nostro Cæsarum simillimas habent: Ioh. Metellus *in præfat. ad Osorium p.* 34. Ita nempe, secundum Gothefridum Viterbiensem *part.19.in Chron.*

Lex Romana locum super omnia jura meretur.

54. Obiiciunt alii: Christianos Ethnicorum legibus uti, rem esse & detestabilem, nec professioni eorundem apprime convenientem. Equidem licet omnia Ethnicorum bona opera non sint completæ virtutes, sed splendida potius peccata: Augustin. *lib.19.de civit.Dei c.15.* omnisq; justitia sine cognitione DEI similis sit
55. humano corpori, caput non habenti: Lactant. *lib.6.divin.Instit.c.9.p.*334. Nihilo minus tamen Christianos Ethnicorum legibus salva conscientia uti posse statuo. Veritas enim semper est veritas, à quocunque tandem proficiscatur: bonumque est bonum, à quocunque etiam malo proferatur: Aret *tom.2. probl. theolog. tit. de lect. Ethnic.p.*137. Timpl. *lib.2. Metaph. c.8. problem.7.* Huius vero studiosi esse debemus. Quemadmodum enim honesta matrona, sub squalido habitu, digna est honore: ita etiam leges sua non defraudandæ existimatione, licet sordido Ethnicismi pallio contectæ sint. Vid. Danæ. *lib. 5. politic. Christian. aphor.1. p.*344. Arumæ. *exerc.Iustin.1. th.1.* Quod si vero in nonnullis leges istæ Ethnicorum, contrarientur verbo divino, tum DEO magis obediendum quam hominibus: *Act.4.v.19.& 5.v.29.* eæque ex verbo divino corrigendæ: Pet. Martyr *tom.1.loc.11.p.605.* Recte enim D. Hieronymus, cum à quodam plus satis religioso vituperaretur, quod Ecclesiasticis libris admisceret literas Ethnicorum, respondit: *in Deut. c.21.* præceptum esse, mulieris captivæ radendum caput, supercilia, omnesque pilos, & ungues corporis amputandos, & sic eam habendam in conjugio. Hincque mirum non esse, si sapientiam secularem, propter eloquii venustatem, & membrorum pulcritudinem, de ancilla & captiva Israëlitidem facere cupiat, idololatriam, voluptates, erroresque præscindendo, & sibi eam jungendo: Otho Weidmull, *lib. 1. de dign. usu & meth. Phil. mor. c.1. p.8.*
56. Ius canonicum quoque impugnant alii, & cum Luthero *in sympos iac. tit. 66. von Juristen p.*403. concludunt: Das Geistliche oder Päpstliche Recht ist/ wie alle Juristen sagen / ein Buch voll Unflats / das nach Geld stincket. Vide Antimachiav. *theorem 33 p.*717. Innocentium Gentilettum *lib.5.exam.concil.Tridentin.p.*316. Budæum *lib.5.de ass.Centur.3.histor.Ecclesiast.Magdeburg.c.7.p.*177. At-
57. que ita sane est, multa juris Canonici capitula à verbi divini, aliaque à sanæ rationis norma recedere. Illa merito suis relinquimus latoribus, tantum nonnulla sequimur circa processum judiciarium, matrimonia, & pauca alia, quæ rationi conveniunt, & usu à nobis recepta, non subiectione: Kling. *ad t. Instit. de nupt.* Eberhard. à Weihe *in orat.de jure Canon.* Musculus *de success. ion. convent. & anom.membr.2. class.1. conclusion.5. lit.a. n.*164. Fohman. *disput. Instit. 12. thes. 6. lit.f.*

lit.f. Gœdd. *de contrah. ſtipul. c.6. concluſ. 7. n.* 109. Hunnius *de autorit. jur. c. 9.* Huius juris autoritatem cum penes ſolos Pontifices ſitam alii velint: Bald. *in l.* 58. *omnes populos, C. de ſumma Trinit.* Hartmannus Hartmanni *practic. obſervat. tit. 33. obſervat. 6. inf.* non inepte quæritur, *quomodo Imperatoria benignitate Doctoris gradus in eodem aliis conferri poſſit?* Verum quæſtioni tunc poteris ſatisfacere, ſi animadvertas, aliud eſſe, alicuius juris autoritatem ſibi vindicare, aliud illius juris cognitioni, & ſcientiæ, præmia, & honores decernere, & conſtituere: Andr. Gerhardi *diſputat. ad d. auth. habita, quæſtion. 2.* Doctrinam, & eruditionem eam, quam Doctorando neceſſariam diximus, alios exiguo, alios longiore temporis ſpatio, prout cuiusque ingenium eſt, conſequi poſtquam videmus, certum ſtudiorum terminum nulli conſtituimus. Eſtienne Paſquier *livre 5. des recherches de la France chap.* 38. *p.* 698. ſcribit: Anno 1445. appulit juvenis quidam, annorum præterpropter viginti, qui callebat omnes ſeptem artes liberales, ut teſtabantur literati Vniverſitatis Pariſienſis. Præterea omnibus inſtrumentis Muſicis, ut & voce, poterat canere, melius, quam quisquam alius, qui Lutetiæ aut alibi cognitus. Bellicis in negotiis omnes ſuperabat, gladio majore, utroque qui regitur brachio, ad miraculum usque præ cæteris ludebat. Quando enim adverſarium ſuum perſpiciebat, ſaltu, in eum ad viginti aut viginti quatuor pedes irruere erat diſpoſitus. Erat Magiſter Artium, Magiſter Medicinæ, Doctor Legum Canonumque, Doctor Theologiæ. Certe diſputando in Collegio Navarreno, in præſentia quinquaginta doctiſſimorum virorum, & trium millium ſtudioſorum, tanta ingenii ſubtilitate ad omnes propoſitas quæſtiones reſpondit, ut qui ipſe præſens non fuerit, credulitate ſua id non poſſit aſſequi. Eleganter loquebatur Latinam, Græcam, Hebraicam, Chaldaicam, Arabicam, aliasque complures linguas. Armorum erat Eques, atque ſi poſſibile, hominem usque ad centum annos vitæ producere terminum, ſine cibo, potuque, ſomnoque, non poſſet tamen eam ſibi parare rerum ſcientiam, quam ille habebat extemporaneam. Nobis ſane terrori fuit, plus enim tenuit, quam naturæ humanæ conveniens videbatur. Erroris quippe arguebat quatuor cunctos Eccleſiæ Doctores. Brevibus, non erat, eius ſapientiæ quod toto reſpondeat in orbe. Hoc, & aliis exemplis, noſtra firmatur opinio: quam dum fovemus, ignorantia nos non detinet eius quinquennii, quod Imperator Iuſtinianus, *in conſtitutione de juris docendi ratione, quæ incipit, omnem Reipublicæ noſtræ, §. nos vero 2.* Iuris ſtudioſis præſcripſit, uti nec ea, quæ illis imponi voluit nomina. Primi anni auditores, & diſcipulos, veteri frivolo, & ridiculo cognomine *dupondios* (vide Cuiacium 12. *obſervat.* 40.) appellari vetuit, eosdem vero *Iuſtinianaos novos* nuncupari conſtituit. Secundo in anno *Edictales* dici approbat, quos alii *Pandectarios, & Prætorios* quoque appellitant. Tertio anno *Papinianiſtas.* Quarto, Græco, & conſueto vocabulo, Λύτας, ſeu *ſolutores*, ſive quod legum nodos poſſint ſolvere, ſive quod à Scholis ſolubiles fere ſint, & li-

58. 59. 60. 61.

bere

bere ſilentium auſint rumpere. Poterant iidem *Pauliani* quoque dici, eadem ratione, qua ſuperiores à Papiniano, *Papinianiſtæ.* Hircos, græco vocabulo, eoſdem appellarunt, quaſi ſubtiliter videntes, & ſpeculatores: Sebaſtian. Medices *p.3.de legibus & ſtatut.quæſt.*18.*n.*4. & noſtris Baccalaureis ſimiles arbitrantur, Val.Forſt.*l.*1.*hiſt. jur.civ.Roman.c.*3.*n.*5. Salmuth *in not.ad Pancir. l.*2. *tit.*10. *p.*523. Beſoldus *ad lib.*1.*D.l.*1. *in præcogn. miſcell.gen,th.*17. falli eos ſtatuit, qui λύτας, ſolutos interpretantur: Sic enim, inquit, λύται dici debuiſſent: Calvin. *in Lexico, verbo, Lytæ.* Male vulgata lectio *hircos* habet: Politian. *miſcell.*93. perperam *Kircos*, vel *Lynceos* reſtituit L. Ioann. Scoppa *collect. Syllog.ult.c.ult.* Quinti denique anni ſtudioſos *prolytas* vocat, id eſt, proſolutores, Lytis antecellentes: Turnebus 8.*adverſar.*19. qui emenſi jam ſcientiæ anfractus, tantum non ex facultatibus ſe abſolverint, exſinuaverintque: Rhodig.*l.* 4. *antiq. lect. c.* 7. *p.* 126. & digni magis ſunt, qui à Scholaſtico munere mittantur: Petr.Gregor. *d.tr.* & *d.c.n.*18. Hi alio nomine vocantur *Coloritæ*, quod jam colorare ſciant, procedendo de ſimilibus ad ſimilia: Seb. Medic. *d.l.* & à Forſt.*d.l.* Licentiatis aſſimi-

62. lantur. Et hæc quidem tempora juris civilis ſtudioſis ſunt præſtituta. Canonici vero juris ſectatoribus ſeptennium præſcriptum invenimus: *c.cum ex eo, de elect.in* 6. * Abbas *vol.*1. *conſ.* 8. *in f.* vel ut alii, decennium: Salicet. *in l.*2. C.*ubi de crimin.agi.* Aliter Iaſon, qui *in l.quidam cum filium, in f.ff.de V.O.* ſcribit, profunditatem juris ad quadraginta annos ſe extendere, & juvenem in ſcientia juris natare tanquam leporem: Scot.*l.*5.*reſp.*14.*n.*4. Vide omnino Hillig.*ad Don.*18.

63. *com.c.*3.*lit.pp.* Alterum antecedentium eſt, ut ſuſtineat δοκιμασίαν, quam quidam probam, ſeu tentamen dicunt: *l.nemini* 11. C.*de adv. div. jud. d.l. magiſtros*, C. *de prof.& med.lib.*10. Huius tria ſunt membra: examen, lectio & diſputatio: Iun.

64. *de Acad.c.*5.*p.*44. In examine volunt communiter, ut interveniant ſeptem Doctores, per *l.*10.*d.t.*C. Pacian.*d.l.* Sed ſciendum eſt, diſpoſitionem illam ab aula receſſiſſe: Penius *p.* 1. *privat. ICtorum* 11. *n.* 4. & hodie adiunctis duobus vel tribus abſolvi poſſe. Novum vero non eſt, ut qui Docturæ titulis inſigniuntur, collatores ſuos & doctrinæ exploratores modico quodam (tum in pecunia, tum in panno holoſerico, aliisve munuſculis) honoris gratia dato, remunerentur. Quippe hic vetuſtus mos omnium pæne promotionum, ut qui vel magiſtratum: Cicero *pro Cn.Plancio.* vel Senatorium munus: *l.*42,*de don int.vir.Nov.*62. §.*ult.* vel ſacerdotium, aut præſulatum: Sueton.*in Claudio c.* 9. Apuleius *lib.* 11. *Mil.Nov.*56. & *Nov.*123.*c.*3. vel Equeſtrem ordinem: *d.l.*42. novamque militiam: *l.pen.*§ *pen.*& *ult.de legat.*3. aut quamcunq; dignitatem: *l.*40. *de don.it. inter vir.* peterent, ac inirent; aut βουλευταὶ & Decuriones legerentur: Plinius *lib.*10.*epiſt.ad Traian.*113.*l.* 6. §.1. *ff. de Decurion.* Qui denique novi in ordinem venirent, aut in col-

* *Legiſta ſenza C. (capitulo) vale poco: Canoniſta ſenza L. (lege) vale niente:* *Ioan.Igneus* in diſput. An Rex Franc.recog Imper.n.104. *Nevizan.*lib.5.ſylv.nupt.n.69.

in collegii, ſodalitiive ſocietatem referrentur: *l. 7. l.* 11. *C. de prox. ſacr. ſcrin. lib.* 12. modicum aliquid pro introitu (locutio eſt Plinii & Suetonii *dd. locis*, ac Scevolæ *d. l. pen. §. pen. de legat. 3.*) collegis, tribulibus, ſuffragatoribusve ſuis, à quibus cooptabantur, erogarent. Quæ ſportulæ vocatæ Apuleio *lib. 7. Mil. d. l. 6. §. 1. de decurion. l. 5. §. pen. de don. int. vir. & uxor. Nov. 62. § ult.* Alciat. *in l. 235. §. decuriones 5. de V. S.* In Academia Tholoſana *les nouveaux Docteurs ont accouſtumé, de faire preſens de boëttes des dragées aux Docteurs regents, par forme de gratification de leur nouvelle promotion. Ce que ie ven,* dicit Eſtienne Pasquier *liur. 2. des recherches de la France chap. 4. p. 81. de mon temps plusieurs Regents auoir eſchangé en argent, comme la plus-part de nos Maiſtres de la Sorbonne aimerent mieux choiſir vingt ſols, qu'un bonnet.* Sunt præterea huc referenda complura alia, quæ Docto- 65. res in eo, qui ſummum hunc dignitatis Academicæ gradum anhelat, ſpectari voluerunt. Ætatis alii rationem habent, quam variis coarctant terminis. Faber *in §. fin. Inſtit. quib. ex cauſ. manum.* & Albericus *in l. 1. ff. de poſtulando*, contra Cervotum filium gloſſatoris Accurſii diſputabant, eundem, utpote minorem viginti quinque annis, ad Doctoris gradum non admittendum. Alii 66. minores annorum ſeptendecim reiiciunt; ulterioris ætatis admittunt: Anchoran. *in procem. lib. 6. decret.* Socinus *in c. quanto, de Magiſtr.* Iohann. de Imola *ad c. 20. n. 15. de offic. delegat.* Gothofred. *lib. 1. praxu civil. tit. 2. pag. 25.* Pacianus *de probat. tom. 2. lib. 2. c. 41. n. 19.* Ea ætate, aut paulo maiore, fertur Nerva publice de jure reſponſitaſſe: *l. 1. §. 3. ff. de poſtuland.* Celſique adoleſcentis ſententiæ mentio fit, *in l. 91. §. 3. ff. de V. O.* Vnde colligere datur, non eſſe theoricam tantum, imaginariamque hanc de ætate quæſtionem. Verum 67. enim vero, ut maxime moderata hæc ætas annorum decem & ſeptem ad procedendum in publicum Prætori fuerit viſa, attamen tantam juris & æqui ſcientiam in eo, qui deſiderium ſuum, vel amici ſui, in jure apud eum, qui jurisdictioni præeſt, exponit, vel alterius deſiderio contradicit, non requiſitam olim, ac in illo, qui de jure conſultus reſpondebat, Servii, qui in cauſis orandis primum locum, aut pro certo poſt Marcum Tullium obtinuit, & Quinti Mucii, qui de jure eidem, & aliis reſpondit, exemplum declarat liquido, *in l. 2. §. 42. ff. de O. I.* Dato quoque, ea ætate Nervam publice de jure reſponſitaſſe, 68. Celſumque jus ſcriptis ſuis illuſtraſſe; tamen rara hæc ſunt, & ne omnium quidem ſeculorum exempla. At quæ rara ſunt, Prætor non curat, & legislatores prætereunt: *l. 6. ff. de legibus.* Qui ergo inde formabimus regulam? Imo 69. & ipſum quod concernit Nervam, cuius exemplum Vlpianus pro prætore adduxit, documento nobis is eſt, juris ſcientiam perfectam huic ætati vix poſſe adſcribi, ut ut ea, fiducia ſtudiorum ſuorum habita, conſulentibus reſpondeat. Scilicet deriſus Nerva legitur, qui per feneſtram monſtraverat, ſervos detentos ob penſionem, liberari poſſe: *l. 9. ff. in quibus cauſis pignus vel hypotheca tacite contrahitur.* Præterea, ſi vel maxime ſcientiam juris minores memo- 70.

ria, qua pollent, ſibi poſſint comparare, judicium tamen, quod in juris applicatione principatum tenet, illis deeſſe quis neget, qui eius ætatis, in qua ipſe ambiguus hæſit, recordatur? Fragile & infirmum huiusmodi ætatis eſt conſilium, & multis captionibus ſuppoſitum: *l.1. in princ. ff. de minoribus.* unde cum aliorum indigeant auxilio, & defenſione: *§.13. Inſtit. de excuſat. tutor. d.l.1.§.3. de minoribus*, incivile erit, atque periculoſum, laborantium ſpem, vitam, & poſteros illis concredere: *l.14. C. de advocat. diverſor. judicior.* quorum conſilio, quaſi parum firmo, lex reſiſtit: *l. 4. ff. de ſervis exportand.* & qui ipſi imprudentiæ imperio reguntur: *Novella Leonis* 28.

71\. Hæc & alia poterant contra minores induci: quæ tamen unico ictu corruunt, ſi non quidem malitia, ſed ſcientia ætatem ſuppleat. Totum in eo conſiſtit, ut aut pernegemus, ante perfectam ætatem, ſufficientem Doctorando juris ſcientiam poſſe contingere; aut contra, ut affirmemus, eam ſeptendecim annorum adoleſcenti, aut paulo minoris ætatis, ineſſe poſſe. Prius ſi dixeris, hoc ſimul adſtruas oportet, imperfectæ ætatis ſtudioſos, etiamſi temerario auſu Doctoris petierint honores, ſtatim ipſo ab examinis limine repellendos. Cum enim ſemel per ætatis indicem de eorum imperfecta eruditione conſtet omnibus, quid ſupervacua, & inani declaratione alia erit opus? Cur quod una via nobis cognitum pro certo, alia inveſtigabimus? Poſterius ſi conceſſeris, nulla ætatis habita ratione omnes ad examen admittes, nec repulſam ætati, ſed ignorantiæ dabis.

72\. Atque hoc ut dicamus potius eſt. Homines ut ſapiant, utque docti ſint, non eadem omnibus ætate contingit; ſed iidem non minus animo, quam corpore, inter ſeſe differunt, & alii etiam ante legitimum tempus rationem bene conſtitutam, & eruditionem bene firmatam habent: aliis vero, etiam id ſupergreſſis, mens nondum ſtabilita eſt: *d. Novell. Leonis* 28. nec eruditio obtigit. Illorum itaque eruditio, horumque ignorantia, nobis ut plana fiat, examine in utroque opus erit. Quod ſi proceſſerit, eruditioni minoris præmium, ignorantiæ autem maioris repulſa erit parata. Atque Nerva, ſi ita fuerit literis eruditus, ut patrocinia deſiderantibus præſtare poſſit, non prohibebitur id facere: *l. 1. C. de poſtulando.* Sique quiſquam de jure reſpondendi facultatem ab Imperatore, mediate vel immediate, petierit, Hadriani illam exaudiet vocem, *hoc non peti, ſed præſtari ſolere*: *d.l.2. § 47. ff. de O. I.* modo ipſe fiduciam ſui, quam habet, legitimo probaverit examine: *d.l.11. §.1. C. de advocat. diverſ. judicior. d.l.7. C. de profeſſor. & medic. lib.* 10.

73\. His ſimul & illa conſequentia connecto, (1). Certum annorum terminum, per quem ſtudiis debitam operam Doctorandus navare adſtrictus, nulli nos ponere, nec conſiderare, quam diu in ſtudiorum caſtris, ſed quam laudabiliter militaverit: *can. gloria Epiſcopi, in fin. 12. quæſt.2. can. ancillam, 32. quæſt.2.*

74\. (2) Nec deinde illud confidero, an privata diligentia, an publica, in Academiis degens, vel extra eaſdem, eruditionem ſibi comparaverit. Videatur Ioann. Andr. *in c. tua, ext. de Cleric. non reſidentib.*

& ibi.

& ibi Anchoran. ac Imol. Fulvius Pacianus *d. loc.*. Locum tamen interdicto notatum, collegiumque seu Vniversitatem, nolim is frequentaverit. 75 In Galliis, ut me docuit Pierre Matthieu *tom. 1. histor. Henrici IV. lib. 1. narrat. ult. p. 167.* arresto publico anno 1594. 29. Decembr. firmatum fuit, liberos ne quis suos Iesuitarum ad collegia ablegaret, neve quis illa frequentaret, addita hac declaratione, *que ceux, qui seroyent instruits & enseignes aux colleges des Iesuistes, depuis l'Arrest, ne jouïroient des privileges des Vniversités, comme incapables des degrés de icelles.* Atque ita casus datur, quo etiam sufficienti scientiarum cognitione instructus, cæterum macula aliqua notatus, honorum Academicorum incapax declaretur. 76 Maculæ istæ vel propria ex culpa & facto contrahuntur, vel ex aliena. Propria ex culpa quæ descendunt, generali sententiæ *l. 2. C. de dignitatibus, lib. 12.* subiacent: *Neque famosis & notatis, & quos scelus, aut vitæ turpitudo inquinat, & quos infamia ab honestorum cœtu segregat, dignitatis portæ patebunt.* 77 Aliena quoque culpa quandoque obstaculum ponit, quo minus ad honorem Doctoratus alii possint pertingere. I. enim filii eius, qui crimen læsæ maiestatis commisit, infamiam paternam comitem habent, & ad nulles prorsus admittuntur honores: *l. quisquis 5. §. 1. C. ad L. Iuliam maiestatis.* 78 II. Spurium ad Doctoris gradum admitti non posse, fere pleno nostrorum Senatu constitutum est: Bald. *in l. cum legitimæ 19. ff. de statu homin. & in l. omnes, C. de decurionib. lib. 10.* Anan. *in c. quanto, ext. de Magistr.* Alexander *consil. 80. n. 2.* Marsilius *singul. 273.* Fulvius Pacianus *d. tr. c. 41. n. 121.* Horat. Carpanus *super statut. Mediolanens. volum lib. 1. c. 30 n. 82.* adeo ut Franc. Vivius *decis. 162. n. 10. lib. 1.* scripserit, spurium non magis Doctorem esse posse, quam asinum hominem. Videmus præterea Bononiæ, aliisque in Academiis, hanc Doctorum sententiam ipsa in praxi observari: Palæottus *de spuriis c. 56. n. 10.* Vranius *ad cap. super eo, de testib. n. 15.* Maiolus *tom. 2. dier. canicular. colloq. p. 57.* Si qui vero sunt, qui spuriorum patrocinium suscipiunt, ii aut de hoc juris rigore aliquid remittendum arbitrantur; Palæottus *d. loc.* Alvarus Valascus *consult. 17. n. 3.* aut inducti *l. 3. §. 2. ff. de Decurionibus*, eos hunc ad honoris gradum admittendos censent, modo sint doctrina, & moribus præditi: Bologninus *ad d. auth. habita, n. 42.* ne eius impediatur dignitas, qui nihil admisit: *l. 6. pr. ff. de decurionibus.* Menoch. *de arbitrar. judic. quæstion. casu 464. n. 13.* Niellius *disput. feudali 2. th. 6. lit. d.* 79 Meum si hic requiris judicium, illud habeas. Spurios ut juris infamia laborare non aio, ita ab omni eos macula puros non pronuncio, proindeque consuetudinem & statuta collegiorum hoc circa non improbo. Rationes huius pronunciati protuli supra nonnullas, ubi de torneamentis disserui, nunc paucis eas, quas pro spuriis adducunt, leges enucleabo. 80 Quæstio est, *an Spurius omnium dignitatum in Republica capax sit, aut an aliquarum tantum, aut an nullius?* Medium confirmat *d. l. 3. §. 2. & d. l. 6. in pr.* sed nimis tenaciter & avare. Videlicet, non simpli-

citer & semper spurium ad Decurionatum admittit, sed demum in casu necessitatis, & eo, quo legitimum non habet competitorem: hunc enim spurio præferendum determinat. Cur vero hoc? an quia legalior, dignior, aptiorque est persona legitime quæsiti, hoc est, ex justis prognati nuptiis, quam spurii?

81. Vitam cum re spurii si spectes, eius scilicet, qui decurionatus capax est, æque illa honesta esse debet, ut legitime quæsiti: *d. l.* 3. §. 2. scilicet honestis moribus debet esse instructus decurio, & præterea facultatibus, ut Reipublicæ, cuius

82. pecuniam publicam tractat, consultum sit: *l.* 2. §. 1. *ff. ad municipal.* Rationem dubitandi, quam ipsa format lex, spurios quantum attinet, una cum decidendi ratione, si exacte perpenderimus, illud in aperto erit, spurium, ut maxime inter infames prætoria non fuerit relatus censura (talis enim, ut reliquos ad honores, ita ad decurionatum quoque, non admittitur: *l.*12. *ff. d. t. de decurion. l.* 8. *C. eod. tit. lib.* 10.) nihilo minus sorde, & macula omni non carere; eam vero propter publicam utilitatem insuper haberi, præsertim cum nihil ipse quoque admiserit, aut ad eam, qua laborat, maculam quicquam attulerit, sed ex aliena culpa totam traxerit. Hæc legis inductio ne inter absurdas locum

83. mereatur, ita mihi progrediendum arbitror. Postquam Ulpianus casum explicaverat, quo spurius ad decurionatum admittendus, satis perspectum habens, multis hanc decisionem posse peti telis, imprimis vero illo, collegio decurionum sordi futurum, spurios si admittat: ad idem omnium primum voluit respondere, ex utilitate ordinis esse, semper ordinem plenum esse. Unde patet, Ulpianum non negare, spurios sordibus esse infectos, sed illud tantum agere, ut monstret utilitatem publicam, quæ cum utilitate collegii cohæret, has spurii decurionis sordes eluere; aut ad minimum cum decuriones non pura voluntate, sed deficientibus legitime natis ducti necessitate spurium sibi col-

84. legam sumpserint, sordibus alienis, nec se, nec ordinem commaculasse. Poterant olim parentes liberos suos naturales curiæ offerendo legitimos reddere: §. *ult. Instit. de nupt.* §. 2. *Inst. de heredit. quæ ab intest.* & non poterit curia in utilita-

85. tem publicam illegitimos hosce necessaria receptione legitimare? Et citra legitimationem, quæ ratio Iudæos: *d. l.* 3. §. *ult.* ex incestu natos: *d. l.* 6. *in pr.* ab ædilibus flagellis cæsos: *l.* 12. *d. tit.* omnes utique maculosos, ad decurionatum admittit, eadem & spurium admittere valida est. Sane quod de iis, qui ab ædilibus flagellis cæsi sunt, *in d. l.* 12. dicitur, parum abest, quin ego de spuriis & prædictis aliis dicam: Inhonestum puto esse, huiusmodi personas in ordinem decurionum recipi, maxime in eis civitatibus, quæ copiam virorum honestorum habent. Paucitas autem eorum, qui muneribus publicis fungi debent, necessario etiam hos ad dignitatem municipalem, si facultatem habeant, invitet. Necessitas scilicet, legum strictos perrumpit cancellos, &, ut Germanicum proverbium habet, wann man keine Falcken hat / so muß man

86. mit Eulen beitzen. Quod si de spurio reiteraveris, eum nihil admisisse: *d. l.* 6. *in pr.*

in pr. ergo non maculosum: cum unusquisque ex suo admisso sorti subiiciatur, nec alieni criminis successor constituatur: *l.26.ff.de pœnis.* respondebo, in multis hanc juris regulam vitiari, ut maxime in pœnis corporis inflictivis ea obtineat. Filius patris, qui maiestatis commisit crimen, ipse innoxius, alieno ex facto notatur: *d.l.5.§.1.C.ad Iul.maiest.* Ex incestu natus, quid ipse criminis commisit, ut juris severitati subiaceat? ut alimentorum denegatione: *Novella 89.c.15.* nece videatur dignus: *arg. l.4.ff. de agnoscend. & alendis liber.* Perquam dura hæc omnia, sed ita scripta: *l.12.§.1.ff. qui & a quibus manum.* nec tamen sine ratione, de qua supra, ubi de torneamentis, tractavi. Itaque si spurius honestis moribus, eruditioneque instructus, Doctoris velit consequi titulum, ne frustra tempus atque labores videatur insumpsisse, hoc habebit remedium, prius ut se faciat legitimari à Comite Palatino, aut ab illis, quibus hæc competit potestas: postea enim natalium defectu cessante, ipsa quoque cessabit nota. Hoc citra non video admitti qui debeat. Decurionatus onus magis est quam honos; Doctoratus vero honos magis, quam onus. Spurius decurio fieri potest, deficientibus legitime quæsitis, ordinem ut habeamus integrum. At Doctorum ordo talis non est, ut certum requirat numerum, nec quantitas, sed qualitas eum perfectum constituit. Defectum denique legitimorum, Doctoratum appetentium, inter illos recenseo casus quos expectare fas non est: *l.34.§.2.ff.de contrahend.emption.* 87.

Promotionis actus solemnis est, certasque habet cæremonias. Doctorandi I. in cathedram admittuntur; scil. ut signo acquisitæ doctrinæ: *arg. can. multi. dist.40.* post hæc habeant jus atque potestatem docendi: Stephan *d.c.14. num.122.* II. Liber iisdem traditur, primum quidem clausus, quo significatur, etiam extra libros pectore reconditam ut habeant scientiam, ne illis vetustum hoc occini possit; 88. 89.

Si tua charta cadat, secum sapientia vadat;

deinde apertus, ut norint, hac in hominum imbecillitate, nimium non licere propriæ confidere memoriæ, & ubique suum sequi ductum; sed & illos consulendos, neque solam librorum possessionem, copiamve eruditos facere, aut ad respondendum aptos, sed eos assidua evolvendos manu, inde si quid velis. Sane, nuda librorum copia tumidis, illud Ausonii *epigramm.43.* haud incongrue insusurraveris:

Emptis quod libris tibi bibliotheca referta est,
Doctum, & Grammaticum, te Philomuse putas?
Hoc genere & chordas, & plectra, & barbita conde:
Mercator hodie, cras citharœdus eris.

Bononiæ in auditorio, inter alia, hæc leguntur verba: *Qui Doctor in ordinem ascitus, libro a maioris Ecclesiæ Archidiacono non accepto, fuerit, eius dignitas, licet peritorum omnium suffragiis comprobata, prorsus nulla esto:* Nat. Chytræ. *in delic. Europ.*

rop. p. 180. Vnde coniicere licet, quantum alibi libri traditio efficax sit, totius quoque ut actus essentialem faciat partem. III. Pileus, sed non communis formæ cum aliis, Doctorandi imponitur capiti. Quod utrumque diversas mereretur inspectiones. Caput principale hominis membrum est: *can. illi efferunt, in f.1. q.1.* per quod quisque cognoscitur. *l.44. in pr. ff. de relig. & sumptib. funer.* Hoc cum sedes scientiæ atque eruditionis castrum sit, merito honoris recipit tegmen & scientiæ coronam. Pileus olim libertatis signum erat: Volateranus *lib.30. philolog. p.*329. Iohann. Gorop. Becan. *lib.5. Francicor. p* 87. Ad pileum dum vocantur nostri, libertas illis datur multiplex: Discipulorum ex servitute, docendi ad libertatem vocantur: tacentium ex contubernio, ad respondentium classem evehuntur. Olim qui tempestatem effugissent, pileum sumere soliti: Stuckius *lib.2. antiquit. convival. c.28. pag.*230. Idem Doctorandis concedimus merito. Nam & illi per procellosum scientiarum mare navigantes, horridi Iovis, atque bilosi Neptuni servidis assultibus undique circumacti, tandem ad eruditionis portum pervenerunt. Tecto capite aliorum ad præsentiam adparere, honoris maximum est signum: & novimus ex Pierre Matthieu *histoir. de Henry IV. lib. 1. narrat. 3. tom. 1. p.* 79. egregium Caroli V. Imp. Ducem, Hispanorum procerum illud privilegium, tecto circa Regem esse capite, ingenioso captasse responso. Etenim cum podagra divexatus à Carolo admoneretur, sederet potius, quam staret; non pedibus, sed capiti male esse reposuit. Nostris idem hic habetur ipso in promotionis actu honos, ut etiamsi suos patronos, Principes atque superiores ad latus, & undique ad adspectum habeant, caput tamen citra incivilitatis notam tectum habeant. Antiquiores Doctorum hunc pileum *biretum* vocant, ein Baret/ dictum quasi bis rectum, symbolum duorum, quæ exiguntur in optimo Doctore, mores videlicet probi & doctrina: ita bonus & simplex ille Lucas de Penna, *in l.11. C. de murileg. lib.*11. Forma eius in aliis Academiis rotunda, in aliis quadrata est. Hoc, significari aiunt, Doctori facultatem dari docendi in quatuor plagis orbis: Petr. Gregor. *d. c.34. n.25. p.*567. illo idem innuunt, cum orbis rotundus sit: vel pro perfectionis signo habent, quod circulus notat. Materia pannus est holosericus, pretiositate sua *l. emptori 37. §.1. ff. de evict.* Cuiac. *in paratit. C. quæ res venire non poss.* insignem Doctoris excellentiam augmentans. Serici nomen inde habet, quia duo monachi, Iustiniano imperante, ex India Byzantium profecti, bombycum ova ab Seribus attulerunt, indeq; pannum conficiendi rationem Græcos docuerunt: à quibus demum sub imperio Conradi III. circa annum 1150. Italia loco prædæ suscepit. Præclarum inventum, nisi materia luxus monachos haberet autores: Horatius Tursellinus *lib.6. & 8. epitom. hist.* IV. Annulus præterea Doctorandi digito applicatur, quo instar arrhæ *can. feminæ, 30. q.5.* ei scientia quasi despondetur; vel quo actu jus aureorum annulorum, hoc est, nobilitatis dignitatem, consequitur: Bologn. *ad d. auth. n.*22 Petr. Gregor. *d. l. n.*27. V. Osculum fronti eiusdem infigitur, in pacis, charitatis, ac amicitiæ symbo-

90\.
91\.
92\.
93\.
94\.
95\.
96\.

symbolum: *Rom.ult.vers.16. Proverb.*20,*vers.*12. 1.*Petr.*5.*vers.*14. Petr.Gregorius *d.l.n.*30. Atque hæc posteriori loco posita, actum potius exornant, quam perficiunt, si aliis credimus: cum secundum Baldum mulieres quoque osculentur, desponsentur & benedicantur, neque tamen doctorentur: Addit.*ad decis. Guid. Papæ* 988. Interea donec totus promotionis decurrit actus, alicubi munera, ut 97. vocant, Academiæ proceribus, aliisque vocatis hospitibus, à Candidatis ad hoc exoratis, nomine doctorandi offerunt. Ea chirothecæ plerumque sunt, pannique aliquid holoserici, pro diversitate tamen personarum. Legatis namq; liber quoque aliquis & materia & forma, illustris offerri consuevit. Quoad collatores 98. gradum atque doctrinæ exploratores, novum non est, ut qui docturæ titulis insigniuntur, illos modico quodam honoris gratia dato remunerentur, ut supra diximus. Præterea quoque reliquos in spectatores missilia jactant Academiæ publici servi, quæ & ipsa chirothecæ sunt, exigui tamen valoris; ille ut hodie jactus lætum adstantibus magis, quam proficuum sit spectaculum.

Consequentia hanc promotionem publicam varia sunt: nos dignitatem, 99. prærogativam, seu privilegia Doctorum, investigabimus, aliis hic, utpote levioribus, insuper habitis. De eo nullum est dubium, Doctoratum esse dignitatem: *cap.quanto,extr.de magistr.* Bartol.*in l.fin.C.de judic. & in l.fin. C.de testam. milit.* Alexand.*consil.*18.*vol.*1.*in f.* at qualis ea sit, & an infra nobilitatem constituta, nostro seculo fuit dubitatum, juris potissimum in Doctoribus. Doctores mini- 100. strare sacra, versari in dignitate, & vivere nobiliter, Guido Papæ *d.decis.n.*6. scribit: vere eosdem esse nobiles, communis affirmativa est: *arg.l.diximus* 4.*§.*1.*ff.de excusat.tutor.l.providendum* 7. *C.de postul.* Stephan.*d.c.*14.*n.ult.& in tract.de nobilit.politic.cap.*6.*n.*15. *& de nobilit.literar.num.*15. Tiraquell.*de nobilit.cap.*5.*n.*3. Arum.*exercit.Iustin.*7.*th.*9. Zieriz *de princip.inter ipsos dignit.prærog.pag.*2. Bechold. 1.*politicor.*11.*n.*55. Hilliger.*ad Donellum lib.*24.*commentar.c.*22.*lit N.* Hanc opi- 101. nionem aliquot ante annos placuit oppugnare Valentino Melafio, *disputat. de Basilicis, habita Ienæ anno* 1614.*th.*43.*lit.II.* argumentis sequentibus: Si Doctores juris sunt nobiles, eam habebunt dignitatem ab Imperatore, vel expresse, vel tacite. Non expresse: quia in rescripto suo Imperator præcise separat & secernit à nobilitate doctoratum: & vel distinctis rescriptis nobilitatem confert, & distinctis iterum doctoratum &c. Et si statim assecuto Doctoris titulo, efficerentur nobiles, frustranee Bartolus autoritate Caroli IV. Comes Palatinus creatus, tandem nobilitatem consecutus fuisset: & frustranee nostri hodie ad aulam Imperatoris se conferrent pro consequenda nobilitate. Non tacite: I. quia à dispa- 102. ratis ad disparata, mala fit illatio. Atqui disparatæ regalium species sunt, nobilitas & doctoratus: ergo non continuo, qui Doctor est, etiam nobilis est. II. Quia ex pluribus regalium speciebus una præscripta, cæteræ non intelliguntur præscriptæ. III. Regulariter Doctores non sunt nobiles, quia *in d.l.* 7. *C. de postul.* propter meritum aut vetustatem demum vocantur nobilissimi. IV. Quia nobilitas est

est dignitas, qua quis legitime plebeia conditione eximitur. V. Quia consuetudo in contrarium est, & semper fuit. VI. Quia hoc modo veræ nobilitatis pretio non parum decederet, & viris præclaræ nobilitatis Doctores odiosi redde-
103. rentur: cum haud raro inepti & imperiti ad istum admittantur gradum. Hæc ut maxime colore non careant, tanti tamen mihi non videntur, Sibyllina ea ut æstimem folia. Nobilitas & generis & speciei significatum habet, æque ut adoptionis: *l.1.§.1.ff.de adopt.* cognationis *l.10 §.4.ff.de gradib.* atque alia vocabula. Generis vicem tunc obtinet, quando nobiles dicimus omnes illos, qui legitime plebeia conditione sunt exemti, sive, ut Ab. Miræi distinctionem sequar, titulares sint Nobiles, sive non-titulares, h.e. ut magis ad ICtorum loquar normam, sive nobilitate insignes sint, quæ in suo nomine non stat, sed transit in proprium nomen, ut Imperatoris, Regis, Principis, Ducis, Comitis, Equitis, Doctoris: sive illa sint conspicui, quæ in suo persistit nomine. quo sensu potissimum nos einen Edelmann dicimus illum, qui Nobilis est quidem, sed non titularis, ut superius
104. enumerati. Atque hoc significatu speciem quandoque notat, quæ quidem & ipsa sub genere suo continetur, at quæ cum reliquis non confundenda speciebus. Ita Imperator, Rex, Princeps &c. ist zwar Edel/aber doch kein Edelmann. ec quo diximus sensu: Et; ein Edelmann ist zwar Edel/aber derentwegen nicht gleich Kaiser/König/Fürst. Omnis Princeps est Nobilis, at non protinus omnis Nobilis est Princeps. Doctor est nobilis, genus nobilitatis si spectes, & sua in specie proprium nobilitatis nomen, aliis nunquam veniens sortitur speciebus: er ist Edel/ darumb daß er ein Doctor ist/ aber doch kein Edelmann/ eius speciei, quæ
105. Nobiles non titulares complectitur. Recte ergo Imperator species nobilitatis non confundit, sed distinctis rescriptis alium Equitem, Comitem, Nobilem, alium Doctorem creare solet: utrumque tamen, dum plebeia eximit conditione, nobilitatis sub genus vocat expresse. Bartolus dum Comitivam ab Imperatore consecutus fuit, non tunc primum cœpit plebeia eximi conditione, sed antea ea exemptus maiorem ad nobilitatis gradum, & speciem aliam ab ea, quam antea erat consecutus, fuit effectus. Eodem plane modo, quo cæteri Nobiles non-titulares, Equitum, Comitum, Ducum, Doctorum quoque si ambiant petantque dignitatem, frustra nobilitatis non alium anhelant gradum, antea cum sint Nobiles: ita & Doctores nostri frustra ad Imperatoriam sese non conferunt aulam, Nobiles ibi ut creentur. Non enim collationem aut confirmationem eius speciei nobilitatis, quam antea obtinent, petunt postulantve, sed ad aliam speciem animi sui desideria conferunt, & eam si beneficio Principis obtineant, in liberos suos transmittunt. Ex Nobili enim in specie ita dicto, einem Edelmann/ Nobilis nascitur; at ex Doctore non nascitur Doctor, sed ea nobilitas cum ipsius intermoritur persona. Atq; hæc infirmitatem priorum, quæ Antago-
106. nista habet, demonstrant. Ad *tertium* respondeo; propter scientiam & gradus prærogativam Doctores sunt nobiles; ob meritum vero & vetustatem demum nobi-

nobilissimi : *d. l.* ~. Definitionem nobilitatis, quod *quartum* est, Doctoribus 107. optime applicari statuo, unde & definitum. Doctores enim plebeia conditione eximuntur, dum illis per istum honoris gradum nobilia accrescunt privilegia. Hæc quoque exemptio legitima est, quia eius voluntate & autoritate peragitur, qui omnia legitimat, & ipse autor legis est. *Quinto*; consuetudinem 108. si spectemus, ut nos monet adversarius idem ut agamus, negandum non est, eam hanc firmare, Doctorem non esse Nobilem (scil. eo, quo supra diximus, sensu) nec Nobilem Doctorem. At hoc nihil contra rhombum. In cæteris consuetudo Europæ nostrum firmat latus, dum Doctorem pro plebeio & ignobili non recognoscit. (1) In Camera Imperiali, quæ Spiræ est, Doctores & No- 109. biles paribus fruuntur stipendiis : *Ordinat. Camer. anno* 1555. *part.* I. *c.* 43. & in aliis pari passu ambulant : R. A. zu Cöln *anno* 1512. §. item sollen dieselben acht Räthe. (2) In quibusdam Cathedralibus Ecclesiis æquo jure ad Canonicatus admittun- 110. tur Nobiles & Doctores : Freh. *ad Petr. de Andl. p.* 195. (3) *On fit anciennement en* 111. *France double distinction des Chevaliers ; aucuns estans Chevaliers des armes, & les autres Chevaliers des loix* : h. e. Olim in Gallia duplex erat distinctio Equitum : alii erant Equites armorum, alii Equites legum : Pasquier *livr.* 2. *des Recherches de la France, chap.* 15. *pag.* 166. (4) *En Angleterre tous ceux qui estudient aux* 112. *loix, & qui font profession des arts liberaux, & ne vivent pas de leur travail, ont le nom de Monsieur (qui doit estre donné seulement aux gentilshommes) & sont estimés nobles* : h. e. In Anglia omnes, qui jura addiscunt, & qui artes liberales profitentur, nec ex manuario opere victum quærunt, appellantur Domini (quod solum Nobilibus competit) & nobiles reputantur : *Les Estats, Empires & Principautés du monde pag.* 17. *num.* 27. Ad *sextum* respondeo : Si indignis confertur 113. Doctoratus, hoc nihil in specie tangit Nobiles ; quemadmodum nec Doctores attinet, si indignis conferatur nobilitas. Quibus ita deductis concludo, non sufficere (ut ut sufficere æstimaverit Melasius) Doctori Iuris (nisi forsitan tali, cuius dignitas gulæ servit) si possit consulere viro nobilitatis insignibus conspicuo, eius causas agere, & cum illo exquisito curru & nobilibus equis vehi, cum eo opipare prandere & cœnare, & ex aureis poculis aliquando largius haurire ; sed potius dignitatem ei debitam modis omnibus observandam esse. Eleganter Claude Fauchet *citato tractatu cap.* 3.

Par le sçavoir, les armes, la richesse,
Iadis s'acquit & maintint la noblesse.

Hactenus ex dictis simul illorum detegitur error, qui Doctoris gradum nobili- 114. tati officere vana sibi imponunt persuasione. Quorum error ex eo nobilium instituto augmento sumit, quo res consentaneas, & mutua ope nixas, generis scilicet claritatem, literarumque peritiam, collidi inter se, & diffidere putant : Budæus *lib.* 1. *de asse p.* 24. & literarum studiis militiam enervari arbitrantur : Caspar Ens *part.* 2. *thesaur. polit. apotel.* 31. *p.* 8. Camerar. *cent.* 1. *horar. subcisi-*

115. *var. c. 66. p. 299.* Cæterum multas ordinis sui prærogativas Doctores consarcinarunt, quarum tamen haud paucæ affectionem pro fundamento, non vero rationem habent. (1) Habent Doctores jus publice docendi, commentandi, disputandi, de professionis suæ negotiis respondendi: hocque omne expresse in renunciatione illis conceditur autoritate Imperatoria. Vid. *l. munerum* 18. §. *mixta* 26. *ff. de mun. & hon. l.* 2. §. *ult. ff. de* O.I. Vult. *lib.* 1. *Jurisp. R. c.* 2. *n.* 27. Olim horum tanta erat autoritas, ut Iudici ab eorum sententia non liceret recedere: §. *responsa prudentum* 8. *Inst. de* I. N. C. *&* C. hodie vero nostri ICti tantum umbram tenent antiquæ Iurisprudentum autoritatis: Tib. Decian. *tr. crimin. l.* 2. *c.* 3. *n.* 9 eorumque sententiæ non sunt necessariæ, sed probabiles: *arg. l. nemo* 13. *C. de sentent. & interl.* Treutler. *part.* 1. *disp.* 1. *th.* 7. Schrad. *ad d.* §. *responsa prudentum, n.* 1. imo hodie per assertionem Doctoris excellentis, consuetudinem non posse probari communem, scribit Roch. de Curte *in c. cum tanto. sect.* 8. *num.* 9. *extr. de consuetud.* quod tamen contradictione non caret. Vid. Mynsing. *cent* 5. *obs.* 96. *n.* 4. Fachin. *lib.* 2. *contr.* 87. Gilhaus. *in arbor. Iudic. civ. p.* 1. *de probat. c.* 5.

116. §. 152. *n.* 3. (2) Præcedunt milites: *arg. Nov.* 15. *in f. pr. Nov.* 75. *c.* 5. *in f.* Lauterbec. *tr. de armis & lit. n.* 12. *& seq.* Maiol. *tom.* 2. *dier. can. c.* 6. *p.* 507. Æneas Sylv. *in paralip. Alphonsi lib.* 4. *c.* 19. Arum. *exerc. Iust.* 7. *th.* 9. Vngepaur *exerc. Iustin.* 1. *th.* 3. Eleganter Rulman *supra cit. loc. p.* 280. *L' usage des armes est temporel, sa violence empesche sa durée; il finist deslors, quand les sens esmeus obeïssent à la raison. Mais l' usage des lettres est eternel: il ne finit pas par la fin des hommes, il ne s' envelope pas dans leurs mutations, il ne s' enterre pas sous leurs ruines. Aussi ce que la force, & la valeur de Mars s' est acquis de plus remarquable, & de plus signalé, il s' en va comme la fleur de champs, & s' esvanouit auec les yeux, qui en le regardant se affoiblissent de vieillesse, & defaillent faute d' humeur: les longs jours le devorent, & le consument; l' ingratitude, ou l' oubliance des hommes, l' aneantit. Mais la gloire des lettres revient quand toutes ces choses sont passées: elle ne passe pas, quand les autres viennent. Elle est permanente, elle est immortelle, par les perpetuels monuments, qu' elle-mesme imprime à la memoire, & consacre à l' eternité.* h.e. Usus armorum tempori subiacet, violentia eius ætatem impedit: is tunc finitur, quando sensus commoti rationi obediunt: usus autem literarum æternus est; vita hominis non determinatur, eorum mutationibus non involvitur, neque illorum contegitur ruinis. Similiter quod robur bellicum, & Martia virtus illustrius acquisivit, disperit instar florum agri, & una cum oculorum radiis extinguitur, qui id intuendo senectute franguntur, & deficiunt inopia humoris. series longa annorum hoc devorat & consumit; ingratitudo, vel hominum oblivio, id obliterat: verum literarum gloria revertitur & surgit, quando hæc omnia perierunt; ipsa non interit, quando illæ oriuntur: hæc est stabilis, immortalisque perpetuis monumentis, quæ ipsa memoriæ imprimit & æternitati sacra fovet.

117. (3) Doctores coram Iudice non stare, sed sedere debent: *l. fin. C. de advoc. divers. judic.*

indic. l. fin. §. ult. vers. & sedendi, C. ubi sen. at. Steph. *de nobilitat. scientia, n.* 3. nec ab aliis, licet maximis, fratres nominari, sed Domini consueverunt: *l.* 2. *C. de off. div. jud.* præsertim cum etiam ab Imper. vocentur amici: *l. secundum* 4. *C. de contrah. & commit. stipul. l. Divi* 17. *ff. de jure patron.* & summo mactentur honore. Hinc Angelus, teste seipso, *in l. cum salutatus, C. de sentent. pass.* à summo Pontifice semper non ad pedum, sed manus osculationem admissus fuit. Ratio dignitatis Doctorum postulat (verba sunt *LL. nova Reipubl. Genuens. c.* 50.) & ita observari volumus, ut ab omnibus Magistratibus, excepto illustrissimo Duce, & Gubernatorum collegio, sedentes & tecto capite & audiantur & excipiantur, possintque ad omnes in Reipubl. dignitates promoveri, etiam quod Consiliarii majoris, vel minoris munus, vel alios magistratus nunquam obierint, suprema excepta. (4) Si in aliqua civitate summus Princeps, tanquam hospes versetur, præter eum, & Doctores, nemo curriculo uti potest: *l.* 1. *C. de honorat. vehic. lib.* 11. Pacian. *lib.* 2. *de probat. c.* 41. *n.* 151. (5) Armorum portatio licet regulariter prohibita: *l.* 1. *C. ut arm. usus insc. Princ. lib.* 11. *Nov.* 85. Doctoribus tamen concessa: *arg. l. fin. C. de præpos. sacri cub. lib.* 12. Bartol. *in l. medicos, C. de profess. & medic.* Decian. *tr. crim. l.* 7. *c.* 3. *n.* 53. (6) Ex concessione Caroli V. in comitiis Augustanis anno 1548. & Rudolphi II. in comitiis Francofurtensibus anno 1577. (vide Policey- und Kleider-Ordnung Dn. Iohan. Georgii, Elect. Sax. *tit.* Hoffart in Kleidung / §. Daß zwar die jenigen / *fol.* 13.) Doctoribus concessa est facultas, vestimenta, ornamenta, & aureas catenas, annulosq; pro dignitate & privilegiis gestandi: quod alias non omnibus, imo ne Nobilibus quidem ista constitutione tribuitur, nisi daß solche Ketten nicht über zweyhundert Gulden werth / die sie doch mit einem Schnürlein umbwinden / und durchziehen sollen. Cuius textus vigore, ante aliquot annos, pro Doctoris cujuspiam uxore, contra C. & S. civitatis H. qui sub prætextu statuti sui vestiarii, adversus privilegiatam vestitus gestandi securitatem, devestiendo, mulctando, & pignora capiendo processerant, in Camera pronunciatum fuit: Becht. *tr. de secur. & salvo conduct. th.* 226. Hoc decretum anno 1609. 26. Iunii latum scribit Nold. *de Nobilit. c.* [illegible] *n.* 158. in causa Doctoris Sebastiani Röders Wittwen contra Statt Hamburg. *Dottori in Venetia per le leggi dell' anno* 1360. *possono usar che vesti, & di che qualità lor piace:* Girolamo Bardi *delle cose notabili della città di Venetia lib.* 1. *p.* 12. Contra *in LL. Republ. Genuensis c.* 50. habetur, Doctores tam legum quam Artium, & Medicinæ talari veste utantur, nec sine ea incedant: contra facientes privilegiis & immunitatibus suis biennio carebunt. (7) Doctores testantur jure militari. Sunt milites plumatiles: Zasius *in l. miles, in pr. ff. de vulg. & pup. subst.* Bolognett. *ibid. n.* 14. Quod tamen cum distinctione intelligendum est. Doctores enim fruuntur privilegiis militum: Cyn. *in l.* 1. *& ibidem* Salic. *C. de jur. & fact. ign.* sed iis solum, quæ militibus propter dignitatem, non vero propter juris ignorantiam concessa sunt: *arg. l.* 2. *§. Servius* 43. *ff. de O. I.* Estq; præterea

118. 119. 120. 121.

magna inter milites & Doctores nostros differentia. Illos buccina & classicum; hos gallus è plumis excitat: hi actiones instituunt; miles aciem: hi de regundis finibus tractant; miles de finibus propagandis: hi cavent, ne consultores sui; milites, ne urbes capiantur: hi arcent aquam pluviam; miles hostes: Claud. Cotareus *l.1. de jur. milit. c.1.* *Les gendarmes s'abandonnent au vent, à la pluye, & au Soleil, n'ayans le plus de temps autre meilleure couverture, que celle, qu'ils peuvent impetrer de la misericorde du ciel, pendant que ceux-cy regorgent de leurs salaires dedans leurs maisons de parade. Ceux-cy ont les oreilles ententives à la clameur d'un Huissier, pour faire monstre de leur langue dans un barreau. & quant aux autres, ils se resveillent au son des clairons & trompettes, pour combattre à une barriere, ou donner un coup de lance à point. Les uns s'estoquent à coups de canons, & de loix: & les autres s'exposent & prostituent à l'espreuve d'un canon, ou artillerie, qui ne espargne ny grands, ny petits. Tous deux travaillent tant pour le public, que pour leur honneur; mais en ceste conformité de travaux y a telle difference, que ceux là en travaillant pour le public, ordinairement s'appauvrissent, & s'ils acquirent quelques biens, c'est de la despouille de leurs ennemis: & ceux-cy trouvent dedans leurs travaux, comme dedans une grande miniere d'or, infinies richesses, le plus de temps tirées de la ruine des pauvres subiets du Roy. Et à peu dire, ceux-cy font seulement estat de la vie: ceux-là sans plus de la mort: ne leur restant de recompense pour toute consolation de leurs maux, que l'opinion du lict d'honneur, auquel ils s'acheminent d'une grande gayeté de cœur.* hoc est: Milites vento se exponunt, pluviæ & Soli, non habentes ut plurimum aliud tectorium, quam quod possunt à cœli impetrare misericordia; dum hi abundant voluptatibus domi inter lautitias. Hi aures arrigunt occlamanti apparitori, ut intra cancellos judicii linguæ edant spectacula; Illi surgunt ad sonum tubæ, & buccinæ, congredi parati clauso in campo, aut lancea apte ferire. Hi se invicem pungunt canonibus & legibus: illi se exponunt ad examen maioris tormenti bellici, quod neque minori parcit, neque maiori. Ambo operam suam insumunt pro utilitate publica, & pro proprio honore. Verum hac in convenientia laborum, hæc est differentia, quod illi, dum pro publico sudant, ordinarie pauperes evadunt, & si aliquid divitiarum acquirunt, illud ex hostium spoliis habent: Hi in mediis laboribus reperiunt, tanquam in aurifodina quadam, infinitas divitias, ut plurimum petitas ex ruina pauperum subditorum Regis. Et paucis ut dicam: hi tantum magnifaciunt vitam; illi, nihil magis quam mortem, nulla superstite recompensatione, omni pro consolatione malorum, quam opinione lectuli honoris, ad quod properant læto corde: Estienne Pasquier *livr. 2. des recherches de la France, chap. 15. p. 164.* Cum vero propter dignitatem, vel utilitatem, quæ ex militia ad Rempublicam redundat, miles surdus & mutus, vel filiusfamilias possit testari: *l. fin. C. de inoff. testam.* facile apparet, idem de Doctoribus dicendum esse. Quid vero obtineat in Doctore Iuris, qui armatam sectatur militiam, disquirit Andr. Gerhardus 7.

exerc.

exerc. Iustin. quæst. 10. (8) Iniuria Doctori illata censetur atrox: Menoch. 2. *arb.jud.quæst.c.*262.*n.*17. (9) Doctores torqueri non possunt: *l.nullus* 4.*vers.generis aut dignitatis*, *C.ad l.Iuliam maiest. l.milites* 8. *C.de quæst.* Prosp.Farinac. *de tortura t.*5.*q.*39.*n.*38. Soarez *in thes.recept.sentent.d.l.n.*102. Gigas *de crim.læs.maiest.l.*2.*q.*27.*n.*1. Bocer.*de quæst.& tortur.c.*4.*n.*51.*& seqq.* Quod tamen in praxi non ubique observatur: Coler.*de process. execut. part.*2.*c.*3.*n.*174. (10) Mitius quoque puniri debent, & si forte laqueo essent puniendi, ferro potius è medio tollendi sunt: *l.capitalium* 28. §.*non omnes* 2. *ff.de pœn.* Clar.*l.*5.*sentent.* §.*f.q.*60. (11) Scriptis, non verbo, ad judicem vocari debent: Guido Pap.*sing.* 82. *num.* 7. Corset.*singulari* 53. Tiraq.*de Nobilit.c.*2.*n.*187. Hartm.Hartmanni *miscellan. observ. c.*1.*obs.*4.*n.*3. (12) Non possunt in jus vocari, durante pompa doctorali: Zasius *in parat.de in jus vocando n.*6. Rosbach.*in process.t.*6.*n.*9. Monach.*part.*3. *process c.*3.*n.*13. (13) Conveniuntur in id, quod facere possunt: Roderic.Suarez *in l.*2.*foro legum lib.*3.*t.de cession. bonor.* §.*quinto quæritur,n.*12. Matth.Brunus *de cession.bonor.q.*10.*quæst.*4.*principal.* Dill.Donell.*lib.*27.*comm.*9. Duaren.*ad l.*6.*ff de cess.bonor.* Harprecht.*ad* §.38.*Instit.de action.n.*10. Sed priorem, ut benigniorem, vel ideo ab eruditis propugnandam censet Hilligerus *ad Donell.d.lit. N.* ne ipsi sui ordinis viros in angustia rei familiaris, sæpe fortuna magis, quam suo vitio constitutos, ope sua deserant, rigidæque duritiei fœneratorum denudandos exponant. Atque si favori huic locus est, eum ego non solum Doctoribus Iuris, verum etiam Theologiæ atque Medicinæ oblatum velim, quicquid etiam contradicat Berlichius, *part.*1.*pract. conclus.*55.*n.*93. De aliis vide Nolden, *de nobil.c.*4. Halbritterum *in orat.de privil.Dd.* Matth.Steph.*de nobil.scientiæ.* Bartol.*ad l.*1.*C.de dignit.lib.*12. Bologn.*ad d.auth.habita, n.*27.*& seqq.* Petr.Lesnadier. *in tr.de privil. Dd.*

122 123 124 125 126 127 128 129

CAPVT IX.

De privilegiis Studiosorum.

SVMMARIA.

1. *Falsa adolescentium opinio de libertate Academica.*
2. *Dulcicta studiosorum privilegia.*
3. *De Autore auth. habita, C.ne filius pro patre.*
4. *Eadem ubi lata.*
5. *Quando lata.*
6. *Quomodo lata.*
7. *Cur lata.* 8 9 10.11.14.15.
12. *Explicatur Novell.*1.*in f.*
13. *Studiosum nominans pauperem, eidemque hoc ipso an faciat injuriam?*
16. *Studiosis datur securitas accedendi Academias.*
17. *Quid intelligatur per securitatem istam.*
18. *Supellex Studiosorum præstationi vectigalis non subiacet.*
19. *Studiosis concessa securitas manendi.*
20. *Enucleantur quæstiones aliquot circa eandem materiam.* 21 22.

23. *Studiosis non debet inferri iniuria.*
24. *Pro alterius cuiuscunq; provincia delicto, sive debito, damnum studiosis inferri non debet.*
25. *Repressaliæ quatenus licita.* 26.
27. *Qui sint judices studiosorum.* 28.
29. *An judices isti sint ordinarii.*
30. *Scholaribus datur optio, judices quod attinet.*
31. *Scholaris num optando possit variare.*
32. *Iurisdictio qualis sit data eiusmodi judicibus.*
33. *Rectoribus Academiarum competit merum imperium.* 34.
35. *Respondetur ad obiectiones aliquot.*
36. *Ea quæstio an hodie inutilis.*
37. *In Germania quænam Academiæ merum habeant imperium?*
38. *Quæ in Gallia.* 39.
40. *Quæ in Italia.*
41. *Quæ in Anglia & Hispania.*
42. *Quæ in Polonia.*
43. *Pœna quænam posita violatoribus dictæ authenticæ,* habita.
44. *Pœna secunda.*
45. *Galliæ consuetudo.*
46. *Pœna tertia.*
47. *Votum Autoris.*
48. *Privilegiis studiosorum quos non frui sit conveniens sit.*
49. *Et an competant illis, qui in Academia patria studiis incumbunt* 50.
51. *Ea quibus prætereà competant.* 52. 53.
54. *Specialia atq; localia studiosorum privilegia sunt varia, & multiplicia.* 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64.
65. *Scholarium Germanorum privilegia in Academia Patavina.*
66. *Eorundem privilegia in studio Bononiensi, atq; Senensi.* 67.
68. *Eorundem privilegia in Universitate Aurelianensi.*
69. *Quid olim juris in Academia Pragensi obtinuerint.*
70. *Consiliarii nationis Germanicæ in Academia Patavina, Bononiensi, Senensi: quæ jura singularia.*
71. *Procuratoris Germanicæ Nationis in Academia Aurelianensi, quæ dignitas.*
72. *Studiosi ut sua amittat privilegia.* 73. 74.

1. OPinantur adolescentes, ex frænis scholasticæ disciplinæ ad Academias accedentes, cum Imperialibus immunitatibus, & privilegiis Vniversitates honoratas, & libertate maiori præditas audiunt, sibi quidvis impune licere; at quam inepte & imprudenter: dum ignorant, libertatem, quæ ingenuæ indoli merito conceditur, à licentia, qua neminem non deteriorem nequioremque reddi, Comicus recte perhibet, quam longissime differre. De qua re memini, verba sunt Kirchneri *de legat. lib. 2. c. 1. n. 105.* eruditissimum potentissimorum Principem, Hassiæ Landgravium, Mauritium, prudenter dicere: *Libertatem Academicæ juventuti permittendam, licentiam vero*
2. *nullam omnino esse indulgendam.* Habent Studiosi privilegia complura, quæ, confusionem ut vitemus, in generalia & specialia dispescimus. Generalia nobis
3. exhibet Authentica, *habita, C. ne filius pro patre.* Huius in enodatione considero, I. A quo lata. Autor eius est Fridericus, huius nominis primus Imperator: Goldast. *tom. recess. constit. in public. comit. promulgatar. p. 334.* Charond. *in not. ad const. 1. des privileges de scholarité liv. 11. t. 8. Cod. Henric. II.* Pac. *ad d. authent. n. 2.*
4. II. Vbi lata. Apud Roncalias, qui locus est Italiæ peramœnus, ad Padum fluvium, prope Placentiam, in latissimis campis. Quem cum paucos ante annos transirem, fidem facile dabam Gunthero *lib. 2. de Reb. gest. Frid.* dicenti:

Est locus Italiæ, modicum seiunctus ab urbe,
Cui, quia pulchra situ placet, inde Placentia nomen:

Pla-

Planus, & Eridani placido junctiſſimus amni,
Effundit latos ſpatioſo limite campos.

III. Quando lata. Tunc ſcil. cum laudatus modo Imperator ibi ageret curiam 5.
Regni, id eſt, comitia, anno 1158. menſe Novemb. Erat enim conſuetudo, inquit
Otho Friſingenſ. *de geſt. huius Frid. c.12.* Regum Francorum, quæ & Germano-
rum, ut quotiescunq; ad ſumendam Imperii Rom. coronam, militem ad trans-
alpitandum cogerent, in prædicto campo manſionem facerent, & interdum
comitia celebrarent. Quod novum nulli videri poteſt, cum & apud Romanos
centuriatis comitiis deſtinatus fuerit campus Martius: Gruch. *lib. 1. de comitiis
Roman. c. 5.* Pollet. *lib. 1. Hiſtor. fori Rom. c. 2.* & idem etiam apud ſubſequentes
Impp. non omnino deſierit. Vid. Gold. *tom. 3. conſt. Imper. pag. 115.* IV. Quo- 6.
modo lata. Habita diligenti inquiſitione Epiſcoporum, Abbatum, Ducum, o-
mnium Iudicum, & aliorum procerum ſacri Palatii examinatione. Adhibuit
Imperator in conſilium Status Imperii, more hodiernis quoque in comitiis uſi-
tato, ubi quod in placitum abit, hac adiecta prodit formula: Haben wir uns mit
den anweſenden Ständen/ und ſie hinwiderumb ſich mit uns verglichen. V. Cur 7.
lata? Rationes ſunt tam generales, quam ſpeciales. Generalis una: quia omnes
bona facientes, Imperatoris laudem & protectionem merentur. Vide *epiſtolam*
Comitis Nuenarii nomine Studioſorum Germaniæ, ad Carolum V. apud Gold.
part. 5. politicor. Imperial. diſcurſ. 4. p. 357. Speciales ſunt variæ. (1) Quia Schola- 8.
rium, & Profeſſorum ſcientia totus illuminatur mundus. Remove enim literas
& bonarum artium ſplendidam ſupellectilem, & ſimul Solem ſcientiæ è mun-
do ſublatum, vel certe craſſiſſimis ignorantiæ tenebris obfuſcatum deprehen-
des. Pone literatos, & ad juſtitiam alios erudientes, & ſimul ſtellas lucentes in
perpetuas habebis æternitates: *Daniel. 12.* (2) Quia per eosdem ab obediendum 9.
DEO & magiſtratui, huius miniſtro, vita ſubiectorum informatur. Finis hic eſt
præcipuus noſtrorum ſtudiorum, ut DEO & Magiſtratui debitus ſervetur ho-
nos, debitaque reverentia. Noſtrarum quippe eſt partium, æquum ab iniquo,
licitum ab illicito ſeparare & diſcernere, bonos non ſolum metu pœnarum,
verum etiam præmiorum exhortatione efficere; veram, non ſimulatam affe-
ctare Philoſophiam: *l. 1. §. 1. ff. de I. & I.* Quæ tamen haud raro præſtamus ver-
botenus, factis procul: Rhodigin. *l. 23. antiq. lect. c. 15. p. 893.* (3) Quia amore ſcien- 10.
tiæ exules fiunt. Exilium hic intellige voluntarium, ſeu peregrinationem, non
neceſſarium, quod pœna eſt. Hoc vocabulum [illegible] ab Imperatore ponitur,
cum peregrinationes moleſtæ, longæ, duræ, &c. exiliis verius, quam peregrina-
tionibus exæquentur: Plin. *lib. 30. hiſt. nat. c. 1.* Eleganter Plutarchus *in lib. de Exi-
lio:* Non expulſi, ſed qui ipſi ſemet eiiciunt; non eiecti in exilium, ſed ſua ſponte
exulantes. Durum vero hoc eſt exilium, quia cogimur ſeparari à parentibus, a-
micis, conſanguineis: *l. 12. §. 7. ff. de inſtruct. vel inſtrum. leg. l. 11. C. commun. utriusq;
judic*; & nos noſtramque fortunam, incognitis, extraneis, nulla niſi humanita-
tis,

tis, & interdum nullo nisi nummi jure, nobis obstrictis, & obstringendis, concredere. Durum, quia cogimur patrium fumum relinquere, alieno semper luculentiorem: *l.101.ff.de legat.3 Nov.86.c.1.& 2.* patrios mores deserere, patrium solum abnegare, patrios cibos oblivisci, & exterum fumum, oculis ingratum, nec raro cum isto fumi venditores accedere, moribus exoticis, raro nostris melioribus, assuefieri, aëri intempestivo, aut nostri corporis systemati minus congruo, sanitatis nostræ unicum thesaurum exponere, cibos mesococtos, parum conditos, parum ad sanitatem, multum ad libidinem aliorum comedere, & sæpe cum infinitis aliis molestiis Herculeo conflictari duello. Sic nempe,

Multa tulit, fecitq; puer; sudavit & alsit:
Impiger extremos currit studiosus ad Indos,
Per mare, stultitiam fugiens, per saxa, per ignes.

11. (4) Quia de divitibus fiunt pauperes. Regulariter enim vacuum, quod Philosophi nullibi invenire possunt, in crumenis Scholarium reperire licet: Rebuff. *ad h. Authen. pag. 670.* Licet enim leges neminem in paupertate vivere, neminem in anxietate mori, permittere dicantur: *Nov. 1. in fin.* (quod critice de assessoribus, advocatis, & procuratoribus, non vero litigatoribus intellectum, cum Parthenio Litigioso *lib.1.c.4.n.7.* verum est: Species enim miraculi est, litigare & lucrari, cum lites hominem ad paupertatem redigere soleant: Rebuff. *ad const. Regias lib. 3. tr. de expens. art. 5. gl. un. n. 24.* *Tous ceux*, inquit Pierre Matthieu, *tom. 2. liv. 5. de l'histoire de Henry IV. narrat. 2. p. 242.* *qui sont contraints de plaider, se jettent en une mer de procedures, en un goulphe de subtilités, dont le port est la pauvreté, ou la mort.* hoc est: Omnes illi, qui necesse habent litigare, se præcipites dant in mare processus, in abyssum subtilitatum, cuius portus est paupertas, aut mors.) illud tamen male à Doctoribus communiter, qui mirifice se hoc modo leges commendare, à fructu & utilitate earum, arbitrantur, inducitur; imo imperite, insulse & inepte. Neque enim quicquam tale in mentem venit Imperatori, sed potius de Lege Falcidia, eiusque utilitate loquitur: Rittershus. *in Nov. part. 2. c. 1. n. 16. p. 126.* Hæc cum se ita habeant, quæritur, *an studiosum nominans pauperem, teneatur actione iniuriarum?* Amor quidem ingenii neminem divitem facit: & bonæ mentis soror est paupertas: Petron. Arbit. *in satyr.* Wovver. *de Polymath. cap. 31. p. 283.* sed cum iniuria ex affectu facientis dicentisque æstimetur: *l. 3. §. 1. ff. de iniur. l. 5. C. eod. tit.* & hic aliquando actionem iniuriarum, locum habere statuo: *l. 6. in fin. ff. de privileg. credit. l. 6. C. de suspect. tutor. l. 3. ff. de test. juncta l. 15. §. 27. ff. de iniur.* Harprecht. *in tr. crim. § 1. n. 65. de iniur.* Stephan. *d. loc. c. 7. n. 16.* pessimeque illos agere opinor, qui, cum ipsi præter Empedoclis elementa nihil possideant, & virtutem sine dote quærere se jactitent, nihilo minus voce professionis suæ contraria, surgenti aliorum fortunæ insidiantur, & paupertatem aliis opprobriose obiectitant.

14. (5) Quia semetipsos exinaniunt, multis vitam suam periculis exponentes. Quod illis

illis accidit, & studiis incumbendo, & peregrinando. Nam literati, & eruditi homines, non raro variis casibus & audiendi & loquendi facultatem amittunt: §. *item surdus*, *Inst. quibus non est permiss. fac. test.* frequentissimis vigiliis valetudinem infestant, laboribus ingenium exhauriunt, mortisque imaginem, somnium, fugientes, archetypum ipsum præpropere sibi accersunt. Ad peregrinantes vero si nos convertamus, proh Deum! quot millia quotidie illos expectant incommoda: *l.3.l.35.§.4.ff de mort.caus.donat.l.2.§.3.ff.si quis cautionib.&c.* modo illis à prædonibus, modo à latronibus, modo à piratis, imminet periculum; &, ut ita dicam, quandoque omnia quatuor elementa in ipsorum necem videntur conspirasse. Quod si vero illas adeant regiones, in quibus alia religio immaturo & barbaro zelo defenditur, novum illis ab exploratoribus & proditoribus creatur periculum, ita ut semper & ubivis multa quidem noverint hospitia, amicos paucos, inimicos plures, insidiatores plurimos. (6.) Quia à vilissimis sæpe hominibus corporales iniurias, sine causa, perferunt. Est enim Scholasticus, ut supra ex Epictete dictum, animal, quod ab omnibus deridetur, & fere semper, & ubique prædicamenti passionis; Quod graviter exaggerat Imperator: tum quod hæ iniuriæ à vilissimis personis huic ordini illustri inferantur; vide §. *atrox, I. de iniur.* tum quod corporales: vid. *l.7.§.fin.ff.de iniur.* tum quod sine causa. VI. Quid latum. Continet hæc authentica, non solum privilegia Studiosis perbenigne concessa, sed etiam certas designat pœnas iis infligendas, hæc qui temerario proposito spreverint privilegia. Privilegia hæc sunt: (1) Vt secure veniant ad loca, ubi literarum exercentur studia. Hanc 16. phrasin communiter fere Doctores ita explicant, quod ea Studiosis immunitas 17. à vectigalium præstatione sit concessa: Rosenthal. *de feud part.1.c.5.conclus. 47.n.1.l.A.* Sixtin. *de Regalib. lib.2.c.6.n.116.& 119.* Horat. Luc. *de privil. Scholar. privil.54.* Sichard. *d.auth.n.7.* Petr. Frider. *lib.2. de Mand.c.42.n.6.* Hunn. *disp.feud.th.56 & disp.ad d.auth.habita,th.18.* Oldendorp. *de iure sing.tit.de privileg.Prof. & Stud.* dicentes, consuetudinem solvendi vectigalia de rebus ad proprium usum comparatis, tolerari, ne alioquin Clericorum & Scholarium privilegium, Zollfreyheit / nihil operetur: Castr. *in l.si publice 4.in f.ff. de public.* Ruin. *consil.112.n.8.volum.5.* Autor *Symphor. tom.1.part.1. tit.2 pag.157.* Sed horum mihi displicet explicatio. Etenim si securitas, pro immunitate à præstatione vectigalium, ut illi volunt, accipi debet, omnes ea immunitate præditi erunt: cum omnibus hominibus æqualis sit attributa securitas: *l.28.§.7.ff.de pœn.* Tutius ergo erit, phrasin *secure venire*, explicare, sine metu & periculo venire: *l.1.§ summa, ff. de his qui effud. vel deiec.* & cum Donello *ad d.authent.* 18. *n.9.* & Gilkenio *ibidem*, vectigalium immunitatem Studiosis attribuere, ex *leg. 5.C.de vectigal.* aut dicere, Studiosorum res, ex paritate rationis (*arg.d.auth.l.5.& 14.C.de Advoc. div. iudicior.l.5.§.3.ff de iur. immun.l.1.C.qui ætat. vel profess. lib.10.l.18.§.1.ff.de iudic.l.28.in pr.ff.ex quibus caus.*) non secus ac militum, a-

gricolarum, & naviculariorum, præstationi vectigalis non subiacere: *l. 5. C. de vectig. l. 9. §. 7. de public. l. 1. C. de Navicul.* vel eandem exemptionem deducere ex *l. 6. C. de Profess. junct. l. 6. C. de vectig.* Horat. Lucius *de privileg. Scholar. priv.* 4. Eadem immunitate lege Hispanica gaudent Studiosi, qua soli Clerici (qui etiam nostro in Imperio à vectigalibus exempti sunt: Schwaben-spiegel *lib. 1. c.* 214. *§. 1.* Sachsenspiegel *lib. 2. art. 27 §. 5.*) Milites, & Scholastici portorium non dant; ut ex *C. Hispanico parte 5.* refert Choppinus *de Domanio Franciæ lib. 1. tit. 9. n. 8.* Excipiunt Doctores *primo*, si vectigal sit impositum pro refectione pontium, ut in Argentinensium ponte Rhenano: Petr. Frider. *d. loc.* Bocer. *de Regal. c. 2. n. 204.* *Deinde*, si Scholaris munificas res suis admisceat. Quo tamen casu, res munificæ tantum in commissum cadunt: *arg. l. 4. §. 1. ff. de public.* Gilken. *ad d. auth. n. 44.* Cæterum prudenter faciant Studiosi, si aurigis literas dederint testimoniales, sigillatas à Rectore suo, per quas fidem faciant publicanis, Studiosos se esse, easque cistas & vasa (vulgo Stübig vocant) ad se pertinere: Dd. *ad l. ult. §. Divus, n. 2. ff. de public. & vectigal.* Sichard. *ad d. auth. n. 7.* Bocerus *dict. loc.* Consuetæ enim inscriptioni non semper creditur, daß es Studentengut sey. Et nuncios, nautas, aurigas, &c. literas testimoniales Studiosi habentes, ulterius ad aperturam rerum cogi non posse, sed in eventum juramento illorum standum, ait Peck. *de jure sist. c. 5. num. 2. edition. veter.* Contrarium tamen fecisse publicanos Ferrarienses, saltem ut plus extorquerent, scribit Gilken *ad d. auth. n. 43.* & ego illorum inverecundiam aliquoties

19. 20. in Italia expertus sum. (2.) Vt in iis secure habitent. *Hæc securitas an eo usque se extendat, ut Studiosus, si in Academia ad certum tempus domum conduxerit, locatoris viduæ, vel liberis præstitutum ante terminum cedere non cogatur?* quæri poterat. Negat Rebuffus, *de privileg. Scholarium, priv. 8.* Matth. Stephani *vol. 1. part. 3. disp. 4. th. 19.* Affirmat Harprechtus, *ad §. fin. I. de locat. num. 13. & seq.* Pingizer. *decis. Ienens. 10. arg. l. 13. C. de locat. & cond.* ubi refert, secundum hanc sententiam in Scabinatu Ienensi, contra Studiosum quendam fuisse pronuncia-

21. tum. *An vero Studioso conductori propter pestem grassantem pensio remittenda?* Affirmat Panormit. *in c. propter sterilitatem, n. 8. extr. de locat.* Negat Baldus *in l. licet, n. 5. C. locati.* Sed affirmativa verior per *l. 28. ff. de damno inf. l. 49. §. 1. ff. ad Leg. Aquil. l. 13. §. 7. ff. locati:* Vide Gail. *lib. 2. observ. 23. num. 7.* cuius distin-

22. ctioni vix locum relinquo, motus autoritate *l. 27. §. 1. ff. locat.* *An idem propter apparitionem spectrorum dicendum?* Affirm. *arg. d. d. ll.* Christoph. Porcus *ad §. ult. Instit. locat.* Guido Papæ *decis. 530.* Didac. Covarr. *lib. 4. var. resolut. c. 6.* & omnium elegantissime Rulman *en son troisiesme plaidoyer p. 308. usque ad pag. 346.*

23. (3.) Vt nullus tam audax de cætero inveniatur, qui Scholaribus iniuriam inferre

24. præsumat. (4.) Vt nullus iisdem, ob alterius cuiuscunque provinciæ deli-

25. ctum, sive debitum, aliquod damnum inferat. Represalias hic improbari communis est opinio. Quod ita intelligo, ut ratione Scholarium illas perversæ

adscri-

adſcribam conſuetudini, ratione aliorum, certis requiſitis intervenientibus, eas non improbem. Quamvis enim Æneas Sylvius Epiſt.7. Parth. Litig. lib.2.c.2. n. 30. p. 479. Nov. 52. leges Longobard. tit. 10. 9. 4. & conſtitutio Theodorici Gothi Regis apud Goldaſt. tom.3. conſtit. Imper. p.54. easdem damnent; recte tamen illas de conſuetudine licitas exiſtimo, non ſecus ac bellum, can.1. & 2. 23. q.2. can.3. & 4. 23. q.1. Petr. Martyr claſſ.4. loc. 17. n. 6. Petr. Gregor. lib.38. ſyntagm. c. 8. n. 7. accedentibus tamen aliquot requiſitis, de quibus agit Horat. Carpan. ſuper ſtatuta Mediol. vol. 2. c. 437. Dn. Scip. Gentil. ad dict. Auth. c.6. Dn. Andr. Donnet. in ſingular. de Repreſſ. diſput. & Quirin. Cubach, amicus meus, cent.3. illuſtr. quaeſt. dec.2. & ſeqq. Melander in proceſſu Meureri. part.2. th. 220. pag.387. Nec obſtat; repreſſalias per ſe malas eſſe: d. N. 52. Nam quemadmodum venenum per ſe malum eſt. l.3. in pr. ff. ad L. Corn. de ſicar. & nihilo minus tamen medicamentis quibusdam admixtum, bonum redditur & ſalutare: d.l. 3. §. 2. ita etiam repreſſaliæ per ſe illicitæ eſſe poſſunt, nec ut venenum in Republica vendi, aut concedi debent, ne Reſp. enecetur; quod ſi vero membrum aliquod Reipublicæ ægrotet, hoc eſt, ſuum ab exteris non poſſit conſequi, tunc bonus magiſtratus, medici probi ſuſtinens officium, admixtis herbis ſalutaribus hoc repreſſaliarum veneno, vitam & ſanguinem ægroto ſuo reſtituere poterit & debebit. (5) Scholaribus aſſignantur peculiares judices, ſc. Dominus vel Magiſter eorum, vel ipſius Civitatis Epiſcopus. Duo, inquam, judices illis dantur, Magiſter & Epiſcopus. Nam quod dicitur, Dominus vel Magiſter, ex parallelo eſt: Speckh. cent.1. q.57. num.3. Pac. hic num. 3. Donell. hic n. 19. Hillig. ad Don. 17. commentar. 20. lit. K. Etenim ſi per Dominum, cum Sichardo hic n.36. Ilicone Ummio diſput. proceſſ. judic. 4. theſ.12. n.65. Dn. Fohman. in prælect. ad tit. ff. de judic. poteſtatem, ſeu Magiſtratum loci intellexerimus, non video, quid verba d. Auth. ad alium judicem, operari queant: niſi dicamus, judices dari Scholaribus Dominum vel Magiſtratum loci, magiſtrum (ſive eum intelligas de Præceptore, cum Scipione Gentil. 3. de juriſdict. c.17. Hilligero ad Don. 17. comm. 20. lit. K. ſive de Rectore, cum Ummio d. loc.) & Epiſcopum, optionemque, ſive electionem inter eosdem, coram quibus ipſi velint conveniri: quod ſi illi jam elegerint, exempli gratia, magiſtrum, & actor eos ad Epiſcopum, vel Magiſtratum loci vocet, tanquam ad alium eos vocantem judicem pœnæ ſubiacere. Quæritur, an hi judices ſint ordinarii? Affirm. arg. l. 6. de Iuriſd. l. 1. ff. de offic. ius & c. l. 1. ff. de ambitu. Sichard, hic. Dedit enim Imperator juriſdictionem his noſtris, non vero mandavit. (6) Iudicum illorum optio datur Scholaribus, coram quo ſe ſiſtere velint. Quod privilegium eſt & ampliſſimum & anguſtiſſimum, contra jus commune, utpote quo deciſum, in actoris poſitum eſſe, & voluntate, & facultate, eligere judicem, coram quo reum conventum velit: l. 2. §. Scævola 3. ff. de eo, quod

26.
27.
28.
29.
30.

31. *cert.loc. l.19.in fin. l.50. ff.de iud.* Quæritur; *num Scholaris variare poſsit, & mutare electionem?* Affirmativa placet Accurſio arbitranti, Studioſum variare poſſe, usque ad litem conteſtatam: *arg. l. ſi convenerit 18. ff. de iurisdict.* Negativa
32. mihi: *arg.l.apud 20.fin.de optione legat.* & ne judicia reddantur illuſoria. (7) Iu-
33. dicibus iſtis datur jurisdictio. Hic trita illa noſtrorum excutienda erit quæſtio, *An Rectoribus, vi huius authenticæ, merum quoque competat imperium?* Negant hoc alii, alii inter imperii meri diſtinguunt gradus: mihi affirmativa placet ſimplex; eamque eo lubentius ſuſcipio, cum ſciam, Principum beneficia pleniſſime eſſe interpretanda: *l.pen. ff.de Conſtit. Princip. c.cum dilecti, in fin. de donation.* Decius *in l.imperium, n.26. ff. de iurisdiction.* genusque complecti omnes ſuas ſpecies: *l. omnes, C. de præſcript. 30. annor.* & diſpoſitionem generalem tantum operari quoad omnia, quantum ſpecialis, quoad ſpeciatim enumerata: *l.51. ff. de administr. tutor. l.79.pr. ff. de leg.3.* Weſenbec. *conſil. 95. num. 20.* Ecce vero Principis conceſſionem in famoſa noſtra authentica. *habita, C.ne fil. pro patr.* ecce generalem jurisdictionis dationem in verbis, *quibus hanc iurisdictionem dedimus.* Iurisdictio autem ſuo ambitu complectitur etiam merum imperium: *l.1. de offic. eius, cui mand. l.7. §.2. ff.de offic. proconſ. iuncta l.6.in pr. ff.d.t. l.6. § 8 ff. de offic. Præſid.* Donell. *ad d. auth. n.28.* Bocer. *de iurisdict. c.2. à pr.* Schifordek. *lib.3. tr.29. q.1.* Matthias Stephani *lib.1. de iurisd. c.3. n.45.* Accedunt inſuper
34. verba *d.authent.* explicantia mentem concedentis, h.e. qualemnam jurisdictionem conceſſam velit Imperator Rectoribus. Talem vero indicant verba, quæ verſantur circa debitum, & delictum, nec non circa negotia & cauſas; quæ omnia ad criminales quoque cauſas referri poſſe, evincunt *l.1. §.1. ff.de teſtib. l.29. C.de Appellat. l.unica C.de officio Proconſ. l.25.pr. C.de Epiſc. & Cler. l.13 pr. C.de iudiciis, l.15 § 4. ff.ad SC.Turpillian. l.4. ff.de accuſ. l.5. C. de Iurisd.* Cuiac. *lib.9. obſerv.21.* Gœdd. *ad l.36. n.5. de V.S.* Heigius *part.2. q.11. n.8.* Et ita mecum ſtatuunt Matth. Stephani *d. tr. de Academ. c.12. n.10.* Dominus meus Scip. Gentilis *ad d.auth. c.8.* Horatius Lucius *privileg. 69. in fin.* ubi eos, qui aliter pronunciant, hæreticos vocat; Thomas Michaël *de iurisdict. th.96.* Beſold. *1.polit. c.2. §.3 n.45.*
35. Nec obſtat, quod alii obiiciunt, 1. Ea, quæ ſpecialiter lege, vel SCto, vel Conſtitutione tribuuntur, mandata jurisdictione non transferri: *d. l.1. pr. de officio eius.* Reſpondeo enim, aliud eſſe in mandata jurisdictione, aliud in data. Mandans jurisdictionem, non propterea merum imperium mandare nequit, quod ſub iſto vocabulo hoc imperium non contineatur; ſed cum illud jure magiſtratus non competat, *hac l.1 in pr. & §.1.* 2. Specialiter quod debet dari, generali conceſſione non venit. Reſpondeo: Imperium merum dici ſpecialiter dari, non quaſi neceſſario ſpecialibus verbis dandum ſit; ſed quod in generali jure Magiſtratus non contineatur, & proinde ſpeciali alia conceſſione deferatur. 3. Scholarium judex ex optione poteſt eſſe Epiſcopus: *d. authen. habita.* Atqui

is, ſi

is. si sanguinis pœna irroganda veniat, judicare non poterit: *cap. fin. extr. de Cleric. vel Monach.* Resp. Id non videtur catholicon, *per Auth. statuimus, C de Episcop.* Deinde Episcopus hoc judicium poterit expedire per suos judices delegatos: *c. Episcopus, ne Clerici vel Monach. in 6.* Vide Thom. Michaël. *th.* 84. Verum cum 36. hac nostra ætate rariores sint Academiæ mero imperio munitæ, &

——— vix totidem, quot
Thebarum portæ, vel divitis ostia Nili,

cum res omnis ex fundationibus sit diiudicanda, & cum Principi fundatori leges suæ largitioni dicere liceat, quas velit, non pauci arbitrantur, hanc quæstionem seculo nostro esse inutilem. Vid. Hilliger. *ad Donell. lib. 17. commentar. 20. lit. m.* Sed falluntur ad unum omnes. Academiarum enim privilegia cum plerumque sint dubia, & fere verbis *d. auth.* concepta, earum vera & genuina interpretatio merito investiganda. Sic & Academiæ Tubingensis, teste Besoldo *d. l. n. 45.* privilegia verbis *d. Auth.* hac in parte utuntur: & ex illis, cum quædam puella infantem occidisset, disputatum fuit, an & hoc delictum ad Rectoris pertineret jurisdictionem. Merum vero imperium habere dicuntur in Ger- 37. mania Academiæ; Tubingensis, teste Sichardo *ad d. auth. habita, n. 22.* Lipsiensis, ut videre est ex statuto eiusdem Academiæ facto sub annum 1466. & ex reformatione ad annum 1596. prout fusius deducitur in consilio singulari Lipsiensium, *an Studiosus in causis pœnalibus iudici seculari ad pœnam sustinendam se sistere teneatur?* ad Episcopum Martisburgensem transmisso, anno 1599. & Hieronym. Pansenum, *in responsuris, an magistratus mercatoribus dispoliatis, ad reparationem damni obstrictus sit?* Francofurtensis, uti probat consilium [illegible] puum Ludolphi Schraderi; Rostochiensis: Cothmann. *responso Academico* 1. Ingolstadiensis: Scip. Gentil. *d. c.* 8: Heidelbergensis; Zvvingerus *in theatro vitæ human. vol 26. lib unico p.* 4069. Griphisvvaldensis: Stephan. *d. tr. c. 12. n. 116.* In 38. Gallia olim hoc juris habuit Parisiensis Academia, in qua anno 1403. seu ut alii 1407. Mercatorum Præfectus Studiosos duos suspenderat patibulo, sed coactus fuit eos osculari, & reddere scholæ honorifice sepeliendos. Iacob. Breul & Petrus Bonfin. *in antiquitatibus Parisiensibus p. 115. & 289. editionis de anno* 1608. Iacob. Meierus *lib. 14. annal. Flandriæ.* Claudius Espencæus *tract. de tribus liliis Francicis*, Middendorp. *lib. 6. Academ. p. 575.* Pasquier *livr. 3. des recherches de la France chap. 23. p. 316* ubi dicit: *En l'an 1407. Messire Guillaume de Tignonville, Prevost de Paris, fit pendre deux Escoliers estudians en l'Vniuersité de Paris, l'un nommé Leger du Moussel, Normant, & l'autre Olivier Bourgeois, Breton, tous deux malgisans, qui auoient tué un homme de sang froid, lesquels ayant demandé leur renvoy, comme Escoliers, pardeuant leur iuge, Tignonville sans y avoir esgard, les condamna d'estre pendus, & estranglés au gibet de Montfaucon, où il les fit conduire dés l'instant mesme, à iour failli, avec la lumiere des torches; craignant, que s'il remettoit du iour au lendemain ceste execution, ils ne fussent recoux du Roy, en faveur de l'Vniversité.*

chose dont elle appella, & en fit l'espace de quatre mois telle instance, qu'il fut ordonné par arrest de l'an 1408. qu'ils seroient dependus, comme il fut fait. Et dit Alain Chartier, que le Prevost y fut en personne, & les baisa en la bouche, & envoya auec ses sergens depuis le gibet iusques au Monstier, où ils furent inhumes, estans leurs corps emmenés dans une biere, sur une charette, & estoit le bourreau sur le cheval, vestu d'un surplis, comme un Prestre. Monstrelet adiouste, que pour garder les privileges de la Vniversité, il fut dit, que les corps seroient rendus a l'Evesque, & au Recteur, comme il fut fait au Paruis de Nostre Dame, & de là ensevelis au Cloistre des Mathurins, où l'on voit encores la tumbe. hoc est: Anno 140[illegible]. Dominus Wilhelmus de Tignonville, Præpositus Lutetianus, fecit suspendi duos Scholares, literis operam navantes in Vniversitate Lutetiana, unum appellatum Legerium de Mousel, Normannum, alterum Oliverium Civem, Britannum, ambos reos, qui posita jam ira occiderant hominem. Qui cum petiissent remitti ad suum judicem, ut Scholares, Tignonville eo spreto eos condemnavit, ut suspenderetur patibulo Montisfalconis, quorsum eos curavit deduci confestim, post occasum Solis, accensis facibus: timens, ne, si suspenderet executionem in diem usque sequentem, gratiam Regis consequerentur in favorem Vniversitatis. A qua sententia, illa appellavit, & quadrimenstruo spacio adeo institit, ut sententia anni 1408. fuerit ordinatum, de patibulo tollerentur, uti etiam factum. Et dicit Alanus Carterius, Præpositum ibi personatenus adfuisse, eorumque ora fuisse osculatum, eosque transmisisse cum suis lictoribus à furca usque ad Monasterium, ubi terræ fuerunt mandati, postquam eorum cadavera fuissent feretro & carro imposita, & Carnifex insidens equo amictu Presbyteri. Monstreletius addit, quod pro conservatione privilegiorum Academicorum fuerit mandatum, ut corpora redderentur Episcopo, & Rectori, uti factum in Parochia B. Virginis, & postea sepulti in Monasterio Maturinorum, ubi usque hodie visitur sepultura.

39. Dissentit Zvvingerus *d.l.* inquiens; magnum hoc esse & rarum privilegium, ac ne

40. quidem Parisiensi scholæ à Regibus Franciæ concessum. In Italia hoc jure usa est Bononiensis Academia. Verum cum tempore Azonis ibi decem millia Studiosorum versarentur, quorum factiones reprimere, & crimina coërcere, cum ipsa facile non posset, hoc jus in potestatem urbis transtulit, atque ita aliquid de suo jure remisit: Caccialupus *de modo studendi, document.* 10. Bolognin. *ad d. auth. habita, n.*68. Pacius *ibidem n.*75. Pisana, eiusdem regionis Academia, criminali, & civili jurisdictione usa: Petr. Calefac. *consil.* 102 *n.* 1. *inter consil.* Zileti, *volum.* 1. Idem de Neapolitana annotavit Andr. de Isernia *ad d. auth. habita, n.* 9. Horat. Lucius *de privil. scholar. privil.* 64. Vt & de Perusina Bartol. *in d. auth. n.* 4.

41. In Anglia talis est Oxoniensis; in Hispania Complutensis: Scip. Gentil. *d.l.* In

42. Polonia, ex parte, Cracoviẽsis. Vladislaus enim Iagello Rex Poloniæ, Academiæ Cracoviensi aliquot concessit privilegia, & inter alia de Rectore ita sancivit: *Insuper Rector prædictus, Scholares & Studentes suos in causis criminalibus levioribus,*

læ, utpote pro capillatione, offensioneq; cum palmo, vel pugno ad effusionem sanguinis, ac contentatione qualibet non enormi, habeat judicare, nec ob hoc ipsi Scholares, vel Studentes, vel eorum familiares, atque servi, ad extranea judicia vocentur & trahantur. Si autem (quod DEVS auferat) Studens scholaris, vel aliius prædictorum, in furto, adulterio, stupro, homicidio, aut aliquo crimine capitali & ignominioso fuerit deprehensus, illorum cognitio non debet ad Rectorem pertinere, sed statim criminalium deprehensus Scholaris, si Clericus fuerit, ad Episcopale judicium remittatur; si vero Laicus, nostro judicio subiacebit: Andr. Lipsius *cent. 1. observ. pract. 4. n.9.p.16.* Pœnæ sunt; (1) quadruplum rerum ablaturum; quod Scholari applicandum arbitror: *arg. verbi, restitutionem, & auth. omnino, C. ne uxor pro marito.* (2) Infamia ipso jure irroganda, privatioque dignitatis, seu cinguli: pœnæ revera gravissimæ, & capitalibus æquiparandæ: *l.103. ff. de V.S. l.9. in princ. ff. de manum. vind. l.8. §.2. ff. quod. met. causa, can. non sunt audiendi. 11.q.3.* In Gallia quid fuerit observatum, ex illis colligi potest, quæ recitat Estienne Pasquier, *livr. 4. des recherches de la France chap. 23. p.316. Les gens, dit-il, de Messire Charles de Savoisy grand Chambellan de France, & l'un des plus favoris du Roy, s'estans temerairement attachés à quelques Escoliers, en une procession, que l'Université faisoit en l'Eglise saincte Catherine du val des Escoliers, & y en ayans blessé quelques uns, par arrest du Roy, des Princes de son sang, & de son grand conseil donné en l'an 1404. il fut dict, que sa maison seroit demolie, & Savoisy tenu de fonder une chapelle, en faveur de l'Université, de cent livres de rente: & Monstrelet adiouste, que Savoisy seroit banny, & exterminé de la Cour du Roy, & tous ceux qui luy appartenoient de parentelle, & avec cela privé de tous offices Royaux. Ce qui fut executé, & ceste maison demolie depuis reedifiée du consentement de l'Université, qui est aujourd'huy celle, que l'on appelle l'hostel de Lorraine. Toutesfois ce fut à la charge, qu'il y auroit un tableau attaché contre la paroy, au devant l'Eglise saincte Catherine, dans lequel seroit contenue toute l'histoire & jugement, que l'on y peut encores aujourd'huy voir. Il fut pareillement desappointé Savoisy quelques mois de ses Estats, pour contenter l'Université, mais puis apres restably.* Huius sensum latinis ita profero. Quidam ex familia, aut servitio, Domini Caroli de Savoisi, magni Camerarii Galliæ, & gratia Regali potentis, cum temerario ausu quosdam Scholares, in processione quadam, quam Vniversitas agebat ad Ecclesiam S. Catharinæ vallis Scholarium, fuissent aggressi, atq; nonnullos vulnerassent, sententia Regis, Principum sanguinis, & maioris consilii, lata anno 1404. fuit edictum, ut domus eius funditus dirueretur, & Savoisius esset obligatus fundare sacrarium quoddam, in honorem Vniversitatis, reditu centum librarum. Et addit Monstreletius, ut Savoisius relegaretur, & proscriberetur ab Aula Regia, cum omnibus agnatis, & præterea privaretur omnibus officiis Regiis. Id quod executioni mandatum fuit, & domus ista diruta, postea reædifica-

43. 44. 45.

dificata consensu Universitatis, quæ hodie vocatur Palatium Lotharingicum. Nihilo minus hoc factum est ea conditione, ut parieti Ecclesiæ S. Catharinæ tabula affigeretur, qua hæc tota historia contineretur, cum sententia, quam hodie quoque ibi videre est. Et consimiliter Savoisius aliquot mensibus fuit remotus ab officiis, ut Universitas placaretur, sed postea iterum restitutus in integrum.

46. (3) Qui Scholarem ad alium judicem, præter antea enumeratos, trahere tentaverit, etiamsi causa justissima fuerit, à tali conamine cadit. Quod, retenta lectione communi, aliter interpretari nequeo, quam actorem, quamvis justam declinandi judicem à Scholare electum habere causam videatur, tamen, si eundem ad alium trahere tentaverit, conamine (ausu, voluntate, non vero causa,

47. ut volunt Doctores communiter) suo cadere. Vtinam vero hæc omnia hodie in ipsis rerum obtinerent argumentis, & mentiretur Vincent. Carol. *tr. de locat. & conduct. tit. de Profess. & Medic. fol. 139.* scribens; Literatorum privilegia hodie parum observantur, & fere nunc vanum est ea proponere; cavere igitur debent Scholares, ne se fundent in scholastico privilegio, quia decipientur. Hæc

48. ille. VII. Quibus lata. Privilegiis huius Authenticæ fruuntur alii per se, alii per consequentiã. *Per se* fruuntur omnes, qui causa studiorum peregrinantur Scho-

49. lares, maxime vero divinarum & sacrarum Legum Professores. *Quid vero de iis, qui non peregrinantur, h.e. qui in patria literis operam navant, docendo & discendo?* Illis hæc privilegia denegant Salic. Bald. Sichard. Pacius, &c. *ad hanc auth. per verba, peregrinantur, & exules facti.* Sed merito his contradicunt, Gilken. *hic n. 20.*

50. Stephan. *d. c. 5. n. 34.* Hunn. *hic c. 1. q. 5.* Sciendum enim est, Imperatorem *in d. Auth.* tribuere voluisse privilegia Scholaribus & bonarum literarum Professoribus. Verum cum inter utrosque tum temporis maior pars non ea commoditate in patria literis operam dare posset, merito Imperatorem se retulisse ad maiorem numerum: *arg. l. 3 & seqq. ff. de LL.* quibus peculiaria quædam, quædam vero communia cum reliquis voluit privilegia. Peculiaria sunt illa, quæ merentur ex particulari ratione, scilicet, quia peregrinantur, & exules fiunt. Talia sunt, ut secure veniant ad loca, in quibus literarum exercentur studia, ut in iis secure habitent, ut nullus tam audax inveniatur, qui aliquam illis iniuriam inferre præsumat; nec ob alterius cuiuscunque provinciæ delictum, seu debitum, damnum inferat. Communia sunt, quæ ex communi proficiscuntur causa, scil. quia bona faciunt, & quia eorum scientia totus illuminatur mundus, & ad obedientiam Deo, & Magistratibus, eiusque ministris, vita subiectorum informatur. Huc pertinet, ut proprios & peculiares habeant judices, & eo-

51. rum judicum optionem, &c. Specialibus prioribus incipiunt gaudere Studiosi, quando studiorum causa peregrinantur. Quod enim scribit Paponius *lib. 5. Arrest. tit. 14. art. 4.* Petr. Gregorius *Syntagm. jur. univ. lib. 3. c. 8. n. 13.* in Galliis studiosos non gaudere privilegiis, nisi sex menses constiterint in Academia; vetitumque esse Rectoribus, ante istos menses Scholasticis dare diplo-

mata

mata atteſtationis ſcholaritatis: hoc, inquam, nos non tangit, & alio forſan pertingit; nec etiam in media Gallia ubique obſervatur. Quæritur, *an hæc privilegia etiam illis competant, qui in Gymnaſiis, vel in ſcholis trivialibus verſantur?* Illis in totum hæc omnia negare cum Paurmeiſtero 2. *de jurisdict.c.9 n.97.* Beſold. *d.l.n.44.* admodum inhumanum duco. Videatur Hunn. *d.c.1.q.5.* *Per conſequentiam* fruuntur hiſce privilegiis, nuncii & famuli ſtudioſorum, Profeſſorum liberi, coniuges &c. *cap. cui licet, ubi* Dinus *de R.I.in 6.* Rebuff. *privil.166.* Calcan. *conſil.71.* Abbas *in cap. nullus, n. 6. de judic. l. medicos 6. C. de Profeſſ. & Medic. l.2. C. de Epiſc. & Cleric. &c.* *An vero eorum quoque parentes, fratres, &c. filium, fratremq. in Academiis viſitantes?* Ita voluere Dd. per *l.2.3. & ſeqq. ff. de uſu & habit. l. ſcimus 22. C. de agric. & cenſit.* Andr. Gerhard. *ad d. Auth. quæſt.* 10. ſed minus recte. Specialia, ſeu localia privilegia varia ſunt: ea quæ mihi cognita haſce in claſſes refero, ut vel ea omnibus eo in loco degentibus, vel ad eundem ſtudiorũ cauſa iter facientibus, competere dicam; vel certæ nationi, vel aliquibus tantum ex iſta. *Primæ claſſis* hæc ſunt: Qui ſcholarem aliquem ad Gymnaſium Bononienſe pergentem, manu verboque offendit, capitis reus eſt. Qui Magiſtratus, prout Magiſtratus, iniuriam illatam ſcholari perſequi prætermiſit, eadem pœna tenetur: Nath. Chytr. *in delic. Europ. p.* 180. Ex privilegio Vniverſitatis Lovanienſis, adoleſcens ab ea hora, qua primum ſuum pedem movet à domo patris, ut eo veniat ſtudiorum cauſa, eſt ſub protectione eiusdem Vniverſitatis: Peck. *de iur. ſiſt. c.5. n.1.* In Patavina Academia Studioſi olim ampliſſimo iure utebantur, eligendi & reiiciendi Doctores pro ſuo arbitratu: quod tamen à Senatu Veneto anno 1445. mitigatum, & anno 1560. ipſis prorſus ademptum, propter tumultus, qui inde oriebantur: Middendorp. *de Academ. lib. 4. n. 64.* In Academia Leidenſi, teſte Donello *lib. 17. comm. c.* 20. Studioſus cum agit, poteſt reum à ſe conventum, etiamſi civis, atque adeo ſub alterius jurisdictione, ad Rectorem trahere. Auguſtius adhuc privilegium Montis Peſſulanorum, de quo Rebuffus *privileg. ſchol.* 149. anno 1437. à Carolo VII Franciæ Rege conceſſum, quo Doctores & Studioſi debitores, iniuratores (ita loquitur) jurium detentores, inquietatores & moleſtatores (atque ita in actionibus realibus etiam) etſi per quinque diætas vulgares diſtent, coram ſuis Iudicibus, Conſervatoribus, conveniunt & reſpondere cogunt. Lipſienſis Academia hoc habet privilegii, ut eius membra non tantum in urbe Lipſia deprehenſa, ſed & extra ad tres diætas à magiſtratu loci capta, Rectori avocanti cognoſcenda puniendaque remitti debeant. Frider. Penſold. *in addit. ad Deciſ. Coler.* 296. Tubingenſis Academiæ ſtatutum eſt, ut quicunque civem Academicum, eiusque familiam, reali vel verbali iniuria affecerit, non ſolum læſo, ſecundum juris rationem ſatisfaciat, ordinariaque juris provincialis mulcta plectatur, ſed & ulterius pœnæ loco viginti florenos pendat: Kizel. *in Diſp. ad d. Auth. q.* 14. Academiæ Pariſienſis

52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61.

hæc inter alia ſunt privilegia: *Philippes le Bel par Edict de l'an* 1295. *ordonna, que quelque emprunt qu' il fit pour la neceſſité des guerres, il n' entendoit, que l' Vniverſité fut compriſe en ce mandement. En l' an* 1299. *que pour une debte reelle on ne pourroit gager un Eſcolier en ſes meubles. Et en l' an* 1311. *que le Chevalier du Guet de ſon advenement jureroit, de garder en tout les privileges de l' Vniverſité. Et Loüys Hutin ſon fils, qui regna ſeulement un an: que tous Eſcoliers puiſſent tranſporter leur beſongnes en tous endroits, où ils voudroient ſans trouble, ou inquietation d'aucun. Mais ſur tous grand fut le privilege, que Philippe de Valois leur donna l' an* 1340. *par lequel il les exempta de tous peages, tailles, impoſitions, couſtumes, ou autres telles charges perſonnelles, & qu' en tous leurs procés ils ne peuſſent eſtre evoqués de la ville de Paris:* Eſtienne Paſquier *livr.3. des recherches de la France ch.23.p.315.* hoc eſt: Philippus

62. Pulcher Edicto anni 1295. ſancivit, ut quaſcunque faceret impoſitiones ad bella neceſſarias, Vniverſitas illis non ſubiaceret. An. 1299. pro debito reali ſcholarem non poſſe pignorari in ſuis mobilibus. Et A.1311. ut vigilum Magiſter, ſtatim in introitu officii iuraret, ſe obſervaturum in omnibus, & per omnia, privilegia Vniverſitatis. Et Ludovicus Hutinus eius filius, qui per annum ſolum regnavit, ut omnibus ſcholaribus liceret ſupellectilem ſuam transportare, quo vellent, abſque ullius impedimento. Verum ſupra omnia magnum eſt privilegium, quod Philippus Valeſius illis dedit, anno 1340. quo illos exemptos voluit ab omnibus portoriis, vectigalibus, conſuetudinibus, & aliis huius generis muneri-

63. bus perſonalibus, & ut omnibus in proceſſibus non evocarentur Lutetia. In Codice Henrici III. *lib.11.tit.9.conſtit.1.* hoc habetur: *Voulons les Maiſtres, Bacheliers, Eſcoliers, liſans & eſtudians en noſtre Vniverſité de Paris, & auſſi les ſuppoſts, ſerviteurs & officiers d' icelle, & ſans fraude, de quelque eſtat qu'ils ſoient, eſtre francs, quietés & exempts de toute impoſition, entrée, aydes, des vins, & autre biens quelconques creus en leur heritage, ou de leur benefice, qui ſeront vendus par eux, en gros, ou detail, & auſſi de tous les vins & autres biens, qu' ils achepteront pour leurs neceſſités en l' eſtude. Voulons, que les fermiers de noſdites aydes, & autres, à qui il appartiendra, ayent & adiouſtent pleine foy au ſignet de ladicte Vniverſité & Scholarite desdits ſuppoſts.* h. e. Volumus Magiſtros, Baccalaureos, Scholares, Profeſſores & auditores in noſtra Vniverſitate Lutetiana, uti etiam eidem ſubiectos, famulos & officiales, & circa fraudem, cuius fuerint ſtatus, eſſe liberos, & exemptos ab omnibus impoſitionibus, daciis, & vectigalibus, quoad vinum, & alia bona illis nata, in prædio, aut ex beneficio, quæ ab eiſdem venduntur, aut totaliter aut per partes, uti præterea quoad vina & alias merces, quas comparabunt ad neceſſitatem & ſtudia. Volumus, ut conductores vectigalium, & alii, ad quos pertinebit, habeant & attribuant plenam fidem ſigillo dictæ Vniverſitatis, &

64. Scholaritatis, prænominatorum ſubiectorum. Fridericus II. Imperat. Scholaribus Neapolitanis hæc concedit apud Goldaſtum *tom.2. conſtit. Imper. p. 73.*

Schola-

Scholares undecunque venerint, secure veniant, morando, stando, & redeundo, tam in personis, quam in rebus, nullam sentientes in aliquo læsionem. Hospitium quod melius in civitate fuerit, Scholaribus locabitur pro duarum unciarum auri annua pensione, nec ultra æstimatio eius adscendat. Infra prædictam autem summam, & usq; ad illam, omnia hospitia sub æstimatione duorum civium, & duorum Scholarium locabuntur. Ad *Secundam* Classem pertinet: Patavii Germanica natio, inter viginti & duas, quæ ibi numerantur, in omnibus tam publicis, quam privatis Vniversitatis conventibus, primum locum obtinet, duasque voces, seu calculos binos, in ferendis suffragiis habet. (2) Pro debito civili vel delicto, pro quo non venit ingerenda pœna sanguinis, Germanus neque capi, neque in carceres conjici potest. (3) Si aliquis nostræ nationis cum alio rixam habeat, etiamsi ad vulnera perventum sit, modo illi postmodum inter se transigant, judex aut magistratus neque in cognoscendo, neque in judicando procedere potest; & si procedat, desistere tenetur. (4) Omnes in numerum nostrum relati, ab omnibus daciis, gabellis & gravaminibus, cuiuscunq; generis, immunes sunt, ita ut possint vel ipsi, vel per famulos suos, per quæcunque loca Venetis subiecta, omnia ad victum, vestitum & usum necessaria portare, & exportare. Si vero aliqua oriatur quæstio, an res aliqua portetur in usum scholarium nationis Germanicæ, eorum juramento statur, nisi apertissimis probationibus, non autem præsumptionibus & coniecturis, contrarium probatum fuerit: publicani vero statuto huic contravenientes centum librarum pœna, vel mulcta afficiuntur: *Liber statut. German. nation. quæ est Patav. c. 2.* Bononiæ ex Caroli V. privilegio natio Germanica est speciali Imperatoris sub tutela. Senis ex confirmatione nupere defuncti Cosmi, competit nationi Germanicæ, (1) ut non nisi coram proprio Consiliario, Procuratoribus, & Senioribus nationis conveniantur. (2) Extra casum mortis, scholares dictæ nationis, nec in carceres coniiciendi, nec eos apprehendendi potestas Barisello, lictoribus, aut Capitanei apparitoribus ulla est. (3) Illi arma offensiva, & defensiva ubique portare possunt. (4) A gabellis, & vectigalium solutione, in toto Magni Ducis Hetruriæ territorio, demonstrata sub Nationis sigillo matricula, immunes sunt. Aureliæ Nationi Germanicæ datum est; (1) ut in illa inscriptus sub speciali Regis Galliarum sit protectione, sive eo se conferat, sive abeat, tam tempore belli, quam pacis, sine religionis inquisitione. (2) Tempore belli, nec jure belli capi, nec detineri potest, etiamsi eius Princeps Regi bellum indixisset: *Ainsi qu'il fut plaidé en la cour, le douziesme Iuillet 1558. pour un Escolier Allemant estudiant en l'Vniversité d'Orleans, pris prisonnier par un gentilhomme demeurant prés de Gyen, le frere duquel avoit esté pris en guerre par le frere de l'Escolier.* hoc est: Quemadmodum in Curia fuit peroratum 12. Iulii anno 1558. pro scholare Germano studiis operam navante in Vniversitate Aurelianensi, qui captus fuerat à Nobile quodam habitante non procul à Gyen, cuius frater captus fuerat bello à fratre Scholaris: Iean Bacquet *des droicts du*

65. 66. 67. 68.

domaine de la couronne de France part.1.chap.13.p.38.& seqq. (3) Inſcriptus liber eſt à ſolvendo Beanio, vel ſuo novo aut jucundo adventu, quin exactores eiusdem pœnam excommunicationis ipſo facto incurrunt. (4) Inſcriptus domo empta, vel conducta, familiam alens, ab omnibus aliorum incolarum muneribus eximitur. (5) Inſcripti morientis bona, tanquam peregrini, (*ius albinagii* vocant, quaſi jus alibi natorum) in commiſſum non cadunt, ſed heredibus debentur & reſtituuntur. (6) Inſcriptus gladio & pugione nocte & interdiu uti poteſt. (7) Per regnum tranſeundo, etiam ſclopetas (vulgo *Piſtolets* vocant) portare po-
69. teſt. Vid. *lib. ſtat. nation. Germanic. Aurel. degent.* Pragæ olim Germani in ferundis ſuffragiis tres voces, Bohemi quartam habebant: quod cum interverteret Wenceslaus Imperator, uno die 5000. & intra octiduum 24000. & amplius
70. Praga exceſſerunt: Dubrav. *Hiſt. Bohem. lib.23.* Cuſpin. *in vita Wencesl.* *Ad tertiam* hæc, quæ ſequuntur, refero. Patavinæ civitatis Rector tenetur dare licentiam ferendi arma licita Conſiliario nationis Germanicæ: *d. lib. ſtat.* Bononiæ Procuratores nationis Germanicæ quam diu ſunt in officio, fruuntur dignitate ſacri Lateranenſis Palatii, aulæ & Imperialis Conſiſtorii Comitis, poſſuntque creare Notarios, judicesque ordinarios, poſſunt legitimare naturales, baſtardos, ſpurios &c. privilegio Caroli V. Senis Conſiliario nationis noſtræ in ſcholares matriculæ inſcriptos, etiam illos de ſapientia, Germanos omnimoda jurisdictio
71. eſt, eaque ad caſum usque mortis ſeſe extendit. Aureliæ Procurator Germanicæ nationis eſt membrum Vniverſitatis, & una ad conventus publicos Vniver-
72. ſitatis in negotiis publicis vocandus eſt. Cæterum amittunt ſtudioſi, & membra Academica, privilegia ſua, propria culpa, & facinoribus, adeo ut nonnunquam ex matricula Academica eorum eximantur nomina, non circa infamiæ notam: Scipio Gentil. *ad d. autb. c.8.* Pacius *ad eandem c.4. n.12.* Peck. *de jure ſiſtendi c.5. n.1.* Patavii anno 1597. 11. Calend. Octobris, Conſiliario Nicolao à Nibelſchuz, toti Vniverſitati nationis Germanicæ placuit, juſtis ex cauſis, accurate diſcuſſis & examinatis, nulli ex membris ſuis fas eſſe, convictu, familiaritate & conſuetudine uti Doctoris Hieronymi Planci Florentini, idque ſub pœna
73. excluſionis ex matricula. Relegationem quod attinet, ea potius ſuſpenduntur, quam amittuntur privilegia; & de illa hodie in quibusdam Academiis idem dici poteſt, quod de excommunicatione Pontificia Gallus quidam: Quamdiu ea parce & moderate uſi Pontifices, terrori eam fuiſſe cunctis mortalibus, frequentiam vero inane reliquiſſe nomen, abuſum, uſum, eiusque ſuſpecta de-
74. diſſe conſectaria. Sed & ſtudiis valedicunt expreſſe vel tacite. Cuius inter alias hæc nota datur, ſi per quinquennium ab Academia abfuerit: *arg. l. 2. C. de primicer. lib.12. l. 2. C. de commeat. d. l. 3. C. de domeſtic. & protector. c. ult. ubi gloſſ. verſ. per quinque annos, ext. de hæretic.* Rebuffus *privileg. 35.* Schneidevvin. *ad §. item Romæ, n.6. Inſtit. de excuſat.*

CAPVT

CAPVT X.

De reliquis Academiæ membris, infimi Ordinis.

SVMMARIA.

1. *Typographi studiosorum gaudent privilegiis.*
2. *Typographiæ encomium.*
3. *De eiusdem primo inventore dissonans Historicorum relatio.*
4. *De loco non minor dissonantia.*
5. *Chinensibus inventum hoc adscribunt, alii Italis, nonnulli Batavis.*
6. *Annus inventionis incertus.*
7. *Famosos non licet excudere libros.*
8. *Vbi typographia exercenda, à quo, & quomodo.* 9.
10. *Censores excudendis libris poni debent.*
11. *Notantur pomposa & tumida librorum inscriptiones.*
12. *Bibliopola studiosorum digni privilegiis.*
13. *In Gallia venum exponere non licet Bellarmini librum* de potestate summi Pontificis, *uti nec* discursum *Francisci Suarezii.*
14. *In Hispania nec vendere, nec emere, nec tenere licet* annalium Baronii tomum undecimum.
15. *Bibliopolarum merces in Gallia vectigalibus non subiacent.*
16. *Bedellus & Academiarum ministri publici studiosorum gaudent privilegiis.*
17. *Bedelli nomen unde.*
18. *Ad nuncios, & famulos studiosorum, privilegia studiosorum extenduntur.*
19. *De vestimentis famulorum.*
20. *De requisitis famulorum.*
21. *De vitiis famulorum.*

ACademicis & Studiosorum privilegiis, per extensionem, & consequentiam fruuntur etiam alii, qui licet ipsi quidem studiis discendo & docendo non inhæreant, attamen Academiis rei literariæ, atque studiosis inserviunt. Tales sunt I. *Typographi*: Vranius *consil.7.n.4.* Menoch. *de arbitr. iudic. quæstion. c.370. n.8.* Artificium, hi quod tractant, nunquam satis dignum poterit nancisci laudis suæ præconem, cum nulli utilitate, dignitate & subtilitate cedat: Cardan. *l.17. de artib. & artific. reb.* Forcat. *l.4. de Imp. & Philos. Gallor.* ut recte is apud Scheurlum, *de laudib. Germ. & Ducum Saxon. p.24.* cecinerit: 1. 2.

Qui primus Latias effinxit in ære lituras,
Et docuit sacros ære notare libros;
Nonne putas docti cælum superasse Myronis,
Phidiacas Veneres, Parrhasiosq; Ioves.

Sed quanta huius artificii præstantia, tanta inter autores & Historicos differentia & disceptatio, *à quo, & quo anno, fuerit adinventum?* Ego inter eosdem non 3. ero Palæmon. Sunt qui autorem nominent Ioh. Gutenberg: Chass. *part. 11. glor. mund. consid. 35. p. 273.* Melch. Gusland. *in tr. de papyro, membr. 26.* Iacob. Meier. *libr. 16. ann. Flandr. p.339.* Polyd. Virgil. *de inventor. rer. lib.2. c.7. p.132. edit. Basil.* (in altera vero editione eiusdem Virgilii, quæ in quarta prodiit forma, an-

no 1509. vocatur Petr. Gutenberg, & eodem nomine exprimitur *in Chronico Ziticensi* Paul. Langii *p.* 865.) Quidam hoc artificium duobus fratribus attribuunt, quorum tamen nomina reticent: Volaterr. *lib.* 33. *Philolog. p.* 349. Pontan. *volum.* 2. *Progymn.* 10. *p.* 52. Alii Ioh. Fausto, qui solebat uti opera Petri Schefer de Germsheim: Avent. *lib.* 8. *Hist. p.* 422. Sonleut *in oration. de stud. succeß. p.* 99. Irenicus vero *lib.* 2. *Exeg. Germ. c.* 47. *p.* 47. eius repertorem vocat Vlricum Haan: ubi addit,

Anser Tarpeii custos Iovis, unde quod alis
Constreperes, Gallus decidit, ultor adest.
Vlricus Gallus, ne quem poscantur in usum,
Edo. uit pennis nil opus esse tuis.

4. Locum quod attinet, Moguntiam fere communiter Autores posuisse invenio: sic Chassan. Sonleut. Avent. Irenic. *dd. loc.* Zvvinger. *theatr. vit. human. vol.* 20. *l.* 1. *p.* 3629. Dissent. Iacob. Meier. *d. l.* & Israël Spach *in nomencl. prompt. Philos. in præf. p.* 4. eius incunabula Argentinensibus adscribentes, perfectionem vero Moguntinensibus.

5. Dissentit Iohannes Barrus *Hist judic dec.* 11. *lib.* 9. *c.* 1. Marc. Henning. *lib.* 3. *de reg China c.* 16. *p.* 217. Maiol. *tom.* 1. *dier. canic. colloq.* 23 *p.* 813. Iohann. Petr. Maffeius *Histor. Ind. lib.* 6. *fol.* 256. Garf. ab Horto, *lib.* 2. *arom. ap. Indos nascent. c.* 38. Chinensibus hoc attribuentes. Quod potius libenter se credere velle, quam cum molestia experiri, scribit Camerar. *cent.* 2. *hor. subcis. c.* 28. *p.* 116. & distantiam locorum hoc vetare, nec forsitan consultum esse, hoc explorare, inquit Salmuth *in not. ad Pancir. nov. reperta tit.* 12. Aliter coniicit Nordermann. *in conclus. de iure princip. th.* 60. *tit. C.* Cum Tamburlanes, *inquit*, Regnum Chinæ occupasset, huic præficiebat Axaliam, Principem Græcum, & Christianum, cui per Iudæos cum Christianis negotiantibus pulvis tormentarius, una cum machinis innotuerat. Quæ omnia, cum valde admiraretur Tamburlanes, jubebat, ut Axallæ eius inventio tribueretur, & ad Annales referretur. Ioh. de Bes Abbas de Monte Mer hæc ex Arabicis, & præcipue ex Alhacen Arabe *de gestis Tamburlanis*, qui eius coætaneus fuit, in linguam Gallicam transtulit, quæ si vera sunt, nil obstare video, quo minus dicam, etiam huic Axallæ per eosdem Iudæos Typographiam fuisse cognitam, & in Chinam hoc modo translatam tanquam ab autore. Italis acceptam refert Pompon. Lætus refutatus à Peutingero *in sermon. convival. de mirand. German. antiquit. p.* 12. Alii Batavis: Ioh. Rau *in Cosm. part.* 2. *c* 20. *p.* 558. Guicciard. *in descript. Fland. p.* 3. & 182. Conradum aliquem primum Romam hanc artem attulisse, scribit Chassanæus *d. loc.* cui ex asse non convenit illud, quod legitur in aditu auditorii Theologici, quod est Heidelbergæ:

Hans von Laudebach ist mein Nam/
Die ersten Bücher truckt ich zu Rom.
Bitt vor mein Seel/ Gott gibt dir Lohn.
Starb 1514. auf S. Stephan.

6. Chytr. *in delic. Europ. p.* 307. Tandem in anno mirifice variant. Iacob. Meier ponit annum 1440. quem sequuntur Pancir. *d. l.* Salmuth *ibid.* Func. *in Chron.* Bunting. *in Chron. p.* 473. Peucer. 5. *chron. p.* 126 Schœnb 3 *pol.* 3 *p.* 306. Avent. refert ad annum 1456. Chassanæus ad annum 1458. Volaterranus ad annum 1464. Sonleut. ad annum 1466.

7. Vti vero etiam optimæ cuiusq; rei abusus datur, ita & Typographiæ quoque: unde publicis 1530. Imperii legibus probe constitutum meminimus, ne famosos Typographi procudant libros: R. A. *de An.* 1530. §. Vnd nach dem/ & *de anno* 1567. §. Setzen vnd ordnen. Petr. Denaif. *de jure Cameræ li tit.* 177. *vers. librarii, n.* 7.

8. Huic vitio ut facilis poneretur obex, constitutionibus Imperii firmatum / daß im gantzen Römischen Reich Buchtruckerey an keine andere Oerter / dann zu denen Stätten / da Churfürsten vnd Fürsten ihre gewöhnliche Hofhaltung haben / oder

da

da Universitates Studiorum gehalten / oder in ansehenlichen Reichsstätten verstattet/ aber sonsten alle Winckeltruckereyen stracks abgeschafft werden sollen: R. A. zu Speyer anno 1570. §. Dieweil dann solche. Deßgleichen daß kein Buchtrucker zugelassen werden solle / der nicht zuförderst von seiner Oberkeit/ darunter er häuslich sitzet darzu redlich/ erbar/ vnd allerdings täglich erkent/ auch daselbst mit sonderlichem leiblichen End beladen sey/ in seinem trucken sich denen Reichsabschieden / gemäß zu erzeigen / vnd sich aller lästerlichen vnd schmählichen Bücher, Gemälde vnd Gedicht gänzlich zu enthalten: Policeyordnung zu Franckfurt *anno* 1577. *tit.* 35. §. Vnd damit solchem allem. **10.** Sed & aliis librorum vitiis remedia erunt, si magistratus curet per eos, quos censuræ librorum præficere debet: Policeyordnung zu Franckfurt *de anno* 1577. *tit.* 35. *in pr.* ne (1) obsceni, (2) religioni sanæ contrarii & hæretici prodeant libri. (3) ne autoribus indigne aliquid vel addatur, vel dematur, de quo veritatis studiosi conquerendi occasionem possint nancisci, ut nacti sunt disputandi contra *can. Constantinus, distinct.* 96 & *l. inter claras* 8. *C. de summa Trinit.* quorum illum in antiquioribus manuscriptis Codicibus non extare, notavit Antoninus Archiepiscopus Florentin. *part.* 1. *Chron. tit.* 8 *c.* 2. §. 8. *fol.* 225. hanc spuriam & supposititiam evicit Hottomanus *lib.* 1. *amicab. respons. c.* 1. de aliis vide Wovver. *de polymath. c.* 18 *p.* 148. & *seqq.* **11.** Pomposas & tumidas librorum inscriptiones quod attinet, eas ad autoris, non Typographi vitium refero, & risui potius atque cachinnis, quam magistratus severiori animadversioni subiicio. Cœlius Rhodiginus hos notat *lib.* 7. *antiq. lection. c.* 19 *pag.* 254. Conquirunt, inquit, inscriptionum miras varietates: Cerion ille appellat librum suum, vel nugas meras potius, & Favum intelligi vult. Alius κέρας ἀμαλθείας, copiæ cornu, veluti lactis gallinacei sperare possis in volumine haustum, ut verbis nobilissimi autoris rem exprimam, & propter quod deses vadimonium possit. At cum intraveris, bone DEUS, quam pistrica omnia, quam omnino nihil, nisi offeum, nihil non simulatum. Hos ego Prometheos vere dici, & esse arbitror. Ferunt siquidem, qui ista curiosius consectantur, Prometheum carnium distributioni, quam vocant creonomiam, præpositum, lepide admodum & festive Iovi imponere adortum: quippe nil verius divinitatem sanctimatis Dei, sibi quidem pinguia & sapida subduxit, Iovi autem ossa modo appesuit obducta ἀργέτι δημῷ, ut Hesiodus inquit, id est, pinguitudine candida. Quo nomine, simul quia homines finxisset, & ignem furto conciliasset hominibus, Vulcano & Mercurio dicitur à Iove traditus in Caucaso suffigendus. **12.** II. *Bibliopolæ*: Matth. Steph. *d. c.* 6 *n.* 15. Horum lucro velim terminos poni, ne studiosos aliosque literarii ordinis justo plus onerent. Ut & illud magistratui cordi esse velim, ne prohibitæ notæ libros, vel publice, vel clanculum vænales habeant. **13.** In Gallia *la Cour de la grand Chambre, de la Tournelle, & de l'Edit assemblées le* 26. *Novembr.* 1610. *defendit sous peines le livre du Cardinal Bellarmin*, de potestate summi Pontific. in temporalibus. *Et par l'Arrest du* 26. *Iuin* 1614. *defendit le livre de François Suarez, toutes les Chambres assemblées, pour y avoir plusieurs propositions contraires aux puissances souveraines des Roys, ordonnés & establis de Dieu.* hoc est: Parlamentum prohibuit adiecta pœna librum Cardinalis Bellarmini *de potestate seculari Pontificis Romani.* Et sententia &c. prohibuit librum Francisci Suarez, omnibus Cameris præsentibus & convocatis, cum inibi contineantur complures propositiones contrariæ supremis Regum potestatibus, constitutis à DEO. Vid. & *tr. de la grandeur de nos Roys p.* 165. **14.** In Hispania Cæsaris Baronii tomus undecimus Annalium atro notatus calculo venum exponi ne quit, edicto Regio dato à Saint Laurens, *l.* 3. *Octob.* 1610. *Signé du Roy & de la plus-part des Conseillers.* Tenor talis. *Don Philippes &c. Nous avons esté informés par nos Conseillers, que Cesar Baronius en l'onziesme tome de ses Annales, en la vie du Pape Vrbain II. l'an 1097. en un discours long & prolixe, avec paroles & raisons moins temperées & retenuës, de ce que requeroit sa profession, procedant plus par forme d'accusation & invective, que de relation historique &c. Et paulo post: Cela*

estant

estant tres-certain, comme on peut colliger, & entendre des exclamations & exaggerations dont il use, qu'il s'est laissé emporter a l'affection, & passion particuliere, ou pour le moins, qu'il l'a escrit avec peu de cognoissance, & une ignorance inexcusable de la verité de l'histoire &c. C'est pourquoy nous mandons par cet Edict qu'aucune personne de quelconque dignité, estat & condition qu'elle soit, & tant privilegiée soit-elle qu'elle voudra, puisse exposer, tenir, vendre, ny achepter en nos Royaumes & Estats ledit onziesme tome sous le nom de son autheur &c. sous peine pour la premiere fois, contre celuy qui y contreviendra, de cinq cens escus ayans cours dans le Royaume. id est: Per Consiliarios nostros certiores redditi sumus, Cæsarem Baronium *Tom. 11. Annalium, in Vita Papæ Urbani II.* anno 1097. prolixa dissertatione verbis minus temperatis & professioni suæ convenientibus, procedentem potius per formam accusationis & invectivæ, quam relationis historicæ &c. Cum sit certissimum, ut licet intelligere per exclamationes & exaggerationes, quibus utitur, quod passus sit affectibus & singulari appetitu transversum se rapi, ad minimum, quod modica cognitione, & ignorantia inexcusabili veritatis historicæ &c. Propterea mandamus præsenti Edicto, ut nulli liceat, cuiuscunque dignitatis, status aut conditionis & privilegii is fuerit, exponere, habere, vendere, aut emere, nostris in regnis & provinciis, prædictum tomum undecimum sub nomine autoris sui, &c. sub pœna prima vice, qui contra fecerint, quingentorum Coronatorum, in Regno usitatorum. Vid. Continuatorem Mercurii Gallici, *pag. 11. & 12.* ubi optime subiungit: *Il y a eu autresfois beaucoup de moindres subiects, que celuy-là, pour lesquels on avoit entré en des excommunications & interdicts: mais la puissance du possesseur a fait contenir un chacun en paix.* hoc est: Aliquando minores extiterunt causæ, hac ipsa, quarum intuitu interdictis & excommunicationibus locus fuit datus: verum potentia possessoris unumquemque fecit paci addictum vivere. Cæterum ne librorum crescat pretium, magistratus partes erunt ut prospiciat, quod ita fieri poterit, si vectigalibus & aliis fuerint exempti. In Gallia per arrestum 22. Septembr. anno 1587. *le Roy a declaré tous & un chacun des livres reliés, & non reliés, qui seroient apportés en son Royaume de pays estranges, ou transportés d'iceluy par les libraires de ladite Université de Paris, sans fraude, quittés & exemptes de tous droicts d'entrée, issue, impositions, travers, & generalement, de tous droits subsides mis sur toutes autres especes de marchandises:* hoc est: Rex declaravit omnes & singulos libros, ligatos & non ligatos, qui importabuntur in Regnum ex aliis regionibus extraneis, aut exportabuntur ex eodem per Bibliopolas dictæ Universitatis Lutetianæ, absque fraude, exemptos ab omnibus datiis, ratione ingressus, egressus, impositionibus, & generaliter ab omnibus subsidiis impositis omnibus aliis speciebus mercium. III. *Bedellus & ministri publici Academiarum:* Pacius *ad d. auth. n. 24.* Middendorf. *de Academ. lib. 1. c. 21.* Illum magis Peudelium vocandum censet Fr. Iunius *d. tr. c. 4. p. 136.* Nomen quod attinet, Henischius *part. 1.* Teutscher Sprach und Weisheit. *lit. B.* ait: Bedell hat den Namen vom Bieden. IV. *Nuncii & famuli studiosorum: d. authent. habita.* Hi communiter ex pacto serviunt pro alimentis tantum, ideoque recedentes à Dominis tenentur, illis restituere vestimenta ad ornatum concessa: Bermon. *in tr. de publ. concubin. n. 31. fol. 325.* Castr. *in l. id vestimentum, ff. de pecul.* & poterit Dominus propria autoritate spoliare famulum vestimentis: Bald. *in l. in his rebus, §. servus, ff. quæ in fraud. credit.* quia famuli non habent istas vestes in proprietate, sed gestant eas, tanquam asinus sellam: *arg. d. l. id vestimentum.* Hippol. Bonacoss. *tract. de serv. & fam. q. 79.* Distinguit Duarenus *ad §. 1. l. 66. ff. solut. matrim.* Cæterum bonis servis, seu famulis, convenit rostrum suillum (non sint fastidosi palati) aures asininæ (patulæ) manus explanatæ (non furentur) pedes cervini: Petr. Gregor. *syntag. art. mirab. lib. 23. c. 5.* Sed rari isti, & hodie frequentissime

Doctorum famuli sunt omni tempore tardi:
Sudant, quando vorant: frigescunt, quando laborant.

F I N I S.

LIBER NONVS

IVRIS PVBLICI IMPERII ROMANO-GERMANICI,

DE

COMITIIS IMPERII, DE CAMERA IMPERIALI, DE IVDICIO ROTvvilensi, de Consilio Imperatoris aulico, & de Austregis.

Autore

IOHANNE LIMNAEO
IENENSI.

SIC FACILE CRESCAM

ARGENTORATI,
Typis & Sumptibus FRIDERICI SPOOR.
M DC LVII.

LIBER NONVS,
DE
COMITIIS IMPERIALIBVS.

CAPVT I.

De Comitiis Imperii.

SVMMARIA.

1. *Gentium varia comitia.*
2. *Britanni olim rarissimos celebrarunt conventus.*
3.4. *Apud Romanos quotuplicia fuerint Comitia.*
5. *Centuriata comitia ubi habita.*
6. *Calata comitia unde dicta.*
7. *Gallis quo nomine dicta Comitia.*
8. *Quoque Britannis.*
9. *Quo Hungaris.*
10. *Comitiorum nomen unde.*
11. *Morbus comitialis unde dictus.*
12. *Comitia Germanorum quibus clara nominibus.*
13. *Comitiorum descriptio, & finis eorundem.*
14. *Preparatoria comitiorum.*
15. *Imperator quomodo indicat comitia.*
16. *Accedente Electorum consensu.*
17. *Vt & quandoq; reliquorum Imperii Statuum.*
18.19. *Consensus Electorum ad indicenda comitia pracise necessarius.*
20. *Propositionis extensio.*
21.22. *Cur Imperator debeat indicere comitia.*
23. *Quomodo Imperator indicat comitia.*
24. *Imperator indicit comitia & precariis & imperativis verbis.*
25. *Quando indicenda comitia.*
26. *Comitia olim annua.*
27. *Sylvii jocus in comitia.*
28. *Sleidani judicium de frequentia comitiorum.*
29. *De raritate comitiorum judicium Autoris.*
30. *Comitia olim Arelati celebrata.*
31. *Postea Moguntia, atque Francofurti.*
32. *Comitia olim Rom. aliis celebrata.*
33. *De loco, ubi habenda comitia, decisio speculi Suevici.*
34. *Prima comitia, ex dispositione A. B. Noriberga ab Imperatore indicenda.*
35.36 37. *Eadē an hactenꝰ jugiter observata.*
38. *Comitia extra Germaniam indici non debent.*
39. *In Germania vero loco commodo.*
40.41.42. *Loci electio quatenus in arbitrio Imperatoris consistat.*
43. *Comitia an in alia, quam libera Imperii civitate celebrari possint.*
44.45.46.47. *Bertrami error.*
48 *Status Imperii vocantur ad comitia.*
49. *Status Ecclesiastici vocantur ad comitia, etiamsi nondum infulati.*
50. *Sede vacante Capitulum vocatur ad comitia.*
51. *Minorennis si quis Statuum sit, ad comitia non ipse, sed eius vocatur tutor, aut curator.*
52. *Maiorennes vocantur ad comitia, licet de Principatibus suis nondum fuerint investiti.*
53. *Primogenitus quando solus vocetur ad comitia.*
54. *Quando vero cum eodem & reliqui.*
55. *Quid dicendum, si bona pro indiviso possideant.*

56.57. Patre Principe, matre vero plebeia natus, non vocatur ad comitia.

58.59.60. Imo vocatur.

61. Olim exteri & confœderati Principes, vocati ad comitia.

62. Idem hodie ut fiat exoptat Goldastus; contrarium suadet Bertram.

63. Goldasto accedit Autor, sed certis limitationibus.

64. Imperio subiectæ personæ etiamsi Status non sint, ad comitia possunt vocari.

65. Vicemareschallus Imperii, Pappenhemius, a quo evocetur ad comitia.

66. Pappenhemius primus ad comitia advolat,

67. Pappenhemius diversoria Statibus, eorumq; assignat legatis.

68. De jure civili quinam ab hospitum receptione immunes.

69. Quæ partes domino domus relinquantur, quæve assignentur hospiti.

70.71.72. Exceptiones regulæ.

73. Explicata l.6.§.5.ff. de offic. præsidis.

74. Prædicta juris civilis regula, an in comitiis observentur.

75. Pappenhemius cuique commodum assignat hospitium.

76. De inscriptionibus ædium.

77. Inscriptiones delens falsi reus dicitur.

78. Exceptio decisionis.

79. De Mareschallis, & metatoribus Regis Galliæ, notabilia nonnulla.

80. Pappenhemii cura est de annona prospicere.

81. Pappenhemius est lustrator curiæ, in qua celebrandi consessus.

82. Pappenhemius curam suscipit securitatis publicæ.

83. Pappenhemius convocat Status.

84. In quosnam Pappenhemii sese extendat jurisdictio.

85. Transactio inter Pappenhemium, & civitates ubi peragenda comitia.

86. Meretrices an coram Pappenhemio sua profiteantur nomina.

87. Statuum alii ad comitia comparent.

88. Non comparentium quæ differentia.

89. Familia Austriaca ad comitia comparere non cogitur.

90. Privilegium circuli Burgundici.

91. Privilegium Regis Bohemiæ.

92. Contumaciter emanentium quæ pœna.

93.94.95.96.97.98. Status ipsimet in persona propria regulariter tenentur comparere.

99. Dissentiens refertur Betramius.

100. Eiusdem enervantur rationes.

101.102. Rumelini error.

103. Per legatos comparent illi, qui ipsimet venire impediuntur.

104. Civitates comparent per legatos.

105. Abbatissæ cur ipsamet comitiis interesse non possint.

106. Ditmarus notatur à Gevvoldo.

107. Qui per legatos comparent absentiæ suæ tenentur reddere rationes.

108. Mandati formula, & tenor.

109. Clausula substituendi.

110.111.112.113.114. Civitatum legati an mandatum teneantur exhibere.

115.116. Comparentes ad comitia, quem primum soleant accedere.

117. Legati Venetias applicantes, quo ordine se invicem soleant convenire.

118.119. De Præside comitiorum.

120. Ius proponendi in comitiis, solius est Imperatoris.

121. Antecedentia propositionum.

122.123.124.125.126. Ordo sedendi in comitiis: ubi error aliorum notatus.

127. Gratiarum actio pro comparitione.

128. Propositio.

129. Statuum post eandem responsum, atque petitum.

130. Cæsaris responsum, & Senatus dimissio.

131. Statuum ad consultationem convocatio.

132. Classes tres eorum qui consultant.

133. Electorum in classe quis ordo sedendi.

134. Iusti Reifenbergii error.

135. Legati Electorum quo sedeant loco.

136. Moguntinus hoc in Senatu quid juris habeat.

137.138.139. De ordine votandi hoc ipso in Senatu, atq; de votorum paritate.

140. De Notariis, atque Secretariis, huius Senatus.

141. De secunda consultantium classe.

142. Cui

142. *Cui jus proponendi, atque dirigendi hoc sit in Senatu.*

143. 144. *De Votis huius Senatus.*

145 *Tertia classis consultantium.*

146 *Civitates duo obtinent scamna.*

147 *De ordine sedendi hac in classe Senatus.*

148 *Contentio de sessionis loco.*

149 *Directorium cui hoc in senatu competat.*

150. 151 *Ordo exquirendi Vota & Votorum numerus.*

152. 153. 154. 155. 156. *Electores primum decernunt, quo ordine debeat fieri consultatio cuiusq. senatus.*

157. 158. 159. 160. *De quibus rebus in comitiis consultationes suscipiantur*

161. 162. 163. 164. 165. *De Zigaris*, von denen Ziegeunern/ *notabilia aliquot.*

166 167. *De Senatuum consensu, atque dissensu.*

168. *Conclusa Senatuum Imperatori notificantur.*

169 170. 171. 172 173. 174. *Statibus dissentientibus, an Imperator possit legem dicere.*

175. 176 177. 178. 179. 180. *An in comitiis maior pars concludat.*

181. *In causis religionem concernentibus an locus sit pluralitati, & maioritati Votorum.*

182. 183. *An in contributionum oneribus maioritati Votorum locus sit.*

184. *Maioritati Votorum an detur locus in tollenda lege fundamentali, in tollendo jure alteri quaesito.*

185. *An maioritas Votorum ponderis alicujus sit, si contra utilitatem vergat publicam.*

186. *Quid maioritati Votorum tribuendum sit, in causis quae ad omnes, tanquam singulos pertinent.*

187. *Quid tribuendum maioritati Votorum in causis, qua inter Catholicos, & Reformatos, tanquam inter partes litigantes disceptantur.*

188. *Bertrami de causis, quas maioritati Votorum non subiiciendas aiunt, judicium.*

189. *Autoris judicium iisdem de causis.*

190. *Catholici etiam in causis religionem concernentibus, maioritatem urgent.*

191. *Correspondentium legati quatenus majoritati locum concesserint.*

192. *Causae in comitiis non expeditae quo remittantur.*

193. 194. *Recessus Imperii quomodo conficiantur.*

195. *Ubi reponantur.*

196. 197. 198. *Qua lingua hodie, quave olim concepti.*

199. *Formula Recessuum Imperii.*

200. 201. 202. 203. 204. 205 206. *Subscriptio recessuum Imperii non una sed varia est.*

207. 208. *Recessuum nonnulli subscriptione carent.*

209. 210. *Status Imperii an recessus subscriptione firment sua.*

211. 214. 215. 217. 218. *Quae sigilla recessibus apponi solita.*

212. 216. *Error Kirchneri.*

213. 219. *Electorum quinam sigilla recessibus apposuerint.*

220. *Quaenam ex Civitatibus sigillaverint.*

221. *Regula de sigillandi ritu.*

222. *Comitiis quomodo finis imponatur.*

223. *Comitia quousque durent.*

224. *De conviviis, quae durantibus comitiis habentur, Caroli IV. constitutio notabilis.*

225. *Status quando, & quomodo à loco comitiorum discedant.*

226 *Recessus Imperii cui licuerit typis divulgare.*

227 *De conventibus Imperii specialibus.*

228. 229. 230. 231. 232. *De conventibus Electorum.*

233. 234. 235. 236. 237. 238. 239. *De conventu deputatorum.*

240. *De conventu visitatorum Camerae.*

241. 242. 243. *De conventu circulorum*, von Craistägen.

244. *Circulorum hisce in conventibus aliqua an sit jurisdictio.*

1. APud plerasque gentes in ufu fuiffe legimus, conventus inire, atque falutis publicæ curam communi firmare fuffragio. Scilicet hoc illos natura docuit, plus oculos videre, quam oculum, atque in confilio plurimorum Reipublicæ robur confiftere. Illud tamen inter varias gentes discriminis fuit, quod aliæ frequentius, aliæ rarius conventus eiusmodi celebraverint, prout cuique fuus fuerit genius.

2. De Britannis Tacitus *in vita Agricolæ* teftis eft, raros inter eosdem, & fere nullos pro communi defenfione habitos conventus, fummo Romanorum bono. *Nec aliud*, inquit ille, *adverfus validiffimas gentes pro nobis utilius, quam quod in commune non confulunt. Rarus duabus, tribusve civitatibus, ad propulfandum commune periculum conventus: ita dum finguli pugnant, univerfi vincuntur.*

3. Apud Romanos, aucta primum ad aliquem modum civitate, ipfum Romulum traditur populum in triginta partes divififfe, quas partes Curias appellavit, propterea quod tunc Reipublicæ curam per fententiam partium earum expediebat: *l. 2. §. 2. ff. de O. I.* Poftquam autem populus præter curias, in tribus, & centurias diftingui cœpit, triplex Comitiorum inde forma fuit: Tributa, Curiata, Centuriata.

4. In his ex cenfu, ætate, & ordine, populo per cornicinem, tuba, feu buccina, (quæ Claffìcum dicta) ex fingulis centuriis 192. & quinque claffibus: In illis ex generibus omnium, populo per præconem, feu nomenclatorem hoftiatim ex curiis 30. In iftis ex regionibus & locis populo ex tribubus 35. convocato, fuffragia ferebantur: Hilliger. *ad Donell. lib. 6. comment. jur. civil. cap. 6. lit. B.* Cum ex generibus hominum fuffragium ferebatur, curiata erant comitia: cum ex cenfu, & ætate, centuriata: cum ex regionibus & locis, tributa.

5. Centuriata autem comitia intra pomœrium fieri nefas erat, quia exercitum extra urbem imperari oportebat; intra urbem imperari jus non erat: Propterea centuriata in campo Martio habita, exercitumque imperari præfidii caufa folitum, quoniam populus effet in fuffragiis ferendis occupatus: Lælius Felix ad Q. Mucium *lib.* 1. fcribit apud Agellium *noct. Atticar. lib.* 15. *c.* 27.

6. Calata hæc dicebantur comitia: §. 1. *Inftit. de teftam. ordin. ind.* ab antiquo *calare*, quod perinde, ac apud Græcos Καλεῖν, *vocare* fignificabat: Alexand. ab Alexandro *lib. 4. genial. dier. c. 5.* Gallis & olim fui erant conventus Reipublicæ caufa, quos Hiftorici Latini *placita*, Gallici *Parlemens*: Eftienne Pafquier *liv. 2. des recherches de la France, ch. 2. p. 59.* & *Sanes* appellarunt: Freherus *ad conftit. Adolphi de Infulis Rheni p. 7.*

7. Idem Parlamenti nomen in Britannia popularibus Ordinum comitiis indictum remanfit, quæ quater fingulis annis haberi confueverunt: Choppin. *de doman. Franc. lib. 2. tit. 15. n. 2.* In Hungaria conventus talis Rackhus dicitur: R. A. *de anno* 1542. §. Wir haben auch. In Imperio noftro qui

8. generales funt, Latino fermone vocantur Comitia. Comitia à *coeundo* jam olim

olim dicta, vel, ut veteres dicebant, à *comeundo*, quod populus coire his, & in unum locum convenire soleret. Erat tamen & peculiaris locus comitiis dictus, propter Senatum, quo coire Equitibus populi Romani licebat. Barnab. Brisson, *lib. 2. de formul. p. 238.* Morbo autem Epileptico nomen comitialis morbi datum, quod si eo quispiam corruisset, solverentur comitia. Vnde Q. Serenus apud Fabricium Paduanium *in catena temporis, annulo* 29. *pag.* 96. 11.

Est subiti species morbi, cui nomen ab illo,
Quod fieri nobis suffragia justa recusat.
Sæpe etenim membris acri languore caducis
Concilium populi labes horrenda diremit.
Ipse DEVS memorat dubiæ per tempora Lunæ
Conceptum talis, quem sæpe ruina profudit.

Curias Regni, curias solennes, curiasq; Regales non solum Aurea Bulla Caroli IV. sed & varia Imperii decreta vocant vernaculo idiomate, Höfe/ sive Höve/ Hochzierliche Höfe/ Königliche Höfe: & ut hodie moris est, Reichstäge/ Versamlungstäge des Reichs/ quas diætas alii vocant: Thuan. *lib. 2. hist. p. 42.* Nihil autem aliud sunt, quam conventus Cæsaris, atque Ordinum Imperii, ad ipsius Imperii utilitatem. Verissime enim Stephanus Pasquierius *d. tr. chap. 2. pag.* 11. scripsit: *De la mesme façon, que la Gaule s'entretenoit jadis par diettes, nous voyons aujourd'huy l'Allemagne maintenir en grandeur son Empire.* hoc est: Quemadmodum olim Galliæ fulcrum diætæ erant, ita hodie videmus Germaniam Imperii sui maiestatem iisdem firmare. Quod si nostrum aliquis, ad maiestatem etiam libertatem Germaniæ addiderit, rem acu videbitur mihi tetigisse. Etenim si ulubi, sane in comitiis abunde est, ex quo libertatem Imperii Statuum deprehendere licet. Præparatoria comitiorum Imperialium potissima in Indictione consistunt; quam circa expediendum est; I. Quis ea indicat, II. Cur indicat, III. Quomodo indicat, IV. Vbi celebranda indicat, & V. Qui eo evocentur, Comitiis ut intersint? I. Indicit ea Imperator*, cui tanquam capiti Imperii hoc reservatum esse dignoscitur, ita tamen ut prius in indictionem consentiant Electores Imperii. Indeque est, quod aliquoties in primordiis Recessuum Imperii legimus: Haben wir mit zeitigem Raht unser und des H. Reichs Churfürsten/ Geistlicher und Weltlicher einen gemeinen Reichstag ausgeschrieben: R. A. in Regenspurg *de anno* 1541. §. Darzu haben wir. Mit Raht und Beliebung unserer und des Reichs Churfürsten/ nicht umbgehen mögen/ eine gemeine Reichssamlung auszuschreiben: R. A. zu Regenspurg *de anno* 1576. §. Als haben wir. Auf Gutachten und Raht unser und des H. Reichs Churfürsten/ eine gemeine Reichsversamlung ausschreiben lassen: R. A. zu Augspurg *de anno* 1582. §. Derhalben zu nohtwendiger. Haben wir mit Vorwissen und Bewilligung der Churfürsten diesen 12. 13. 14. 15. 16.

* Austhun und Verkündigung eines Reichstags eignet Römischer Kaiserl. Maiestät: R. A. zu Regenspurg anno 1527. §. haben wir die Bottschaften.

diesen Reichstag ausschreiben vnd ankündigen lassen: R. A. zu Regenspurg *de*
17. *anno* 1598. §. Als aber darzwischen. Statuum quoque consilio & assensu quandoque comitia indicta & prorogata indicat R. A. zu Augspurg *de anno* 1500. in Erklärung des Landfriedens *in pr. ibi*: Als wir im Abschied des gemeldten Reichstags zu Freiburg mit Verwilligung der Ständ/ so daselbst bey vns versamlet waren/ aus treffentlichen beweglichen Vrsachen daselbst angezeiget/ einen andern gemeinen Reichstag/ 2c. fürgenommen vnd bestimt. R. A. zu Speier *de anno* 1526. *in pr. ibi*: Nach dem obgemeldte Röm. Kaiserl. Maiestät einen Reichstag vnd Versamlung auf S. Michaels Tag im 1525. Jahr/ nächverschienen/ gen Augspurg ausgeschrieben vnd verkündiget/ welcher Tag fürter aus zufallenden mercklichen ehehaften Vrsachen/ durch vns/ mit Raht vnd Bewilligung der Churfürsten/ Fürsten/ Stände/ vnd des H. Reichs Bottschaften/ so damals zu Augspurg gewesen/ fürter bis auf den ersten Tag des Monats Maii nächstverruckt/ gen Speier
18. verlegt vnd verschoben. Licet vero posterius hoc necessitatis fuisse, vel hodie esse, non credam; prius tamen tale est, quod citra nullitatis vitium ab Imperatore insuper haberi nec debet nec potest. Est enim hoc in Imperio receptum, ut fatetur Rudolphus II. literis ad Principum Electorum legatos Noribergæ congregatos, sub dato Pragæ, 25. Novembr. anno Christi 1611. ibi, zu solchem Ende were sie auch deren nach Nürnberg verordneten Kaiserlichen Commissarien Befehl zu geben im Werck gewesen/ daß bey dieser der Churfürsten collegial Versamlung/ die Occasion nicht versaumet/ sondern entweder zu Ausschreibung eines neuen Reichstages der Consens/ dem Herkommen nach erlanget/ oder da sie/ die Churfürsten/ es für gut ansehen würden/ der jüngstverschobene wider reassumiret
19. werden möchte. Estque idem expresse in Capitulationem, in quam jurare Imperatores adstricti sunt, relatum, daß Kaiserliche Maiestät ohne Wissen vnd
20. Willen der Churfürsten keinen Reichstag ansetzen noch ausschreiben wolle. Atque hoc non tantum de prima indictione, verum etiam de indicti prorogatio-
21. ne accipiendum, superius adducta satis superque evincunt. II. Causa, quæ Imperatorem ad indicenda comitia permovere debet, necessitas est, utilitas, salusque Imperii. Aus erforderen der hohen Nohtdurft/ zu Fürderung des Heiligen Römischen Reichs/ vnd sonderlich Teutscher Nation/ Ehr/ Nutz vnd
22. Wolfahrt/ ut habet R. A. zu Speier *de anno* 1529. *in pr.* Levi vero ex causa nunquam Imperator comitia indicit, nec indicere potest, cum eius examinatio Electoribus subiaceat, qui nunquam permissuri sunt, extra necessitatis, utilitatisve casum, comitiis terminum locumque assignari. Hoc secum perpendisse Imperatores dubium non est; & inter eosdem Maximilianus II. diserte ait *in* R. A. zu Regenspurg *de anno* 1576. *in pr.* Daß er von Anfang seiner Kaiserlichen Regierung iederzeit dahin gantz geneigt/ auch seines äussersten Vermögens daran gewesen/ vnd noch dessen vätterlichen Erbietens sey/ das Heilige Römische Reich/ sein geliebtes Vatterland/ dessen angehörige Glieder/ Stände vnd

Vnter-

Unterthanen/ bey gutem beständigem friedlichen Wesen zu regieren/ zu beschützen vnd zu handhaben/ auch die Stände zu keiner vnnöhtigen Reichsversamlung zu bemühen. III. Consensu Electorum impetrato, Imperator non generali ali- 23.
quo edicto, sed speciali, singulis Imperii Statibus transmisso, comitia indicit, cui, quæ alias citationis sunt solemnes, insertæ reperiuntur clausulæ. Olim 24.
verbis imperativis, gebieten/ heissen/ befehlen/ ut *in Reformat. Frider. III. de anno* 1442. & im Ausschreiben auf dem Reichstag zu Augspurg *de anno* 1530. Imperatores usos legimus: recentiores vero suam ad comitia citandi autoritatem, non sine maxima insignis clementiæ laude, blandiori alloquio temperant. Sed quod proverbio dici solet: Grosser Herren Bitt/ ist auch ein Gebott: id vim quoque hic exerit suam: & meri Imperatoris est arbitrii rogare atque monere Status, ad comitia ut compareant; aut imperare, jubere, ut compareant. *vide quæ dixi supra lib. 4. c. 7. n. 45.* utrum vero egerit, in effectu concurrens est indictio. Nec quicquam enim Imperatori de majestate sua decedit, Status rogando si compellaverit; nec Statibus major surgit libertas, si rogentur; nec quicquam habent quod de imminuta libertate conqueri possint, pro precibus si mandatum audiant. Quando indicenda sint comitia, certus, Imperii à legibus, tempo- 25.
ris terminus positus hodie non est, sed à necessitate & utilitate Imperii dependet; ut scilicet tunc haberi comitia justum sit, quando ea haberi utile, sed & necessum est. Annua ea fuisse tempore Constantini III. ejusdem innuit consti- 26.
tutio apud Goldastum *tom. 3. Constit. Imperial. p. 1.* & innuit R. A. zu Trier vnd Cöln *de anno* 1512. §. Item haben wir vnd die Stände des Reichs: Cæsarem & Status in eo consensisse, ut durante illa ordinatione (per sexennium sc.) quotannis Francofurti, aut Wormatiæ, comitia celebrarentur. Frequentiora olim 27.
fuisse comitia, quam hodie sunt, nemo est, qui negare audeat. Et notum est omnibus Æneæ Sylvii jocoserium *epist. 72. & 92. Omnes Germanorum dietas esse fæcundas, & quamlibet in ventre habere alteram; ac credibile esse, quia fœmineum sit nomen, libenter imprægnari dietas, ac parturire.* Frequentissimos agi- 28.
mus conventus, inquit Sleidanus *in oratione ad Imperii Principes, pag. m. 79.* adeo quidem, ut apud exteros in proverbium & jocum venerit; *Germanorum comitia.* Conciliis & deliberationibus in minima etiam hominum societate & aggregatione opus esse, nemo nescit; verum, sicut male adfectum corpus reiteratis ac sæpe repetitis carere non potest medicamentis: ita quoque Reipublicæ non bene constitutæ signum est, in qua de iisdem rebus toties frustra consultatur & decernitur. Verum ut illa frequentia comitiorum olim non parum de- 29.
bilitavit opem & potentiam Germaniæ: Georg. Fabricius *lib. 7. annal. Saxon.* ita nostra ætate paucitas argumento est turbidi & languentis Imperii. IV. Lo- 30.
cum quod attinet, ubi celebranda comitia, variatum in Imperio videmus & legibus & consuetudine. Constantinus III. comitia annua in urbe Arelatensi perpetuo habenda constituit: Goldast. *d. tom. 3. Constit. Imper. pag. 1.*

31. Idem tamen conventus à Carolo Magno Moguntiam, Moguntia deinde à Friderico II. Francofurtum translatus est, satis id innuente Q. Æmiliano, qui de comitiis anno 1486. Francofurti habitis sic canit:

Maximus hic Cæsar solito de more vocavit
Concilium, magnis quoties de rebus habetur,
Qua gens turritam Francfordia poßidet urbem.

32. Bertramus *de Comitiis Imperii membr. 2. th.* 21. Moris quoque fuit Imperatoribus transalpizantibus, Roncaliis (qui est locus Italiæ amœnissimus ad Padum fluvium, prope Placentiam) sub dio, latissimis in campis, curiam Regni habere, ut Historici literis consignarunt, & aliquot constitutiones juris nostri, in illis confectæ, testantur: Authentica, *habita, C. ne filius pro patre*: Goldast. *tom. 3. constit. Imper. pag.* 334. Constitutio Lotharii, quæ extat 2. *F.* 52. & Fride-
33. rici, 2. *F.* 52. Quod si *Speculi Suevici* aliqua apud nos autoritas est, variis in locis Germaniæ Imperatori comitia habere licuisse agnoscimus. Ita enim *c.* 38. (apud Goldastum *tom.* 1. der Reichssaz. *pag.* 39.) legimus: Fünf Stätte liegen in Sachsen/ da der Hof hin gebieten soll. Die erste zu Grüne/ die ander zu Goslar/ die dritte zu Wallhusen/ die vierte zu Altenstetten/ die fümfte ist zu Merßburg/ da soll der Künig mit Recht hofen. Et *c.* 39. Der Künig saget/ er soll in allen Stätten/ da Bisthumb in sind/ sinen Hof gebieten. Do kriegten etwan die Pfaffen Fürsten wieder/ die haben ihr Krieg nun gelassen. Er soll auch sin Hof gebieten zu Franckfurt/ vnd zu Nuremberg/ vnd zu Vlm/ vnd in andern Stätten/ die des
34. Richs sind/ do mag er wohl gebieten sin Gesprách mit Recht. Per auream Bullam, & deinceps, ad hæc usque nostra tempora, hæ de loco, ubi celebranda comitia, regulæ constitutæ sunt. I. Qui in Regem Romanorum electus est,
35. is primam suam Regalem curiam Noribergæ habeat: *A. B. c.* 28. §. 5. Hoc stricte observari fierique desuevisse, scribit Bertramus *d. membro* 2. *th.* 22. Sed nihil contra regulam hactenus factum inde ego conjicio, quod ipsemet Carolus sanctionis autor exceptionem admittat, tunc si impedimentum aliquod
36. legitimum obstet. Atque hactenus obstitisse non est, quod dubitem. Carolus, hujus nominis quintus Imperator, cur Noribergæ prima non celebraverit comitia, causam hanc constituit, dieweil er der sterblichen Luft halben den Reichstag zu Nürnberg nicht habe halten mögen/ habe er solchen gen Worms angesetzet:
37. R. A. zu Worms wegen des Regiments *de anno* 1521. *in pr.* Maximilianus autem secundus, facti sui ampliorem reddit rationem, nec quicquam à se derogatam Bullæ Carolinæ expresse testatur, *in* R. A. *de anno* 1566. §. Wiewol dann leztlich nach altem Herkommen/ Gewohnheit vnd Gebrauch vnserer löblichen Vorfahren am Reich/ nach Ausweisung der gülden Bull/ vnser erster Königlicher Hof/ in vnser vnd des Heiligen Reichs Statt Nürnberg gehalten werden sollen/ vnd aber aus vns zugestandenen Kriegen/ wir ein solchen Hof fürzunemen vnd zu halten/ wie kündlich/ verhindert worden/ vnd dieser Zeit/ aus

erheb-

erheblichen / ehehaften / beweglichen Vrsachen / diesen vnsern ersten Reichstag anhero gen Augspurg verlegt / so soll hierdurch gedachter vnser vnd des Heiligen Reichs Statt Nürnberg / an ihren alten Herkommen / Gewohnheit vnd Gebrauch / auch der gulden Bullen Haltung halben des ersten Königlichen vnd Kaiserlichen Hofs / daselbsten zu Nürnberg / nichts nicht derogiret / abgebrochen vnd benommen seyn / dieses auch / was nach vnser jetziger Zeit Gelegenheit des Reichstags halben fürgangen / in künfftigem zu keinem Exempel oder Folge / genanter Statt Nürnberg zu Nachtheil gezogen vnd eingeführet werden. Eundem in sensum quæ scripserit Matthias Imper. videnda prostant in R. A. zu Regenspurg *anno* 1613. §. Wiewol dann letzlich. II. Imperator, seu Rex Romanorum, comitia ne extra Germaniam indicat. Hoc inter alia Carolo V. præscriptum, ut Capitulationis §. 12. innuit, *ibi*: Vnd sonderlich keinen Reichstag ausserhalben des Reichs Teutscher Nation fürnemen oder ausschreiben. Videtur huc trahi posse, quod *in Speculo Suevico c.* 40. legitur: Die Fürsten vnd andere Herren sollen Hof suchen zu Teutschen Landen vnd nicht fürbaß. III. In Germania loco indicat commodo. Commoditas ista varie æstimatur, & inter alia loci propinquitate. scilicet ut is non in extremis Germaniæ oris, sed vel in umbilico, vel circa eundem constituatur. Ita Carolus V. promisit im R. A. wegen des Regiments zu Worms / *de anno* 1521. §. vnd soll obgemeldt: Daß er die Mahlstatt des Reichstages nicht vber Augspurg / oder vnter Cöllen fürnemen wolle vnd solle. IV. Loci electio in arbitrio Imperatoris consistit, *dicto* R. A. *de anno* 1521 §. Vnd soll / *ibi*: Wir mögen aber / alsbald wir in Ober Teutschland kommen seynd / dasselbige Regiment oder Raht zu vns fordern / in eine Reichsstatt vns gefällig / oder dahin wir den Reichstag verkünden oder ausschreiben werden. Excipitur (1.) nisi speciali lege aliud cautum, ut cautum diximus regula prima, scilicet, ut Imperator prima comitia celebret Norinbergæ. (2.) Nisi de certo loco inter Imperatorem, atque Status jam dum fuerit conventio inita. Ita *d.* R. A. zu Trier vnd Cölln *de anno* 1512. §. Item haben wir vnd die Stände des Reichs / vns mit einander vereiniget vnd vertragen / daß wir zu fester Handhabung vnd Vollnziehung dieser Ordnung / auch Betrachtung vnd Versehung des Heiligen Reichs Nohtdurfft / alle Jahr / so lang diese Ordnung wehret / einmahl zu Franckfurt oder Worms zusammen kommen sollen vnd wollen. R. A. zu Speier *de anno* 1526. *in pr.* De loco quoque illud inquisitionem meretur, *an præcise hodie esse debeat Imperialis aliqua civitas, & immediata?* De illo constat, inquit Bertram. *d. tr. membr.* 2. *th.* 22. quod proximo ab hinc seculo comitia non nisi in Civitate aliqua Imperiali celebrari hactenus solita sint: veluti Augustæ, annis 1500. 1518. 1530. 1548. 1551. 1555. 1559. 1566. 1582. Coloniæ, 1512. Constantiæ, 1507. Eslingæ, 1526. Francofurdi, 1442. Friburgi Brisgojæ, 1497. Norinbergæ, 1356. 1522. 1524. 1542. Ratisponæ, 1507. 1527. 1532. 1541. 1546. 1557. 1567. 1576. 1594. 1598. 1603. 1613.

38. 39. 40. 41. 42. 43.

Spiræ, 1526 1529. 1542. 1544. 1557. 1570. Treveri, 1512. Wormatiæ, 1495. 1521. 1545. Dico autem proximo ſeculo: nam anteriori tempore etiam in municipiis coacta fuiſſe comitia, paſſim teſtantur Hiſtorici. Sic Otho III. Quedelburgi, anno 985. conventum habuit, autore Andrea Wittich. *part.1.genealog. Duc.Sax.c.15.* ac Chronico Quedlinburgico MS. ſuffragante. Sic etiam Fridericus IV. Oppenheimii: Crantz. *in Metrop. lib. 4. cap.* 20. & Moguntiæ: Idem *lib.7.cap.*10. Henricus II. Tremoniæ & Noviomagi: *lib. 4. cap.* 4. Fridericus I. Barbaroſſa, Wirtzburgi: *lib. 6. cap.*31. ac Otho II. Magdeburgi comitia Imperialia habuit: Heig. *part. 1. quæſt. 8. num.*41. Illi autem conventus, qui in alia, præterquam Imperiali civitate, ut Luneburgi, anno 1518. Vbbo Emmius *lib.52.rer.Friſicar.fol.*430. & Hannoveræ anno 1546. Goldaſt. *tom.2.Conſt.Imper. fol.*235. recentius celebrati ſunt, particulares fuerunt, adeoque non mirum, quod ab obſervantia, per immemoriale tempus hactenus continuata, in iisdem

45\. exorbitatum ſit. Hactenus Bertram. Cujus diligentiam licet præ aliis agnoſcam laudabilem in materia de comitiis, attamen hic nonnulla reperio, quæ mihi videntur cenſuram poſſe incurrere. Illud *primum eſt,* quod proximo abhinc ſeculo, non tantum currens hoc ſeculum, ſed & antecedens proximum, concludat. Sed hoc levius eſt, & ambigua interpretatione Seculi nititur. Seculum enim licet proprie pro centum annis dicatur: Cujac. *de diverſ. tempor. præſcript. & terminis c.* 34. attamen & alia quoque, tam minora quam majora, temporum intervalla notat, ut latius declarat Fabricius Paduanius *in catena*

46\. *temporis, annulo* 40.*p.*218.*& ſeqq. Alterum* eſt, quod Treverim pro Imperiali ci-

47\. vitate habet, de quo tamen maxima ſub judice lis eſt. *Denique* recentiores Imperii conventus particulares in civitatibus, quæ Imperiales non ſunt, quando recenſet, exemplum, quod recentius eſt cæteris, & maxime obſtare videbatur, omittit. Erphordiæ enim conventus, ein Reichscraisversamlungstag/ habitus anno 1567. cujus receſſus inter reliquos Imperiales relatus. Quod ſi vero eundem non pro particulari habuit, proprium utique axioma ipſemet vidit vacillare. Ego mihi ita perſuaſum habeo, poſſe quidem etiam alibi, quam in civitate Imperiali, comitia indici atque haberi, quia nullibi hoc reperio interdictum, imo expreſſum in privilegiis, Regibus Bohemiæ à Friderico Imperatore conceſſis, Bambergæ atque Martisburgi curiam Regni poſſe celebrari: At non facile à communiori tot annorum obſervantia recedendum eſſe, cum ad eandem & Carolus V. *d.* R.A. *de anno* 1521. §. Und ſoll/ reliquique Imperatores ſeſe quo-

48\. dammodo adſtrictos agnoverint. Reſtat ut videamus V. quinam ad Imperii vocentur comitia? Ad ea primo & principaliter quidem vocantur Status, ut ex ſingulis Imperii Receſſibus videre eſt. De Statibus autem omnibus hoc non acceptum velim, nam inter illos alii ſunt, qui hodie omnino non vocantur ad comitia, quorum in cenſum referunt quam plurimos Epiſcopatuum atque Abbatiarum poſſeſſores, quibus propter mutatam religionem aditum ad comi-

tialem

cialem Senatum interdictum ſcribunt. Vide Goldaſt. *de Regno Bohem.lib.2. c.16. num.4.* & ea quæ poſui *ſupra lib.1. c.7.* aut ſi vocentur, comparere neceſſe non habent: de quibus paulo inferius agam. Hic ſequentes notari velim conclu- 49. ſiones. I. Inter eccleſiaſticos Proceres ad comitia vocari eos quoque, qui à Pontifice nondum ſunt inſulati, atque confirmati: Buxtorf. *ad A.B. th.18. lit.b.* & ex parte ego *ſupra lib.3. c.3. n.40. & ſeq.* II. Sede vacante ad comitia vo- 50. cari Capitulum: Bertram. *d.tract.th.37.* Ita Dechant vnd Capitul zu Minden/ anno 1555. Item Propſt/Dechant/vnd Capitul des Thumſtiffts Freiſingen/anno 1559. Item Dechant vnd Capitul des Stiffts Halberſtatt/anno 1576. ſede vacante comitiis interfuiſſe, ex eorum ſubſcriptionibus pateſcit. III. Principes ſeu 51. Status Imperii minorennes ad comitia non vocari, ſed eorum loco Tutores, vel Curatores, quos habent. Hinc dem Reichsabſchied zu Regenſpurg/ de anno 1594. ſubſcripſit Fridericus Wilhelmus, Hertzog zu Sachſen/Vormunder/ vnd der Chur Sachſen Adminiſtrator. Et legati Bogislavi Hertzogen zu Stettin/ Pommern ꝛc. in Vormundſchaft dero Vettern vnd Pflegſohns Philips Juliuſſen/Hertzogen zu Stettin Pommern; nec non alii quam plures, tutorio nomine eidem ſubſcripſiſſe receſſui deprehenduntur. IV. Majorennes etiam 52. ante petitam intra annum inveſtituram ad comitia vocari benignius eſt. Ita anno 1567. Philippi Landgravii filios Wilhelmum, Ludovicum, Philippum juniorem, Georgium; anno 1598. Ioachimum Fridericum, Marchionem Brandeburgenſem, & Fridericum IV. Electorem Palatinum, ratione Simmern: anno 1603. Carolum, Ducem Megapolitanum; quamvis nondum inveſtitos, comitiis interfuiſſe, ac tam ſedendi, quam ſuffragandi jus exercuiſſe, ex Receſſibus Imperii ac hiſtoriarum monumentis cognoſci, ſcribit Buxtorf. *ad A.B. th. 85. lit. H.* & Bertram. *d.diſcurſ. th.40.* quem omnino vide. V. Inter quos primogeni- 53. turæ jus viget, inter eos primogenitum, qui Ducatum ſolus adminiſtrat, ſolum ad comitia vocari: Bertram. *d.diſc.th.41.* VI. Inter cæteros, ubi diviſioni locus 54. datur, ſi quilibet ab Imperatore de portione ſua inveſtitus ſit, quilibet ad comitia vocatur: Bertram. *d.th.41.* Idque favorabile eſt, damit das Reich an ſeinen Gliedern vnd Stimmen geſtärcket werde: *arg.l.7. §.2. ff. de bon.damnat, &* R. A. zu Speier *de anno* 1570. §. Nach dem auch noch. VII. Quod ſi nec diviſio fiat, 55. nec juri primogenituræ locus ſit, ſed bona pro indiviſo poſſideantur, cum plures unam perſonam ſuſtineant, non tanquam ſinguli, ſed tamquam univerſi, ad comitia vocandi ſunt, indeque non ſinguli ſeſſionem votumque ibi habebunt, ſed unus nomine omnium. Equidem Autor tractatus, wie ein Fürſtliches Haus zu erhalten/ apud Beſoldum *lib.1. diſſertat. nomicopolit. diſſert.6.* inter alia ſcribit: Jn Reichsrähten/Viſitationstägen/Kraistägen/ ſolle einem jeden der verheyrahtet iſt/ oder vier vnd zwanzig Jahr erreicht/ b.verſtehen/ ſein votum zu geben/ vnd ſolches darumb/ damit daß Fürſten ſelbigen Geſchlechts/ des Vatterlands Sachen lernen verſtehen vnd in acht nemen. Verum hoc ipſum adeo crudum eſt, ut illud

ut illud Bertram. *d.l.* concoquere non possit. Finem ego non improbaverim, at media alia eligenda dixerim. Et ipse autor *d.tr.* in præcedentibus hoc suadere videtur, aut caput familiæ, aut alium ex eadem, ad Comitia ablegandum.

56\. VIII. De eo dubia quæstio est, *an qui à patre Principe & Imperii Statu, matre autem plebeja natus, ad comitia vocari debeat?* Vix hoc admittendum, disputando, non definiendo, scribit Bertram. *th.*43. Primo allegat *Ordinationem Regimenti* zu Worms *anno* 1521. aufgerichtet / qua dispositum ait, da Churfürsten vnd Fürsten solchen Reichsraht zu besitzen nicht annemen wolten / oder könten / als dann soll Statthalter eine andere redliche / tapfere Person an derselben statt / ihres genossen oder gleichen / erwehlen vnd nemen. Hic sanctione Imperii refragante ejusmodi ex vilioris conditionis matre prognatus in consilium Im-

57\. perii admissus vix fuisset; idem ergo de comitiis esto judicium. Præterea tralatitium est, in Ecclesiastica collegia der hohen Stiffte / neminem recipi, nisi qui à pluribus generationibus ex utroque parente nobilis sit. Bon. de Curtil. *tr. de Nobil. p.*4. *num.*28. Bocer. *de Regal. c.*2. *n.*12. Quod idem in ludis Equestribus servari testatur Reinhardus Comes in Solms / *in libell.* von des Adels Vrsprung / allegatus à Petro Fritz, *de nobilit. civil. conclus.* 20. Cur ergo deterioris conditionis essent Principes Imperii in sublimiori dignitatis gradu constituti? maxime vero, cum & alias moribus Germanorum conveniat, ut nobilitatis non à patre modo, sed & matre profluentis, habeatur ratio, etsi secus sit de jure civili: *l. cum legitima, ff. de stat. homin.* Palæott. *de noth. & spur. c.*6.

58\. *n.* 2. Hactenus Bertramus: contra quem Schubhardus calamum stringit *disp. de Austregis th.*3. *lit. b.* sequentibus formalibus: Quod Bertram. *ex ordinatione Regimenti Wormatiæ anno* 1521. *erecta*, probare nititur, nescio an firmum sit. Siquidem vocabulum, könten / quod urget, ad alia objecta & injecta impedimenta refertur, non quod ex nativitate provenit. Nam cum hic casus sit rarissimus, præsumptio non est, de illo Imperatorem & Status cogitasse: *arg. l.* 2.

59\. *cum seqq. de LL.* Quod de collegiis Ecclesiasticis majoribus adferunt, ut & torneamentis, non stringit: Hoc enim vel consuetudine, vel expresso statuto ita inductum est, & firmat regulam in non-exceptis: nec statim ex hisce duo-

60\. bus casibus correctio juris generalis præsumenda. Consuetudinem sane Germaniæ allegat, & non male, sed non bene applica. Atttenditur sane nobilitas ex utroque parente, ita ut nobilitas eo illustrior sit; sed tamen inde non colligitur, filium ex matre ignobili progeneratum, non esse nobilem: majus & minus non alterant speciem, sed tantum gradus inducunt. Et dicat mihi Bertram, si Imperator aliquem ad principalem, vel comitivam evehat dignitatem in Imperio, an propterea, quod antecessores ejus non fuerint in eodem dignitatis gradu constituti, non poterit uti privilegiis & juribus Principum

61\. vel Comitum? II. Olim etiam exteri, & confœderati Reges, Principesve, ad Comitia vocati, & tunc quidem maxime, cum de propulsando hoste com-

communi, aut alia cauſa communi, conſultandum fuit: R. A. *de anno* 1530. §. Dieweil auch ſolch tapfer Werck. Goldaſt. *in præfat. tom. 3. reſcript. Imperii*, & im Burgundiſchen Vertrag ſupra. Idem ut noſtro ſeculo fieret calidis votis exoptat Goldaſtus, multum hoc ſalutı publicæ conducturum exiſtimans. Sed contra, rem minus eſſe tutam, monet Bertram. *d. tr, membr. 3. th. 26.* peregrinos arcanis intereſſe deliberationibus Imperii. Quin etiam eo ipſo, idem ait, cum Imperator & Ordines illorum conſiliis minime carere poſſe viderentur, majeſtatico comitiorum ſplendori non parum decederet. Sed hiſce non obſtantibus, potius eſt, ut Goldaſti ſequamur votum: nam & temperamento adhibito inconveniens, quod Bertramum movit, evitare facilimum erit. Ponamus enim exteros Reges ad comitia invitatos, vel ipſos, vel per legatos comparere, non inde tamen protinus neceſſe erit, eosdem arcanis deliberationibus, Imperii tantum negotia concernentibus, adhibere: adhiberi poterunt illis, quibus citra periculum debent, hoc eſt, communibus. Inde ne hilum majeſtatico comitiorum ſplendori decedere poteſt, quando qui Imperii majeſtatem comiter obſervant, pro communi orbis Chriſtiani coëunt quiete. Nec inde ſtatim præſumendum eſt, conſiliis vocati ad comitia Cæſarem Statusque carere non poſſe, ſed hoc potius, carere eos hujus conſiliis non velle, non neceſſitatis, ſed utilitatis intuitu. III. Nonnunquam ad comitia etiam aliæ vocantur perſonæ, quæ quidem Imperio ſubditæ ſunt, non tamen Statuum in claſſe collocatæ reperiuntur; variis de cauſis. Ita Lutherum novimus à Carolo V. Imper. Wormatiam ad comitia evocatum anno 1521. ut in pleno Procerum conſeſſu de libris à ſe editis rationem redderet: Sleidanus *lib. 3. in princ. pag. m. 36.* Et anno 1608 ab Imperatore Adſeſſores Cameræ ad comitia Ratisponenſia fuerunt evocati, ut rationes ſententiarum in den vier Kloſterſachen Cæſari & Statibus redderent: Autor der nohtwendigen Erinnerung *quæ oppoſita fuit Informationi Donarvertenſi part. 1. pag.* 270. qui licet comparere noluerint, attamen ad comparendum adſtrictos fuiſſe, contendit d. Autor *pag.* 271. Præterea ſacri Romani Imperii Mareſchallum hereditarium, ſeu Vicemareſchallum, ut loquitur A B. *cap. 29. §. item dabit, & ſeq. & cap. 27. §. 1. & 6.* ad comitia evocari dubium non eſt: ſed an ab Imperatore, an vero à Saxoniæ Electore, cujus vices gerit evocetur? nondum mihi cognitum, licet in poſterius propendulus ſim magis. Utrum vero horum ſit, illud in confeſſo eſt, Pappenhemium præ cæteris primum in loco comitiis habendis præfinito comparere, atque ſui muneris rationem habere. Ejusdem vero muneris alia ſunt, quæ ante Statuum, atque aliorum ad comitia confluentium, adventum peragi, alia quæ poſt adventum continuari, vel demum ſuſcipi ſolent, quæ omnia in ſequentibus potiſſimum conſiſtunt. *Primum*, diverſoria Statibus, atque aliorum Legatis aſſignat, atque diſtribuit. Tria, hoc quod attinet caput, conſideranda veniunt, ſcil. ædium electio, earum aſſignatio, inſcriptio nominis ejus,

62. 63. 64. 65. 66. 67.

68. cui aſſignata. Electio à diſcretione Pappenhemii dependet. De jure civili ab hoſpitum receptione, quod munus patrimoniale eſt: *l.3. § 14. ff. de munerib. & honor.* nemo excuſatur, niſi qui beneficio Principali contra eandem munitus: *l. 11. ff. de vacat. & excuſation. muner.* Tales ſunt, (1.) Prætoria ordinariorum Judicum: *l. 3. C. de metatis & epidemet. lib.12.* (2.) Fabricenſium domus: *l. 4. eod. t.* (3.) Archiatri palatii Imperatorii, nec non urbis Romæ, & magiſtri literarum pro neceſſariis artibus, vel liberalibus diſciplinis, nec non picturæ profeſſores (ſi modo ingenui ſunt) hoſpitali moleſtia, quoad vivent, liberi ſunt: *l. 8. d. tit.* (4.) Conſularem, ac patriciam dignitatem meriti, dum ſuperſunt, tres domos proprias hoſpitum immunitate ſecuras habent: heredes vero ejus filii, aut pater, aut mater, nepotes, aut frater, aut ſoror, aut uxor, duarum domorum ſuarum excuſatione potiuntur. Si quis vero Conſulatu tantummodo gloriatur, duas ſemis domos ſuas immunes habet, poſt fata vero ejus memorati heredes unam ſemis domum ſuam habent nullis hoſpitiis prægravatam. Pari privilegio perfruetur cum memoratis heredibus, qui ſolius patriciæ dignitatis, ſine conſulatu, decorantur inſignibus. Præfectorii vero, nec non & Magiſtri militum, duas domos ſuas habent, quoad vivunt, hoſpitibus liberatas. Heredes vero eorum memorati unam defendunt domum ſuam ſimili excuſatione munitam. Magiſtri vero officiorum, vel quæſtores, unam ſemis domum ſuam, quoad vivunt, habent hoſpitum onere liberatam. Heredes vero eorum prædicti unam ab hoſpitibus jure defendunt. Comites autem domeſticorum & protectorum, & ſacrarum largitionum, & rerum privatarum, & vir ſpectabilis primicerius notariorum, ſingulas domos ſuas ab hoſpitum gravamine, dum vivunt, gaudent eſſe ſecuras. Memorati vero heredes eorum mediam partem unius domus ſuæ ſciunt excuſatione muniri: reſiduæ vero partis dimidiæ tertiam portionem hoſpitibus deputandam eſſe cognoſcunt: *l.10. dict. tit.* (5.) Decem poſt primicerium tribuni in domibus, quas in Regia urbe poſſident, metatorum vacationem merentur: *l. 11. d. tit. C.*

69. Præterea cum illis, quibus immunitas hoſpites recipiendi nulla data eſt, humane & æquiſſime agunt leges. Duas enim domino propriæ domus relinquunt partes, tertiæ uſum hoſpiti relinquunt, ita ut hoc modo domo in portiones tres diviſa, primam eligendi dominus habeat facultatem, ſecundam hoſpes, quam voluerit, exequatur, tertia vero domino relinquatur: *l.2. C. d. tit.* Ab hac de-

70. ciſione excipiuntur, (1.) Heredes Comitum domeſticorum, & protectorum, & ſacrarum largitionum, & rerum privatarum, & viri ſpectabilis primicerii notariorum, qui mediam partem unius domus ſuæ excuſatione munitam obtinent: reſiduæ autem partis dimidiæ tertia portione hoſpitibus depu-

71. tanda: *d. l.10.* (2.) Excipiuntur Ergaſteria, quæ mercimoniis deputantur, quæ in plateis, vel angiportis eſſe noſcuntur: Illa enim ad diviſionis regulam non vocantur, ſed quieta ſunt & libera, & ab omni hoſpitum injuria defen-

ſata

ſtata ſolis dominis conductoribusque deſerviunt. Quod ſi vero ſtabulum militari viro in tertia domus parte defuerit, ex ergaſteriis (niſi id dominus qualibet occaſione providerit) pro animalium numero, vel domus qualitate deputatur: *d.l.2. & l.10.* (3) Exceptio eſt quoad illuſtres viros: illis enim non tertiam partem domus, ſed dimidiam hoſpitalitatis gratia deputari decernit Imperator, *d.l.* 2. 72. Denique & illud legibus cautum eſt, ne tenuis vitæ homines, ſub prætextu adventus officiorum, vel militum, lumine unico, vel brevi ſupellectili, ad aliorum uſus tranſlatis, iniuriis vexentur: *l.6. §.5. ff.de officio præſidu.* 73. Pro *lumine* hic *limine* reponit Zoannetus *reſtitut. ad ff. c.21.* & pro domuncula vili habet: quam lectionem quoque ſequitur Tiraquellus *leg. Connubial.* 10.*n.*28. Sed nulla hos ut ſequamur nos cogit neceſſitas: nam & retenta lectione vulgata legis, illorum explicationi conveniens ſenſus eſt. Lumen enim unicum hic non candelam, ſed cœnaculum ita anguſtum interpretamur, ut ei unicum lumen, hoc eſt feneſtra, Turnebus *adverſar.8.c.13.p.253.l.pen.de ſervit.urb.præd.l.25.§.2. ff.locati*, tantum ſit. Quod & placuit Rad. Forner.1. *rer. quotidian.* 29. Cæterum ut maxime hæ omnes, hactenus ex civili jure à me adductæ, leges æquitate ſua nitantur, non auſim tamen ego adſeverare, earum obſervantiam adhuc nobiſcum, præſertim in Comitiis, vigere, cum & olim Imperatore in expeditione agente, vel præſente ſacro comitatu, jugiter non fuerint obſervatæ: *l.2. & 3.C.de quib.munerib.vel præſtat.non lic.ſe excuſar.lib.10.d.l.2 C.de metatis lib.*12. 74. In aſſignatione iterum Pappenhemii obſervantia eſt, cuique Statuum, aut legatorum, pro conditione, & qualitate, qua conſpicuus, hoſpitium commodum, quantum fieri poteſt, aſſignare. 75. Inſcriptionem quod attinet, res ita ſe habet, ut Pappenhemius non promiſcue omnibus, ſed Statibus tantum, atque magnatum Legatis, hoſpitia adſignat, ita nec omnium hoſpitiis inſcriptiones ponit. 76. Sane Rudolphus II. literis Pragæ ult. Octobr. A.C.1607. ad Pappenhemium datis, aliquot eidem exprobrat errores, & inter illos, daß er der Statt Braunſchweig Abgeordnete faſt wie andere erforderte Reichsſtätte anſchreiben laſſen / deſſen ſich ihr Landsfürſt höchlichen beſchweret: apud Goldaſt. *rom.* 2. der Reichsſatzungen *p.*350. Quod ſi vero inſcriptio à Pappenhemii miniſtris, huic negotio addictis, facta fuerit, eam ſi quis deleverit, de juris rigore falſi crimine notabitur. 77. Si quis metatorum noſtrorum manum, ait Imperator *in l.1. C. d. t. de metatis*, quæ deputatas ſingulis quibusque domus denotant, & poſtibus hoſpitaturi nomen adſcribunt, delere non dubitaverit, ad inſtar falſi reus, conſtituti huius autoritate teneatur. Id vero tunc obtinere nullus dubito, quando ut decet, & moris eſt, inſcriptio facta fuit: Contra enim, ſi ædes hoſpitum immunitate ſecuras inſcriptione notaverint, harum dominus licite eandem poterit delere: *arg. l. 5. C. d. t. de metatis.* 78. In Gallia hoc notabile eſt, *que les Mareſchaux & Fourriers des logis du Roy, ſeuls ſe ſeruent au faict de leurs*

charges de croye blanche. Et par ordonnance du 11. Feurier 1551. & autres, faictes sur le faict des logis du Roy, defenses tres-expresses sont faites à toutes personnes, s'ils ne sont Fourriers du Roy, ou de la Royne, sous peine d'avoir le poing coupé, d'escrire ne contremarquer les logis de leur maistres, & les quartiers, qui leur seront baillés & departis par les Mareschaux des logis dudit Sieur, de croye blanche, ny en user pour cest effect, en quelque maniere que ce soit, mais bien de croye jaune, ou telle autre, que leur semblera, autre toutesfois, que blanche : Pierre de Miraulmont *de la Chancellerie p.* 28. hoc est, Mareschalli, & designatores hospitiorum Regii in Gallia, soli in muneris sui expeditione creta alba utuntur. Atque Regio edicto 11. Februar. An. Chr. 1551. & aliis de mansione Regia factis, expresse cautum fuit, ne alius quispiam, excepto metatore Regis aut Reginæ, sub pœna amputationis manus, notet creta alba domini sui hospitium, quod eidem à Mareschallo Regio, qui Comitatum apud hospites collocat, attributum fuit, nec alio quocunque modo hunc in finem creta utatur alba, sed

80. flava tantum, aut alterius coloris, albo excepto. *Secundo*, ad officium Pappenhemii pertinet, curam rei annonariæ habere, ut adventantibus abunde, justoque pretio, pondere, & mensura, suppetant illa, quæ ad alimentationem necessaria sunt. Moris autem esse dicitur recepti, ut de ordinatione circa prædicta roganda, legati Electoris Saxonici, Mareschallus Pappenhemius, & civitatis, in qua comitia habentur, deputati, consulrent; & postquam de articulis inter ipsos convenit, Cæsari aut eius Commissario, sub alterutrius nomine promulgandos exhibeant: Bertram. *th.* 58. Huius quæ potissima soleant esse capita, videre licet ex edicto Imper. Matthiæ anno 1612. Francofurti pro-

81. posito, & à Goldasto *ad calcem d. tom.* 2. der Reichssatzungen collocato. *Tertio*, Pappenhemii curæ est, ut curiam, in qua actus publici celebrantur, lustret, atque Senatus civitatis hortator sit, ut apparatus omnis splendidus ap-

82. pareat, atque augustus. *Quarto*, muneris Mareschalli Pappenhemii est, curam securitatis publicæ suscipere, atque industrie indagare, quomodo nocturnæ vigilum excubiæ constitutæ sint, atque circa portas, muros, forum, aliaque loca, quæ custodiri merentur, & unde periculum metui queat, Senatus familiam publicam dispositam habeat; ne scil. urbs per incendium detrimenti quid capiat, ne irruptiones fiant, ne grassatores & sicarii prædæ studeant,

83. ne tumultus excitentur, aut seditiones: Bertram, *th.* 59. *Quinto*, Pappenhemius indicit Statibus, qua hora dieque ad propositionem Cæsaream, atque consultationes debeant comparere, & vota in Senatu Principum requirit, col-

84. ligitque. *Sexto*, jurisdictionem exercet in legatos, & Legatorum familiam, atque advenas. Qua de re cum inter ipsum atque Civitates, in quibus comitia celebrata, aut celebranda, controversia agitata longius fuisset, tandem interventu Ducum Bavarici, & Wurtembergici Legatorum, per transactionem ea le-

ge, si

ge, si Cæsarea Maiestas, & Serenissimus Saxoniæ Elector eam ratihaberent, composita fuit. Compositionis verba huc spectantia illa sunt, quæ refert Bertram *thes.* 51. Was zum Dritten die biß anhero entzwischen obgemeldten Parteyen bestrittene iurisdiction in civilibus, über der Reichsstände / oder deren Gesandten / wie auch der frembden vnd ausser Reichs gesessenen Potentaten / oder ihrer Bottschafften / Diener vnd Gesind / sie hetten gleich vnter vnd wider einander selbsten / oder andere / so der Statt jurisdiction vnterworffen / wider sie zu klagen / anreichet / soll dieselbe wolgedachter Herr Erbmarschalck gantz vnd allein haben vnd behalten / jedoch einige Streitigkeiten / welche von der Taxordnung herkommen / ausgenommen; Derentwegen der Erbaren Frey- vnd Reichs-Stätten verordnete zu Erkantnuß vnd Entscheidung alten Herkommen nach / mit nidergesetzet werden sollen. Was aber criminalem jurisdictionem belangen thut / ist es folgender massen mit solcher zuhalten / daß der Reichs-Erbmarschalck dieselbe über der Stände / vnd deren Gesandten / wie auch der frembden Bottschafften Diener vnd Gesinde / doch mit folgender Massen / haben vnd zu exercieren berechtiget seyn soll. Wann nemlich ein delictum allein zwischen gedachter Stände / oder Bottschafften Gesind sich begebe / dasselbe von dem Reichs Erbmarschalln allein abgestraffet / auch zur execution der Leib- vnd Lebens-Straffen derselben Statt Diener / da die Reichsversamlung ist / auf sein Reichs-Erbmarschalln Kosten gebrauchet: Da sich aber ein Fall zwischen ermeldten der Stände Gesandten / oder Bottschafften Gesind / vnd einem Burger derselben Statt / oder einem sich daselbst befundenen Frembden / vnd viel obgedachten Reichsständ Gesandten / vnd Bottschafften nicht Angewandten / zutrügen / vnd wider der Reichsstände oder dero Gesandten / wie auch frembden Bottschafften Gesind / derohalben zu klagen / auch die Bürger / oder bemeldte Frembde / als principales Vrheber / oder Anfänger / bey der Sachen nicht interessiret sind / der Reichs-Erbmarschall / etc. ermeldter Ständ Gesandten Bottschafften Gesinde allein zu straffen haben: Woferrn nechsterwehnte Burger vnd Frembde aber mit der Sachen / als principales, verhafft / alsdann folgender massen Vnterschied gehalten werden: Daß nemlich dann zumahl / wann eines Reichsstands Gesandten oder Bottschafften Gesinde mit einer Geldtbuß abzustraffen / solches gedachtem Reichs-Erbmarschalln zu büssen allein gebühre. Wann aber solcher Delinquent mit der relegation, oder einer corporis afflictiva pœna anzusehen / wie auch sonsten / wann der Reus der Statt Obrigkeit vnterworffen / derselbe vnd dessen Abstraffung der Statt zustehen; Vnd zwar diß in notorischen Fällen ohneinträglich gehalten werden solle. Wann es aber / ob der Fall civil oder criminal, auch mit was Straffen der Verbrecher zubelegen sey / noch zweiffelich / vnd das mißthätig von der Reichsständ Gesandten oder Bottschafften Gesind ist / soll alsdann der Reichsmarschall die cognitionem derhalben al-

ben allein haben / iedoch förderst hierinnen nach denen iedes Orts / da die Reichsversamlung ist/Statuten vnd Gewonheiten/oder in derer Ermanglung den gemeinen beschriebenen Kaiserlichen Rechten / erkennen vnd verhandelen. Vnter dessen aber / vnd biß solche cognition erfolget / der Verbrecher vnverlängt in des Reichs-Erbmarschalln Haftung geliefert vnd aufgehalten werden: Die Captur oder Beyfahung der Verbrecher aber / in allen vnd ieden Criminal Fällen / ohne Vnterscheid der Personen / entzwischen dem Reichs-Erbmarschalln vnd derselben Statt gemein seyn / vnd die prævention doch also statt haben / daß wann einer in flagranti crimine von eines Theils hierzu verordneten Dienern ergriffen vnd bergefangen / derselbe alsbald dem jenigen Theil / deme er zu berechten vnd abzustraffen notorie gebühret / geliefert werde. Wann aber obgemeldter der Reichsstände Gesandten oder Botschaften Gesind einer gefänglich angenommen werden / vnd es den Vmbständen nach oder sonsten zweiffelhaftig / ob die Mißhandlung civil oder criminal, vnd auch ob sie eine pecuniariam, oder corporis afflictivam pœnam auf sich habe / derselbe / wie nächst obvermeldt / dem Reichs-Erbmarschalln geliefert / von ihme die obgesatzte Erkantnuß förderlich gethan / vnd alsdann ferner / wie oblaut / verfahren werden solle. Was aber die civilem, vnd criminalem jurisdictionem, über die sich zur Zeit wehrender Reichsversamlungen in derenselben Stätten aufhaltende / zu oder abreisende / vnd die Stände vnd Reichs- wie auch dero oder frembder Potentaten Gesandten vnd Bottschaften / nicht berührende Personen / so wol in denen zwischen sich selbst vnter einander / als auch mit einem Burger sich begebende Handlungen / auch alles was solcher Iurisdiction anhängig / vnd die daher fliessende emolumenta vnd fructus, benantlich die Einziehung / als auch bey der Juden Garküchen gefallenden Vngelts / oder dessen Befreyung / Anrichtung der Glückhäfen / Garküchen / Eln / Maß vnd Gewicht / Schutz vnd Politi-Geit / von den frembden Krämern / Fechtern / Spielern / Spielleuten / vnd vnzüchtigen Weibern / Erforderung alles Zolls / oder andern angemasten Rechtens / von den Victualien vnd dergleichen / wie das Namen haben mag / so von dem Reichs-Erbmarschallen bißhero gesucht / angerichtet / zugelassen oder eingezogen werden wollen / belangen thut / soll solches alles hinfüro vom Erbmarschallen vnterlassen / vnd er sich dessen ferner nicht anzumassen haben / iedoch von gedachten Frey vnd Reichs-Stätten ihme Reichs-Erbmarschalln / nach Einkunft der Kaiserlichen Maiestat oder dero Comissarii, vnd also völligen Angang des Reichstages / in recompensam dessen allen / vnd zu gütlicher Hinlegung derer dieser Puncten halben bishero gehabten Streitigkeiten / tausend Gulden zu sechszig Kreutzern gemeiner Reichswehrung / wie die an iedem Ort gäng vnd gebe ist / erstattet werden.

36. *Septimo*; communis fere persuasio est, meretrices, quæ ut corpore quæstum

ltum faciant, ad civitatem, ubi comitia celebranda, convolare solent, sua apud Pappenhemium profiteri nomina. Quod an veritati conveniens sit, me latet: illud novi, apud Romanos eius generis prostibula impudicitiam profiteri solita apud Ædiles. Cornel. Tacitus *lib. 2. Annal.* Vistilia licentiam stupri apud Ædiles vulgaverat, more inter veteres recepto, qui satis pœnarum adversum impudicas in ipsa professione flagitii credebant: Cuiacius *in exposit. Novell.* 14. Sane non Roma tantum adhuc hodie lupanaria fovet, sed & civitatum aliæ, quibus tutius videtur, publicas libidini cloacas ponere, privatam ne quisque sibi quærat. Sed quam bene hoc sacris conveniens sit constitutionibus, ab aliis demonstratum. Sed ut ad Status Imperii revertamur, quos ad Comitia citari diximus, sciendum est; eorum alios comparere, alios vero non comparere. Horum autem duplex potissimum conditio est: Alii enim privilegio muniti sunt, ne comparere teneantur. Quorum rursus in eo differentia est, quod aliorum privilegium generale sit, aliorum autem speciale. Generale privilegium habent Austriæ Archiduces, ut quocunq; locorum in Imperio comitia, seu curiæ Imperii, celebrentur, ad eadem illi non teneantur accedere, possint tamen si velint: Qua de re videri possunt ea, quæ supra annotavimus *lib. 5. c. 2. n. 32.* Eiusmodi quoque privilegium circuli Burgundici Statibus datum fuisse, innuunt verba des Burgundischen Vertrags *anno* 1548. zu Augspurg aufgerichtet *ibi:* * Dann auch zu allen Reichstägen und Versamlungen beschrieben und erfordert werden sollen/ ob sie wollen/ dieselben neben den andern Ständen zu besuchen und zu beschicken haben. Speciale privilegium obtinet Bohemiæ Rex, ut ad Curiam vocatus, aut requisitus, salvo etiam accedente conductu, ut moris est, venire non teneatur, nisi Imperator Curiam Norimbergæ, Bambergæ, aut Martispurgi celebret, de quo scripsi supra *lib. 5. c. 8. n. 21.* Credibile tamen est, temporis tractu, speciale hoc privilegium in generale transiisse. Nullibi enim, quod sciam, legi, comitiis Imperialibus, quorum Recessus uno volumine hodie videmus extare, Regem Bohemiæ, quatenus talem, interfuisse, aut absentiam eius comminatorio, alioque, unquam inde perculsam fuisse decreto. Illud vero ex actis des zu Augspurg gehaltenen Reichstags im Jahr 1548. habeo, Ferdinandum Bohemiæ Regem Imperii Proceribus notum fecisse, daß ein König in Böhmen zu einigem Reichstage nicht beschrieben würde / auch weder Stand noch Stimme im Reichsraht hätte. ** Alii privilegio non muniti, vel negli-

87. 88. 89. 90. 91. 92.

* *Burgundia Circulus aliquoties comitiis Imperii interfuit, ut ex subscriptione Recessuum Imperii patet, sed tamen non semper: vide* R. A. de An. 1567. § Und wir der Churfürsten

** *Si quæras, cur Rex Bohemiæ, si ad comitia citatur, ab annis propemodum ducentis non legitur ullis subscripsisse comitialibus Decretis, aut Recessibus Curiatis? Respondeo (Verba sunt Goldasti* de Regno Bohem. lib. 4. c. 5. n. 14 *) tum quia Bohemi supremitatem affectantes, venire obluctantur: tum quia constitutionibus Imperii sese conformare nolunt, ab Electoribus & Ordinibus merito excluduntur, ne leges Germanis se potius dare, quam accipere, possint gloriari: tum denique quia iidem fuerunt Reges Bohemiæ, qui & Imperatores Romanorum.*

negligentia vel contumacia inducti ad comitia non comparent, neque per se, neque per alios. * Hos quænam pœna maneat, dixi supra *libr. 4. c. 7. num. 46. & seq.* Eorum qui comparent duplex itidem est conditio: Aut enim comparent ipsi in persona propria, ut loquuntur, aut in aliena, puta per legatum, atque 93. mandatarium. In persona propria ut compareant, non solum Imperatoris ipsius votum est, sed & ipsi Status tanquam Consiliarii ad id tenentur; denique & causarum atque negotiorum qualitas ea quandoque est, ut præsen-94. tiam Statuum requirat. Constat sane ex historiarum monumentis, quam diligenter & enixe Ferdinandus Romanorum Rex anno 15[illegible]5. Principes Imperii, cum per literas, tum missis internunciis, hortatus fuerit, ut quia de gravissimis Imperii negotiis consultandum esset, venirent ipsi, non rem per legatos agerent. Imprimis autem sollicitavit Augustum Saxoniæ Ducem & Electorem, excelsi ingenii & summæ sapientiæ Principem, ipse ut ad comitia ac-95. cederet: Sleidan. *lib. 25. & 16.* Bertram. *d. differt. th. 52.* Ipsi quoque Imperii Recessus satis & abunde testantur, daß je zu Zeiten die Sachen und Obliegen der Christenheit/und sonderlich des Heiligen Römischen Reichs Teutscher Nation/ so auf einem Reichstag erlediget und verglichen sollen werden/zum Theil also beschaffen und gestalt/daß sie ohne persönliche Gegenwärtigkeit mehrer Reichsstände nicht wol erlediget/oder verglichen mögen werden: R. A. zu Worms *de anno* 1545. §. Und seind auf solchem. R. A. zu Regenspurg *de anno* 1546. §. Dieweil wir aber/*ibi*; Welche zu beständiger ihrer Vergleichung/viel eine mehrere per-96. sönliche Gegenwärtigkeit der Reichsstände erfordern. Status autem ad id obligatos esse, ut compareant in persona regulariter, probare videtur *d.* R. A. *de anno* 1545. §. Dem allem nach *ibi*, selbst in eigener Person erscheinen. Idem inde arbitror deduci posse, quod si per legatos compareant, teneantur absentiæ suæ rationes reddere, müssen wann sie redliche Hinderung haben/dieselben bey ihrem Glauben/mit ihren Briefen und Siegeln betheuren: R. A. zu Trier und 97. Cölln *de anno* 1512. §. Es sollen auch die Churfürsten. Quod sane nunquam requiri posset, si ipsorum in arbitrio tantum situm foret, in persona aut per legatum comparere. Et quoad Electores, si ipsi inter se conventus agant, ut debent, & possunt, res clara est Constitutione Caroli IV. *c. 12. A. B. §. 2. ibi; personaliter congregantur.* Præterea Electores, *A. B. c. 12.* reliquique Imperii Status Consiliarii Imperatoris sunt, atque eiusdem Vasalli: Non solum autem Consiliariorum personalis industria, sed & Vasallorum electa censetur, (nam & hi consilium Domino dare adstricti: 2. F. 6.) quo casu per alios res expediri regulariter nequit: *c. fin. §. is autem, de offic. delegat. l. 31. ff. de solut. l. un. §. sin vero talis,* C. *de* 98. *cad. toll.* Gail. 1. *observat. 97. n. 2.* Denique mandati, quod Legatis datur, atque ab iis-

* *Dux Lotharingiæ citari quidem solet ad Comitia, sed non comparet: Goldast.* d. loc. pag. 454.

ab iisdem Cancellariæ Moguntini exhibetur, formula, hoc firmat, qualem ponit Autor des warhafftigen Berichts / wie es heutiges Tages auf Reichsversamlungen gehalten wird: *ibi*, Ob wol wir vns schuldig erkennen / auch in vnterthänigstem Gehorsam gantz bereitwillig gewesen / Ihrer Maiestät zu vnterthänigstem Gehorsam darauf selbst zuerscheinen. Atque hinc est ut credam, Imperatorem ad personaliter in comitiis comparendum vocare posse ordines. Nec me movent, quæ in contrarium à Bertramo *d. th. 52.* allata reperio. Ait ille: Quæ hæc esset iniquitas, ut inviti adesse cogerentur, quorum nuncii rebus expediendis sufficerent? Dura mehercle sic foret Statuum conditio, & cuiusvis ad judicium citati conditione deterior. At iste vocandi rigor septa libertatis Germanicæ non parum forte transiliret. Nec, quod nostri volunt, ex causa quandoque quempiam in der Person zuerscheinen / posse juberi: Arumæus *lib. 1. decis. 7. n. 15. & seqq.* Scaccia *lib. 1. de judic. c. 37. n. 4.* ad Status Imperii, qui ut sæpius inculcavi, de jure comitiorum magnam sibi partem vindicant, recte quis porrigeret. Quanquam etiam haud negaverim, sæpe tum Cæsaris, tum ipsorum Statuum, præsentiam rei feliciter gerendæ magnum adferre adiumentum; si tamen ampliori mandato instruantur legati, non minus bono consultationum eventu comitiis hi intererunt. Quam non suadenda etiam res sit Magnati, hominiq; Principi, extra provinciam ad remotiorem abire locum, ac abiecta subditorum cura longiusculе ibi commemorari, illi norunt, qui artem bene gubernandi penitius callent. Ne dicam parciores sumptus legatis impendi, quam si ipsi Principes ad comitia se conferant: ut vel ex hac causa, Legatorum missio Statibus videatur consultior, præeunte scilicet Antonino Pio, qui ob id à Iulio Capitolino laudatur, quod immensis sumptibus parcens nullas peregrinationes obierit: Petr. Gregor. *2. de Republ. 2. n. 13.* Non, inquam, hæc me movent à Bertramo allata: quia *primo* nulla iniquitas est, ut Vasallus atque Consiliarius in persona compareat, domino consilium daturus, qui ad hoc jure obstrictus est. *Deinde*; mala fit comparatio citati ad judicium, sive is actor, sive reus sit, cum vocato ad consilium. *Praterea*; Status ut maxime de jure Comitiorum magnam sibi partem vindicent, ac proinde meri non sint Consiliarii, attamen vocati ad Comitia regulariter comparere debent, per superius deducta. Non equidem nego, Legatos ampliori mandato instructos optimo consultationum eventu comitiis aliquando interesse, at nonnunquam, ut dixi, melius est, imo necessarium, ut personali congregatione Statuum, negotia tractentur: *d.* R. A. zu Worms *de anno* 154. §. Wo seind auf sol then. Licet enim Martinus Rumelinus *differt. 3. part. 2. ad A. B. th. 11.* Carolum V. ibi causam dilatorum ac protractorum comitiorum conferre scribat, non tam in paucitatem Statuum personaliter comparentium, quam in defectū plenioris Legatorum missorum mandati: attamen ipsius contextus inspectio aliud, & hoc quidem innuit, Carolum causam protractorum

99.

100.

101.

comi-

comitiorum, & ad paucitatem personaliter comparentium, & ad legatorum non sufficiens mandatum referre. Quæ autem has inter causas primaria fuerit, non decidit Carolus, at facile inde colligi potest, quod etiamsi omnes Legati cum amplissimo mandato adfuissent, negotia tamen eius fuerint naturæ, ut ampliorem numerum Statuum personaliter comparentium requisiverint,

102. Quod si turbidus rerum status non patiatur Principem provincia excedere, legitima hæc causa est, ut per Legatos compareat: quod si vero quieta sint omnia, ad comitia abire obligatus est, nec protinus eo migrans abiiciet curam subditorum. Sumptus autem necessarios non reformidet, illos enim facere obligatus: R. A. zu Trier vnd Cölln *de anno* 1512. §. Nach dem Churfürsten vnd Fürsten: & utilitatem communem seu Imperii, commodo pecuniario proprio præferre adstrictus æque quilibet Statuum est, ac Imperator, qui fatetur apud Bertram. *d. loc.* daß er in eigener Person den Reichstag mit seinen grossen Vncosten / aber dem Heiligen Reich zu Nutz vnd guten besuchet habe. Iunge R. A. zu Regenspurg *de anno* 1541. §. Vnd wiewol auf / & R. A. *de anno* 1532. §.

103. Nach dem sich aber. Qui autem per legatos comparere volunt in comitiis, illi legitimo impedimento irretiti esse debent, quod à personali comparitione eos excusare valeat. Impedimentum hoc variis ex causis deduci potest, præsertim vero, respectu civitatum, à difficultate notissima, quam & impossi-

104. bilitatem, suo respectu, dixeris. Impossibile enim est, aut sane difficile, civitatem, quæ persona ficta est, non habens animam nec intellectum: Iason *ad l.* 1. *§. fin. num.* 2. *ff. de acquirend. possess.* per se, vel in judicio: Wesenbec. *in parat. ff. tit. quod cuiusque univers. nom. n.* 8 Giphan. *ad pr. Instit. de iis, per quos agere*

105. *possumus, versic. pro populo*; vel alibi comparere. Respectu autem Abbatissarum, & pudoris, leges non patiuntur, fœminæ ut eiusmodi intersint conventi-

106. bus: *l.* 12. *C. de procurat.* & maiestatis Imperii splendor id non admittit. Aliquando ad Henrici electionem, cum Principes & populus congregati essent, comparuisse, Dithmaro teste, duas Abbatissas, scribit Lehemanus *in Chronic. Spirensi pag.* 411. Sed ridet hoc, & autorem commenti ablegat *ad l.* 2. *ff. de R. I.* Gevvoldus *de S. R. Imperii Septemviratu c.* 7. *p.* 130. Plane si Dithmari ea mens est, Abbatissas in persona comparuisse (per legatos enim quidni potuerint nil obstat) vix est eidem meum ut addam calculum; quicquid etiam alii dicant, & cum illis

107. scribat Goldastus *lib.* 6. *de Bohem. Regno, c.* 5. *n.* 4. *p.* 629. Qui per legatos comparent, absentiæ suæ rationes reddere debent. daß sie redliche Hinderung haben / warumb sie persönlich nicht erscheinen / welche sie bey ihrem Glauben / mit ihren Brieffen vnd Siegeln bethewren: *d.* R. A. zu Trier vnd Cölln *de anno* 1512. §. Es sollen auch die Churfürsten. Quod tamen de illis intelligendum est, qui non impossibilitate aut difficultate generali, ut de civitatibus diximus, vel honestate, ut de Abbatissis, quæ per se Imperatori nota, nec excusatione aliqua indigens est,

sed

ſed alio legitimo impedimento detinentur. Legatos præterea ſuos quilibet mandato inſtruere debet, ut habeant, quas ſequantur tabulas. Mandatum illud, modo cum fructu legatus in comitiis verſari debeat, plenum eſſe debet, eine vollkommene Gewalt ohn hinterſich bringen. Formulam ejus d. Autor des Berichts/ wie es auf einem Reichstag/ꝛc. hanc exhibet. Wir N. Nach dem die Römiſche Kaiſerliche Majeſtät unſer allergnädigſter Herr/auf N. zu N. einen gemeinen Reichstag angeſetzet/ darzu vns/ als einen Stand vnd Mitglied des Heiligen Reichs/ auch erfordert: ob wol wir vns ſchuldig erkennen/ auch in vnterthänigem Gehorſam gantz bereitwillig geweſen/ ihrer Majeſtät zu vnterthänigſten Gehorſam und Ehren/ darauf ſelbſt zu erſcheinen/ doch durch fürgefallener Ehehaft/ Leibsſchwachheit verhindert/ daß wir/ damit vnſertwegen an Beförderung des jenigen/ was zu des Heiligen Reichs gemeiner Wolfahrt vnd Nohtdurfft dienlich/ kein Mangel erſcheine/ vnſer vollkommene Macht vnd Gewalt geben haben/ thun das/ vnd geben den vnſerm Raht/ von vnſertwegen zu erſcheinen/ vnſer Seſſion vnd Stelle einzunemen/ zu vertretten/ vnd alles das/ ſo der Römiſchen Kaiſerlichen Majeſtät Ausſchreiben mit ſich bringt/ auch ihrer Majeſtät proponiren/ vnd des Heiligen Reichs Nohtdurfft ſeyn wird/ helffen fürnemen/ berahtſchlagen/ handlen/ fördern vnd ſchlieſſen/ als ob wir ſelbſt zugegen weren/ vnd was alſo vnſer Geordneter in dem von vnſertwegen thun/ fürnemen vnd handeln wird/ das alles iſt vnſer Will vnd Meinung; das wir auch genem/ ſtarck vnd vnverbrüchlich halten wollen. Deſſen zu Vrkund/ꝛc. Solet quandoque ejusmodi mandatis ſubſtituendi clauſula adnecti, ne ſi legatos ex quavis cauſa in comitiis vel conſultationibus abeſſe contingat, legatio tota inanis & fruſtratoria ſit. Hoc modo Legatum Iohannis Georgii Palatini, nec non Anhaltinum, in comitiis anno 1566. & 1567. alios ſubſtituiſſe, refert dictus Autor: ubi admonet ejusmodi ſubſtitutiones promiſcue non admitti. Illud ſpeciale eſſe notat in Civitatibus, daß ſie bey Abordnung einer oder mehr ihrer Rahtsfreunde zum Reichstag/ꝛc. nicht verbunden ſeyn/ einen Gewalt mitzugeben/ ſondern werde darinn ihrer ſchlechten Anzeig geglaubt/ vnd ſolches aus alten Herkommen. Cujus rationem eam eſſe tradit Iuſtus Reifenberg *in decreti Spirenſis nomotheſia publica p.* 203. quod Civitates Imperiales, ipſos Senatus principes, & membra publicæ gubernationis, ad comitia ablegent, quorum perſonæ principaliter & radicaliter fides innitatur. Quod ſi veritate, & obſervantia nititur hoc dogma, omnia Imperii receſſuum loca, ubi mentio der Reichsſtätte Botſchaffter vnd Gewalthaber/ ut fieri communiſſime ſolet, paulo ante ſubſcriptionem, ita intelligenda ſunt, ut Civitates Imperiales, legatis ſeu deputatis ſuis mandatum quidem dent, illi vero legati deputative, mandatum ſuum in comitiis non cogantur exhibere. Eadem diſtinctione utendum quoque erit ad illa verba Receſſus comitiorum Wormatienſium *de anno* 1545. §. dem allem nach; Dann auch vnſerer

109.

110.

111.

vnd des Heiligen Reichs Freie und Reichs-Stätt ihre vollmächtige Bottſchafften vnd Gewalthaber mit vollkommenem Gewalt/ ohn hinterſich bringen gewißlich ſchicken: quæ repetita legimus in R.A. zu Regenſpurg *de anno* 1546. §. Dieweil

314\. wir aber. Argumentum denique trahentibus, à comitiis deputatorum ad comitia univerſalia, quod cum in illis Civitatum legati mandatum ſuum exhibere teneantur: R.A. *de anno* 1582. §. Folgen nun obgemeldte mit A. vnd B. ſignirte Formen/ des ſonderbaren Eyds vnd Gewalts; etiam in his aliud ſtatuendum non ſit; reſpondendum erit, hoc ipſum non ex generali aliquo jure, ſed ex ſpeciali conventione civitatum cum Imperatore & reliquis Imperii Statibus fu[illegible] introductum. Aliud autem plane eſſe, quærere, an Civitatum Legati in comitiis Imperii mandati ſui formulam exhibere teneantur? aliud, an Civitates ad id ſe obligare poſſint, ut in comitiis deputatorum Legati ſui mandatum teneantur

315\. exhibere. Qui in perſona comparent Imperii Status, ſi præſens Imperator eſt, ad ipſum; ſi vero Commiſſarii Cæſarei adſunt, ad eosdem ſe conferre conſueverunt, prætereaque Cancellarium Moguntini Electoris, unaque Vicemareſchallum Imperii, certiorem ſui adventus reddere, ut ad conſilium ſi vocandum

316\. ſit, eorum is habeat rationem debitam. Legati Statuum, mandatum ſuum Cancellario Moguntini inſinuant, utque ad acta Imperii referatur, inſtanter petunt, ſimulque adventus ſui notitiam ad Mareſchallum Vicarium pertingere curant. Quod inter ſe convenire ſoleant, atque honoris ergo de felici adventu Principis ſui nomine gratulentur, dubium mihi nullum eſt; an vero huic rei

317\. certa ab uſu aliqua regula præſcripta fuerit, me latet. Illud ex Petro Matthæo Regio hiſtorico Galliæ habeo, *tom. 2. livr. 4. narrat. ult. p.* 144. Venetiis longum per temporis tractum, inter Nuncium Apoſtolicum, cæterosque Regum, ac Principum Legatos, atque Miniſtros, obſervatum fuiſſe, ut ultimus eo adveniens à cæteris ibi degentibus primum fuerit viſitatus, antequam is ad eorum ſe tranſtulerit ædes, atque alloquium. Idem, aut conſimile quippiam, an in comitiis inter Statuum legatos frequentetur, ut dixi, me clam eſt.

318\. Atque hactenus de Statuum citatione atque adventu. Antequam vero ad ipſam formam, qua comitia celebrari atque abſolvi conſueverunt, transgrediamur, illud notandum eſt, comitiorum Præſidem eſſe vel Imperatorem ipſum, vel ejusdem Commiſſarium. Quod enim de Imperii Proceribus dixi, eos nonnunquam impediri, quo minus ipſi ad comitia accedant, idem quoque evenire poteſt in Imperatore. Quod ſi contingat, ipſius tunc in arbitrio eſt, an unum vel plures velit in vicem ſuam mittere Commiſſarios, Præſides comitio-

319\. rum. Sæpius hoc factum eſſe dignoſcitur à Carolo V. qui comitiis Noribergenſibus anno 1524. Auguſtanis A. C. 1525. Spirenſibus anno 1526. Eslingenſibus anno 1526. Ratisponenſibus anno 1527. Spirenſibus anno 1529. Spirenſibus anno 1542. Noribergenſibus anno 1542. Auguſtanis anno 1555. Ratisponen-

ponensibus anno 1557. non ipse, sed per fratrem Ferdinandum, aliosque Commissarios, præfuit. 120. Cæterum forma comitiorum potissimum consistit in propositione, in consultatione, atque in ea, quæ hanc plerumque sequitur, conclusione. Proponendi jus soli Imperatori, & ei, cui ab Imperatore hoc mandatum, competit. 121. Propositionem antecedit, I intimatio, seu citatio, qua postquam bona pars Imperii Procerum potissimum vero Collegii Electoralis, ad locum comitiorum comparuit, Vicemareschallus Imperii Pappenhemius, Status, atque eorum legatos, convocare solet, ut certa die, & hora, ab Imperatore præstituta, in Curia compareant. II. Statuum comparitio. III. missæ celebratio, & Spiritus sancti invocatio, pro felici comitiorum successu. IV. Ad Curiam itio, & sessionis cuique debitæ occupatio. 122. Hic Cæsar, aut ejus Commissarius, locum obtinet eminentiorem; hunc Electores loco paululum depressiori circumsident. A dextris Moguntinum, Regem Bohemiæ, & Palatinum collocat Bertramus *th.66.* 123. Verum quod de Rege Bohemiæ adfert, id generaliter intellectum falsum est, cum, & ipso Bertramo, *th.31.* atque veritate testibus, generaliter Rex Bohemiæ ad comitia, & conventus Imperii ordinarios, non vocetur, nec ibi sessionem habeat, ut supra ex actis des zu Augspurg gehaltenen Reichstags im Jahr 1548. retuli: in specie autem verum est, si conventibus aliis, quibus interesse potest & debet, intersit, aut si conventibus ordinariis Imperii volens intersit, atque in iisdem actus aliquis publicus, ut investituræ Electorum Principumve, celebretur. His enim interest, licet propositioni atque consultationi ordinariæ in comitiis non intersit. Atque hoc est, quod innuit Mameranus Lucenburgensis *in historia investituræ Mauritii Electoris Saxon. p. 261.* cujus relationem particularem male Bertramus generalem fecit. Paurmeisterus *lib.2. de jurisdict. c.2.n.31.* nec non Wehnerus, ut videre est *in ejusdem observat.* & apud Reinking. *lib.1. class.5. c.8. n.50.* ad dextram Imperatoris collocant Moguntinum & Coloniensem; Regem Bohemiæ vero & Palatinum ad sinistram: Regem Bohemiæ quod attinet eundem hi errorem errant quem Bertramus. 124. Hanc ego autorum diversitatem dum perpendo, securius me acturum arbitror, 125. si ex Caroli IV. constitutione, quæ in Aureæ Bullæ *caput tertium & quartum* relata dignoscitur, sessionis ordinem eum constituam, ut dextero à latere Imperatoris ponam Moguntinum, Coloniensem & Palatinum; Treverensem ex opposito Cæsaris, atque à sinistris Ducem Saxoniæ & Marchionem Brandeburgensem. Romanorum Regem, si quem in Imperio esse contingat, in eo, quo Treverensem dixi collocatum loco, sedere scribit Cœlestinus *in histor. Comit. &c. p. 115.* de quo ego certi nil habeo, quod dicam. 126. Pro Principibus reliquis, ut & Civitatum legatis, alia subsellia, uno gradu Electorum, duobus vero Cæsaris sede inferiora, in eodem tabulato, stragula quoque veste pretiosissima decorata conspiciuntur, in quæ reliqui Imperii Ordines se conferunt. Verum

cum inter eosdem multis de præcedentia contentio sit, specialem eorum sedendi ordinem mihi hic explicandum non suscipio.

127. Sessionibus occupatis, dum silentio quisque studet, ex Principibus, aut Consiliariis unus, cui hoc demandatum est, consurgens è sede sua, Cæsaris nomine gratias agit Statibus, quod citationi Cæsareæ obedientes esse voluerint: Et si Paurmeistero, atque Wehnero credimus, Imperator brevi hanc subsequitur oratione, qua repetita gratiarum actione, ut causas edicti conventus gravissimas ex promulganda propositione cognoscere, ac quæ ad Reipubl. salutem sint necessaria, in medium consulere velint, eosdem hortatur.

128. Postea aut per eundem, qui primum loqui exorsus est, uti in comitiis anni 1530. per Fridericum Palatinum factum, aut per alium (quandoque Secretarium) cui à Cæsare specialiter id demandatum, propositio de scripto publice legitur. Hac puncta, sive capitula continentur, de quibus Status consultare debeant. Frequentius autem nec plura, nec pauciora continent illis, quæ citationi ad comitia fuerunt inserta. Illud enim speciale plane est, & exorbitans, quod in comitiis Ratisponensibus, anni 1613. caput de conformitate Calendariorum, quod Imperator cum comitia ediceret, tertium fecerat, in propositione omisit.

129. Finita hac lectione Electores, Principes, atque Statuum legati, consurgunt, & paululum collocuti, vel per Electorem Moguntinum, ejusve Cancellarium, vel per alium Electorem (ut anno 1530. per Ioachimum Electorem Brandeburgensem) Imperatori hanc fere in sententiam respondent: Cognovisse se ex recitata propositione, quam gravissimas ob causas Imperatori conventum indicere visum fuerit: Quod igitur à tempore suscepti Imperii tanta fide ac diligentia publica Imperii negotia sibi commendata habuerit, habeatque, ipsi se agere gratias, quas possint animo concipere maximas. Cæterum in omnibus, quæ ad salutem & dignitatem Imperii pertinere videbuntur, studia sua & officia, uti debita, ita promptissima offerunt. Vt vero de rebus propositis rectius deliberare, & sententias suas in medium conferre possint, exempla, seu copias, recitatæ propositionis sibi communicari submisse petunt, se suamque denique fortunam Cæsari officiosissime commendant.

130. Ad hæc pro delata opera & studiis iterum gratias reponit, propositionem communicari mandat, ac ut de singulis ejusdem capitibus primo quoque die consultent, atque sententias suas proferant, denuo hortatur: denique cunctis Ordinibus gratiam & benevolentiam clementissime pollicetur. Atque his ita peractis de solio surgens Imperator, eadem, qua ingressus est, pompa, ad palatium suum revertitur, & Principes, Ordines, atque Legati, quisque in sua diversoria discedunt.

131. Hæc de propositione: sequitur ut de consultatione agamus. Ad consultationem certa die præstituta, à Cancellaria Electoris Moguntini schedula quæpiam concipitur, cujus tenor est: Vicemareschallum, sive hereditarium Imperii Mare-

Mareschallum, debere denunciare Electoribus, Principibus, atque Imperii cæteris Statibus, eorumve Legatis, ut ad diem crastinum hora septima antemeridiana in Curia compareant. Quod si Saxoniæ Elector præsens est, hæcce schedula ad ipsum transmittitur, à quo deinceps Vicemareschallo traditur; Si autem præsens non est ipse, ejus legatis præteritis, statim à Cancellaria Moguntina schedula Pappenhemio transmittitur, qui memor & observans officii sui ad ejusdem se componit tenorem. Hoc sequitur Statuum comparitio, ex quibus 132. quilibet suam concedit consulturus in classem. Classes autem tres frequentari moris est. Prima est Electorum: Secunda Principum Imperii cæterorum, tam ecclesiasticorum, quam secularium, Prælatorum, Abbatum, Comitum & Baronum. Tertia civitatum Imperialium, sive immediatarum. Electores suum 133. in conclave secedentes, si ipsi in persona præsentes sint, hoc consident ordine: Moguntinus primum locum occupat, à cujus dextero latere Treverensis prima die, altera Coloniensis (alternatim enim hæc isti subsellia occupant) & Palatinus hærent. A sinistro vero prima die Coloniensis, deinde Treverensis, (atque ita subsequenter alternata vice) Saxo quoque & Brandeburgicus conspiciuntur. Regis Bohemiæ nulla hic sessio est, per ea quæ supra annotavimus, ut crassissimus Iusti Reifenbergii *in nomothesia pub'ica p.204.* error sit, Regem Bohemiæ huic Senatui interesse, eumque paria vota dissidentia, sententia prolata conciliare. Quod si vero contingat, unum pluresve Electores per legatos com- 135. parere, tunc si legati isti sint, vel Palatini, vel Brandeburgensis, dominorum suorum isti subeunt subsellia, quorum illud à dextris, hoc à sinistris extremum est. Ab illis autem, quibus intermedia loca competunt, missi legati, personam Electoris præsentis non antevertunt, sed subsequuntur. Occupatis hoc modo 136. subselliis Moguntinus per Cancellarium loquitur: Majestatem Cæsaream die N. propositione notum fecisse, quæ præsentibus in comitiis deliberanda ducat: testare nunc, ut Electores, officii sui memores, consultationis initium faciant, atque pronuncient, quomodo progrediendum fiet, quique ex articulis propositis prior in consultatione esse debeat. In votando non solum ad primam 137. hanc, sed & cæteras propositiones, & articulos, hic ordo observatur, ut Moguntinus primum à Treverensi, postea à Coloniensi, tertio à Palatino, quarto à Saxone, quinto à Brandeburgensi, votum requirat, & ipse denique à Saxone interrogatus suum quoque cæteris addat. Hujus vox majoris ponderis non est, quam alterius cujuspiam ex Electoribus, licet directrix & concludens dicatur à Bertramo *th. 69.* Eo autem casu, quo Electorum aliquis, cui locus intermedius 138. sessionis, tantum per legatum adest, an immutata, ut paulo ante diximus, sessione, ordo votandi quoque immutatus sit, non ausim affirmare, sed pro improbabili non habeo. Ad Moguntini instantiam, quilibet vel ipse, vel per Cancella- 139. rium, aut mandatarium suum, animi sui vota propalat, libere quidem, ut omnes

illa summo exaudiant silentio, nec quisquam perorantem re verbisque interpellare audeat. Emergente casu illo, quo semel votis omnium exploratis negotium terminari nequit, votaque adeo sunt consonantia, ut inde certitudo alia haberi nequeat, secunda, tertia & tot vicibus de novo exquiruntur vota, donec certi aliquid ab omnibus vel à majori parte approbetur. Ex illis si quis se profiteatur indifferentem, is majori parti reputatur consentiens, nisi aperte de contrario testetur.

140. Eodem in consilio Electorum, olim Moguntinus solus habuit notarium, qui prothocollum, ut vocant, scriberet, hoc est, omnium quæ ibidem à Moguntino proponebantur, quæ dabantur vota, quæ concludebantur, quæ ad reliquum referebantur Senatum, annotaret: Hodie autem quilibet Electorum eundem in finem Secretarium hoc habet in consilio. In eo tamen prothocollo Moguntini hodie sua reservatur autoritas, ut si aliquid dubii moveatur, quid dictum consultatumve fuerit, ad idem, tanquam authenticum, detur recursus. Itemque si quis Electorum de re aliqua protestetur, protestationem suam hoc quoque prothocollo inseri petit instantissime. Quomodo vero conclusa, & sententiæ, in hoc Senatu, scribi, legi, atque postea ad reliquum Statuum Senatum referri soleant, paulo dicemus inferius.

141. Principum, & reliquorum Statuum Senatum, quem secundum diximus, in duo partiuntur scamna. In primum, præter ecclesiasticos Principes, quales sunt Archiepiscopi, Episcopi, Abbates & Abbatissæ Principali dignitate coruscantes, Magister ordinis Teutonici, Prælatique, collocant Archiduces Austriæ atque Ducem Burgundiæ: in secundum Principes seculares, Comites atque Barones.

142. Proponendi, atque dirigendi prærogativam hoc in Senatu, olim Archiepiscopus Salisburgensis obtinuit; postea quam vero inter eundem, & Magdeburgensem Archiepiscopum, nec non Archiduces Austriæ, de sessionis prærogativa contentio orta, atque continuata fuit, tempore Caroli V. inter Salisburgensem & Austriacos alternatio locum obtinuit, quæ adhuc usque hodie durat, & *comme l' Archevesque de Salspurg est le premier à commencer ceste action de precedence, aussi l' Archeduc a le premier lieu, en publiant les propositions*: Canin. *part.2. de l' abregé de la bulle dorée, p.97.* Magdeburgensi autem sessionis loco inter ecclesiasticos hactenus denegato, (an justis ex causis viderint alii) protestando placuit juris sui integritatem conservare.

143. Vota in hoc Principum senatu postulat, & exquirit Vicemareschallus Pappenhemius. Illa autem non æqualia omnium sunt. Principes enim tam ecclesiastici quam politici, Magister ordinis Teutonici, Abbates & Abbatissæ principali dignitate eminentes, viritim sententias dicunt. At Prælati omnes duo tantum vota habent, unum Suevici, alterum Rhenani. Comitibus quoque & Baronibus conjunctim duo tantum vota competunt, unum Suevorum dicitur, alterum Wetteravicorum. Atque hi, Prælati puta atque Comites, vel ipsi omnes vel aliqui in persona consiliis interesse possunt, vota tamen non alia habent,

quam

quam dictum, quæ non ipſi propria voce, ſed per Syndicos, Commiſſarios, aut mandatarios explicare atque proferre poſſunt, quod inter Comites & Barones utriusque claſſis alternis vicibus fieri conſuevit. 144. Quod ſi fidem meretur Lundorpius *lib. 1. contin. Sleidan. p. 7.* dicendum erit, cum quandoque hoc in Principum Senatu, numerus Senatorum ampliſſimus ſit, evenire, ut temporis ratione habita certus quidam ex iisdem conſtituatur delectus, quibus detur, rebus diligenter ponderatis, vota ſua literis conſignare, ac cæteris perpendenda exhibere. 145. Tertius Statuum Senatus eſt Civitatum immediatarum, ſeu Imperialium. 146. Illæ duo ſcamna obtinent, vulgo die Rheiniſche und Schwäbiſche Banck. In illo conſident legati civitatum Imperialium tractus Rhenani, Wetteraviæ, Alſatiæ, in der Landvogtey Hagenau Saxoniæ & Thuringiæ. Inter hos primum locum occupat legatus civitatis Colonienſis. 147. In Suevico ſcamno primus locus civitati Ratisponenſi competit, reliqui Auguſtæ, Noribergæ, Vlmæ, cæterisque Sueviæ & Franconiæ civitatibus. 148. Vt autem reliquos inter Status, ita etiam ipſas inter civitates, de ſeſſionis prærogativa decertatum fuiſſe, hiſtorici teſtes ſunt. Aquisgranum Coloniæ Agrippinæ cedere noluit anno 1495. in comitiis Wormatienſibus: Leheman. *lib. 4. Chron. Spir. c. 5.* & adhuc hodie inter Lubecam atque Wormatiam (Rhenenſis ſubſellii: R. A. zu Augſpurg *de anno* 1555. *circa fin. in ſubſcript.* R. A. zu Augſpurg *de anno* 1566. *in ſubſcr.* civitates, non vero Suevici, ut erronee conſignavit Nolden. *de Nobilit. c. 9. n. 359. p. 220.*) alternata viget ſeſſio. 149. Directorium, hoc in Senatu, regulariter competit Civitati, in qua habentur comitia, quæ explicandi muneris ſui cauſa adhibere ſolet Senatorum ſuorum, ut & Advocatorum, vel Syndicorum ex ordine aliquos, quibus Secretarium adjungunt. Menſa fere in medio buleuterii poſita eſt, cui Directores iſti adſident, quibus accedunt Regiſtratores duo, quorum unus nomine civitatum Rhenenſis lateris, alter lateris Suevici, in prothocollum refert, quæ proponuntur, conſultantur, atque interveniunt. Civitatem Noribergenſem aliquando impetraſſe à Collegio Civitatum ferunt, ut ipſa his quoque Secretarium jungeret, qui eadem dexteritate, qua iſti, literis conſignaret, quod ageretur. 150. In exquirendis & colligendis votis Director hunc obſervat ordinem: Primo Legatum Civitatis Colonienſis, in Rhenano ſcamno, interpellat, ſecundo ad Suevicum deflectit, & Ratisponenſis poſtulat votum, tertio iterum ad Rhenanum redit, quarto ad Suevicum, atque ita conſequenter continuata variatione: Director denique ultimo loco ſuum ſubjungit calculum. 151. Quamvis autem Civitatum ſinguli hoc in Senatu ſuam dicant ſententiam, attamen reſpectu totius Imperii corporis, quod in comitiis præſens eſt, jus duorum ſuffragiorum tantum omnes obtinent. In actibus publicis eadem inter civitates habetur ordinis ratio, quam in votando haberi diximus. 152. Illud ſane conſiderationem meretur, cui bono ſit, quod ſupra de Electorum Senatu affirmavimus.

vimus, eum decernere primum (tribuit hoc jus soli Electorum Senatui Althusius, & Autor des gründlichen Berichts rc. sed cæteri Status id sibi hactenus quoque arrogarunt: Bertram. *th.* 71.) quo ordine consultatio fieri debeat, hoc est, quænam causarum prima in consultatione esse debeat? Res enim videbatur expedita satis, si ordinem, quo unumquodque negotium propositione ab Imperatore primum facta locatum, sequerentur. Et imo hoc necessitatis esse, videri poterat per ea, quæ legimus in R. A. zu Regenspurg *de anno* 1557. §. Vnd als der Churfürsten/ *ibi*: Wir auch den in bemeldter vnser Proposition zu gegenwärtigem Reichstag/allen andern fürgesetzt. & R. A. zu Regenspurg/*de anno* 1576. *ibi*: Darauf sie dann den ersten proponirten Puncten. R. A. *de anno* 1603. § Haben sich

153. darauf die erschienene/ *ibi*: in der Proposition für den ersten gesetzt. Verum ita quidem comparatum est, ut non facile à propositionis Cæsareæ ordine recedant consultantium Senatus, nisi perspiciant causam graviorem, atque ad Imperii salutem spectantem magis, alteri in propositione fuisse postpositam. Eo enim in casu relicta priori loco posita, ad secundam recte prius ipsi descendunt. Hoc enim Imperii postulat salus, daß man den wichtigsten Punct zuforderst zu berahtschlagen fürneme: *d.* R. A. zu Regenspurg *de anno* 1576. §. Darauf sie dann den ersten/*ibi*: als den wichtigsten. R. A. zu Regenspurg *de anno* 1532. §. Derhalben Churfürsten. R. A. zu Speier *de anno* 1642. §. Demnach haben wir/ *ibi*: als den

154. fürnemsten vnd nohtwendigsten zum ersten für die Hand genommen. Ita in Comitiis Augustanis anni 1530. Elector Saxoniæ cum reliquis Protestantibus obtinuit, ut causa religionis, tanquam gravior & ponderosior, primo definienda susciperetur, licet eidem in propositione Cæsarea negotium de apparatu bellico contra Turcas firmando fuisset prælatum, ut ex Cœlestino refert Bertram, *d. th.* 71. Ex recessu horum comitiorum illud patet, §. Demnach haben wir: daß der Articul des Zwispalts des Christlichen Glaubens/als der fürnemste vnd wichtigste

155. Punct/zuforderst für die Hand genommen worden sey. Manifestissimum itaque extra utilitatis, atque necessitatis casum, ne tempus inutiliter protrahatur, aut tota comitia sine fructu dissolvantur, ut quandoque factum tradit Autor der Donawertischen Information *part.* 1. *p.* 297. de modo procedendi pertinacius disputandum non est. Tutius erit mediam inire viam, ac capita controversa

156. ita jungere, si fieri possit, ut unis deliberationibus simul decidantur. Atque hæc illa via est, quam Statibus Cæsarem monstrasse, scribit Autor der nohtwendigen Erinnerung *contra dictam informationem p.* 274. & ex eodem Bertram. *d. th.* 71. ubi improbat Statuum quorundam conatum, in comitiis anterioris temporis, qui, ehe vnd zuvor ihre gravamina erlediget/ sich in keine Handlungen einlassen wollen. Privata enim publicis non præferenda, nec præpostero ordine Cæsaris postulata Statuum causis postponenda; sed cum in libellis citatoriis, diserte ut plurimum caveatur, daß ohne Nebenhändel/ rc. Imperato-

peratoris voluntati ut Status acquiescant, æquum esse, contendit: maxime si Cæsar promittat, se gravioribus negotiis expeditis, Statuum quoque gravaminibus velle mederi. quemadmodum in comitiis anno 1613. se facturum declaravit, Decreto sub dato Regenspurg die 7. Septembris d. anni 1613. 157. De negotiis, quæ in comitiis tractari, atque ad consultandum proponi solent. nunc videndum est, antequam ulterius dispiciamus de modo consultandi, atque concludendi. De illis generalis hæc est positio: In comitiis consultari de rebus, quæ ad salutem totius Imperii directo, vel per consequentiam faciunt. 158. Si recessus Imperii evolvimus, varietas negotiorum ingens est. Eorum alia ad statum Imperii spectant ecclesiasticum, alia ad politicum. Ad Ecclesiasticum: ut de religionis dissidio componendo, de Concilio convocando, de instituendis colloquiis, de extirpandis Anabaptistis, &c. 159. Politicum ad statum quæ pertinent, aut pacifica sunt, aut bellica. 160. Illius generis sunt consultationes de matricula Imperii emendanda, atque perficienda, de contributionibus, de pace in Imperio firmiter tenenda, de monetis, de annona, de vestium ornatu, de successionibus, de contractibus, de delictis, de notariis, de typographis, mercatoribus, opificibus, Iudæis, validis mendicantibus, de Zigaris, von denen Ziegeunern/ etc. 161. De his si pauxillula hic annotavero, spero à benigno lectore facilem veniam. Iohannes Goropius Becanus *lib. 1. hermathena p. 18.* ab Italis eos appellari Cingalos testatur, propter vitam motoriam & vagabundam. Cingalum enim, sive Cinglum, alii maritimam quandam avem, alii jyngem, sive torquillam, alii motacillam, in quibus Galenus est, nominarunt. Omnes certe à frequenti motu nomen hoc mutuati. Crediderim itaque (pergit addere Goropius) vagabundos mendicos, sic etiam apud veteres, vocatos fuisse, atque inde vocem prius in magna Græcia, deinde per totam Italiam, iis attributam esse, qui nullas certas sedes haberent: & quemadmodum olim in proverbio fuit, *Cingalo pauperior*, ut ex Menandro docet Suidas: ita nunc recte dici posse, *Cingalo furacior*, propterea, quod hoc genus hominum furandi artem palam profiteatur, ingenti magistratuum, qui hos non statim vel remis, vel glebis addicunt, ignominia. Hispanis dicuntur *Gittani*, Gallis *Ægyptii*, &, ut ex Steph. Pasquierio colligo *livr. 4. chap. 17. des recherches de la France, p. 471. Bohemi.* 162. Polydorus Virgilius *de inventorib. rerum lib. 7. c. 7. p. 594. Assyrios* nominat, eosque Sacerdotibus Deæ Syriæ, qui fraudum fuerunt callentissimi, successisse scribit. 163. Vernacula nostra Ziegeuner appellantur, quasi dicas Zieg/ oder Ziehe einher: Wehner. *in observat. pract. verb.* Ziegeuner/ quod vagabundis ejusmodi,

Quos aliena juvant, propriis habitare molestum,

apprime convenit. 164. Ex qua gente, & unde originem trahant, diversa hominum opinio est. Assyrios, & Cilices esse, Polydorus Virgilius *d. l.* autumat: Raphael autem Volaterranus *lib. 12. Geograph. p. 115.* ab Vxiis & Persis, quorum sapienti-

bus, & Magis, mos cum matribus coire, oriundos esse existimat. Aliud placuit Ioh. Brodæo *lib. 8. miscell. c. 17.* Hic eos Walachos esse, hoc est, Italos; illuc olim ad repellendos barbararum gentium tumultus ex Italia in Colonias missos, ubi Pataicum habitum, per multos annos ad hunc usque diem ex parte retinuisse. Aventinus *lib. 7. annal. Bojar. pag. 509.* Zigenos (ita eos nominat) in confinio Turcarum, atque Vngaria habitantes, Rege Zindelone vicinas regiones peragrare, colluviem & sentinam variarum gentium, Turcarumque emissarios. Primum unde descenderint mihi affirmare integrum non est, tanta in nube temporum, sed & historicorum: hodie pro certo habeo, eos esse manipulum furum, & colluviem otiosorum hominum, ex variis nationibus, etiam inter nos considentibus, collectam. Plures enim, imo maximam eorum partem, quos ego vidi, Germanos esse, multis deprehendi indiciis. Linguam eorundem pro Venedica venditat Aventinus *d. loc.* quod si olim illis ea fuit, sane hodie alia non 165. est, quam ea, quæ furibus, nebulonibus, atque impostoribus propria. Quantum mihi observare licuit, non omnium ex asse una fuit loquela, uti nec causa, quam Planetæ isti terrestres migrationis suæ reddunt. Qui anno 1427. Galliæ primum cogniti facti sunt, originem suam ad inferiorem Ægyptum retulerunt; à Pontifice autem, quod primum Christiani facti, postea à Saracenis devicti religionem fidemque mutassent, pœnitentiæ ergo damnatos, septem annis hinc inde sine certa vagari sede. Septenarium autem istum, qui postea Gallias peragrarunt, non tantum majoribus, sed & sibi, utpote successoribus, conficiendum perpetua serie injunctum dixerunt: Steph. Pasquier. *d. l. pag. 470. & seq.* Idem prætextus illis fuit, quos Alb. Cranzius *lib. 11. Saxon. c. 2.* anno 1417. in maritimis locis ad mare Germanicum comparuisse scribit. Sed non solum illi, qui anno 1422. primum Basileam appulerunt: Wurstis. *lib. 4. Chron. Basil. c. 23. p. 240.* verum & isti, quos cognobiles redditos Germaniæ anno 1439. scribit Aventinus *d. l.* ex Ægypto se esse affirmarunt, vagabundos propter majorum delicta, qui deiparam Virginem, cum puero Iesu Herodis effugientem tyrannidem, hospi-166. tio excipere recusarunt. Hæc de Zigaris. Bellica ad negotia pertinent illa, quæ copiosissime deliberata fuerunt, de bello contra Turcas gerendo, de seditione rustica componenda, de obsidendo Magdeburgo, de expeditione Gothana, de conducendo atque conscribendo milite, & si quæ alia hisce connexa sunt, quæ recessus Imperii debita diligentia evolventibus obscura esse non possunt: Vt inde dijudicandum habeant, quid Iovio fidei & autoritatis tribuendum sit, qui referente Arnoldo Clapmario *de arcan. Rerumpubl. lib. 6. c. 13.* pecuniam plerumque omnium Germanorum comitiorum summam esse dixit. Postquam negotii unius vel alterius conclusio in Electorum senatu secuta est, eandem Senatui secundo, quem Principum esse diximus, in communi buleuterio aperiunt. Eam si hic quoque approbaverit, res plana est: quod si vero reprobaverit, aut amplius

amplius deliberandum duxerit, nova oritur conſultatio: qua finita Senatus iſte Principum, Electoribus in buleuterio prædicto refert ſibi quid videatur. Ac hoc caſu, quo Electorum ſententiæ acceſſionem non faciunt, Electores, an cedendum necne, inter ſe conſilia ineunt; indicantes poſtea Principibus, in quibus ſibi cum ipſis conveniat, in quibusve à priori ſua, & ſemel deliberatione approbata ſententia recedendum non ducant, ſperantes fore, ut Principes nunc in idem ſint conſenſuri. Quod ſi conſentiant, aut diſſentiant, in priori firmi opinione, civitatum legati utroque caſu ad commune buleuterium vocantur, ibi in præſentia utriusque ſenatus, in quo conſentiant, vel in quo diſſentiant, Electores & Principes, illis ſignificatur, roganturque ut & ipſi animi ſui proferant ſenſa. Huic admonitioni morem gerunt, atque per directorii Syndicum, quid ſibi videatur, aperiunt, vel Electoribus, vel Principibus, accedunt, vel ab utriusque in aliam abeunt ſententiam. Hæc Statuum ſive concors ſive diſcors ſententia per deputatos Imperatori refertur. Senatum Electorum quod attinet, ab illis duo deputantur, unus à Moguntino, alter à Palatino. Secundo in ſenatu Salisburgenſis aut Auſtriaci, unum his addere ſolent, quibus Prælatorum nomine accedit alius, & Principum ex parte ſecularium itidem alter; à Comitum numero, alternatim, ex Wetteravicis & Francicis, unus; à civitatibus autem duo deputantur, ſcil. ab unoquoque ſcamno unus. Imperator ſi Statuum accedat ſententiæ, res confecta eſt; ſi ſecus, tamdiu replicando, duplicando, & ita deinceps, diſceptatio inſtituitur, donec, ſi poſſibile eſt, unanimis ſurgat concluſio. Quod ſi ad harmoniam iſtæ Statuum ſententiæ, unaque Imperatoris, non valeant reduci, duplex potiſſimum oritur quæſtio: (1.) *an Imperator rem ſuo pro arbitrio determinare, atque hoc modo Statibus legem dicere poſſit?* (2.) *An majoris partis conſenſus, minoris diſſenſum excludat, vincatque, hoc ſcil. effectu, ut minor pars majoris placita teneatur ſequi?* Ad utrumque quid dicendum ſit, diſtincte expediendum eſt. Ad prioris affirmativam inclinat Autor der nohtwendigen Erinnerung/ *contra inform. Donawerd. pag. 61.* Daß nemlich/ wann die Stände auf Reichstägen ſich nicht vergleichen können/ die Sachen darumb nicht liegen bleiben/ ſondern es gebe der Römiſche Kaiſer den Außſchlag. Huic pro fundamentis adponi poſſunt, quæ extant in R.A. zu Speier *de anno* 1544. §. Als wir aber in der Handlung: *ibi*; da wir für uns ſelbſt/ und aus unſerer Kaiſerlichen Macht und Vollkommenheit/ Ordnung darinnen fürnemen und geben würden/ daß ſie ſolches geſchehen laſſen und dulden müſten/ und in demſelbigen uns/ als Römiſchem Kaiſer/ keine Form oder Maß zu ſetzen wüſten/ und dann uns als Röm. Kaiſer/ unſers obliegenden Kaiſerl. Ampts halben/ hierinnen nohtdürftige Fürſehung zu thun gebühret/ auch nicht gelegen noch gemeint iſt/ dieſelben Articul ohn alle ſonderbare Erledigung und Verabſcheidung bleiben zu laſſen/ꝛc. *& in* §. Und wir Churfürſten/ *ibi*: auſſerhalb obgemeldter Articul von Religion/ Fried und Recht lautend/

167.

168.

169.

170.

171.

so die Römische Kaiserliche Majestät/vnser allergnädigster Herr/aus Kaiserlicher Macht vnd Vollkommenheit gesezet/ vnd bey den Straffen vnd Poenen in ihrem Kaiserlichen Landfrieden begriffen/ gebotten hat. *Et* in R. A. zu Worms *de anno* 1545. §. Vnd wir Churfürsten/*ibi*: ausserhalb berührtes Articuls/ vom Colloquio meldend/ so die Römische Kaiserliche Majestät/vnser allergnädigster Herr/ für sich selbst geordnet/vnd wir die Stände der alten Religion verwant/ nicht willigen/ vnd doch ihrer Majestät darinn nicht Maß noch Ordnung geben könten.

172. Nec ipsos præterea Status hoc infiteri voluisse constat ex Supplicatione Cæsari anno 1576. Ratisponæ ab iisdem oblata, cujus huc spectantia verba refert Bertramus *th.* 74. Derhalben vnsers allerunterthänigsten Erachtens gantz vnvonnöhten/ hierinnen auf des einen oder andern Theils Bewilligung zu sehen/ oder zu warten/ sondern euer Kaiserliche Majestät/als das Oberhaupt und Handhaber aller Ordnung vnd Gesez/ auch Beschützer vnd Beschirmer der Betrangten/ haben disfalls vollkommene Macht vnd Gewalt/zu Verhütung grösseres Vnrahts/ vnd besorgter Weiterung im heiligen Reich / ihr Kaiserlich Ampt zu interponiren/2c. item; damit sie in streitigen Sachen/darinnen des gantzen Reichs gemeiner Nutz und Wolfahrt gelegen ist/ pro autoritate fastigii & muneris Imperatorii, selbst daran zu greiffen/ vnd alles das zur Billigkeit zu richten haben/ was sonsten der Parteien widerwärtigen Gedancken halben im Streit verbleiben möchte.

173. Pro contraria opinione, cujus patronus est Paurmeisterus *de jurisdict. lib.* 2. *c.*6. *n.*50.& 74. multa sunt, quæ adduci possunt. *Primo* enim, si Imperatoriæ potestatis est, pro arbitrio, non attentis Procerum sententiis, in comitiis decernere, ad quid isthæc solemnis Recessibus Imperii adjecta clausula: Haben wir uns nachfolgender Ordnung vereinigt/ verglichen/ vnd deshalben mit vnd gegen einander in Contractsweise verpflichtet: R. A. zu Augspurg *de anno* 1500. *circa fin.* Quæ clausula iisdem, aut sane æquipollentibus verbis, fere omnibus Imperii recessibus adjecta dignoscitur, ut firmiter inde colligere detur, Status Imperii non alio, quam contractus & conventionis jure, Recessibus Imperii obligatos esse. At contrahentium in contractibus ineundis arbitrium hoc est, ut alter alterum invitum obligare non possit: Bertramus *th.*74. *argum. l.*5. C. *de O.& A. l.* 1. *ff. de pact. l.*3. *ff. de O.& A. cum similibus.* *Deinde* quod in comitiis constituitur, non vocatur, des Kaisers Abschied/ sed des Reichs Abschied/ vel, des Kaisers vnd gemeiner Stände Abschied: R. A. zu Worms *de anno* 1564. §. Demnach haben wir. unde si nomen conveniens rei est, ut esse præsumitur: *l.* 69. *in pr. ff. de legat.* 3. & esse debet: §. *est & aliud, Instit. de donat.* iterum patescit, non solo Imperatoris hoc confici arbitrio. *Denique* si de negotiis Imperii universis soli Imperatori absque discrimine cogitionem tributam volunt, quid illud est, quod in causis commune patriæ bonum spectantibus, sine consensu Procerum nihil se constituturum, majestas Imperatoria jurat: Bertramus *d.l.* Si de novo

aliquid

aliqnid pro arbitrio ſuo in comitiis conſtituere Imperator poteſt, quid cauſæ eſt, quod neceſſitate emergente Receſſibus Imperii nihil addere propria autoritate poteſt, ſed adhibere cogitur Electores aliosque Status. 174. Sunt hæc utriusque partis non levia fundamenta, ut cui accedere debeam, fere hæream inſcius. Imperatoris, ut decet, adoro majeſtatem, Principum veneror ſplendorem, ſed & veritati juramentum dixi. Cuique ego ſua intacta velim jura, nec mihi judicandi licentiam deſpondeo. Quibus placuerit diſtinguere inter regulam & exceptionem, habebunt fere ſibi conſentientem Bertramum, *d. l.* qui generatim verum eſſe putat, quod Imperator in comitiis absque ſcitu Statuum abſoluta autoritate regulariter nihil ſanciat; ad id allegans Goldaſt. *in replicat pro Imper. contra Gretſer. c. 11. p. 105.* Mihi videtur cauſæ qualitatem conſiderationem mereri, ne Imperator patiatur ad arma pervenire, quos autoritate ſua ab iisdem revocare poteſt. Cumque non in conſultationis terminis, ſed diſceptationis verſantur Status, quidni utriusque judicem dicere liceat Imperatorem?

175. Nunc de eo videndum eſt, *an in comitiis, majoribus ſit ſtandum votis: ſeu, an in iisdem validum axioma: Major pars concludit?* Vetus comitiorum formula erat, *hæc pars major videtur*: Seneca *de vita beata ad Gallionem.* Barnab. Briſſonius *de formulis lib. 2. p. 184.* Quam ſi in noſtris quoque comitiis militare quis dixerit, certe ſine fundamento is haud erit. 176. Neceſſitas hoc poſtulat, jus civile hoc approbat, jus canonicum ab eo differens non eſt, publica Imperii jura hoc docent, & omnium fere ſaniorum gentium mores id obſervant. Naturalis hominum ad diſſentiendum inter ſe facilitas eſt: *l. item ſi unus 17. §. 6. ff. de recept. arbitr.* ut ſi major pars non debeat attendi, quælibet fere res ſine exitu futura ſit. Nam etſi ſaniora minoris partis vota majoribus præferenda dixerimus, res admodum intricata erit, quænam ſaniora dici mereantur, & hic, *qui volet ingenio cedere, rarus erit.* 177. Iuris inde civilis diſpoſitio eſt, ut ſi quid à pluribus decernendum fuerit, majoris partis conſenſus minori prævaleat: *d. l. 17. §. 6. l. quod major pars 19. ff. ad municipal. l. duo ex tribus 39. ff de re judic. l. pen. C. de legat. lib. 10. l. 7. fin. ff. de pact. l. 3. ff. de decret. ab ord. faciend.* 178. De jure quoque Canonico plurium ſuffragia attenduntur: *t. tit. ext. de his, quæ fiunt à majori parte. c. cum inter 21. §. diſcretioni veſtræ, c. cum in jure 33. c. venerabilem 34. §. objectioni. c. Cumana Eccleſia. extr. de elect.* CCſtæ *in c. cum omnes 6. ext. de conſtit.* In electione Imperatoris majora concludunt vota: *A. B. c. 2. §. 4.* 179. Idem & in reliquis Imperii negotiis obtinere clari receſſuum Imperii textus ſunt: R. A. zu Cölln vnd Trier *de anno 1512.* §. Es ſollen auch die Churfürſten/ *verſic.* vnd was dieſelbe/ *ibi*, oder der mehrere Theil aus ihnen. Regimentsordnungen zu Worms *de anno 1521.* §. Würde ſich auch begeben/ *verſ.* vnd ſo die Sachen/ *ibi*; ſo durch den mehrern Theil beſchloſſen wird/ Folge thun. R. A. zu Speier *de anno 1542.* §. Vnd dieſem oberſten Hauptmann/ *verſ.* vnd dieſe der zehen Kraiſe/ *ibi*; vnd was einhelliglich/ oder mit

dem mehrern Hauffen/beschlossen würde. R.A. zu Regenspurg *de anno* 1576. §.
180. Da dann die Sachen/*vers.* aber darnach/*ibi*; beym mehrern gelassen werden. Hoc observarunt Athenienses: Sigon. *de Republ. Atheniens. lib.2.c.3.* & Romani: Nicol.Gruch.*de comit. Roman.lib.1.c.4.p.133.* Atque adhuc hodie idem observatur in plerisque collegiis, ut Neapoli: Afflict.*decis.1.* & in summo Sabaudiæ Senatu: Anton.Faber *lib.1. Cod.tit.7.defin.1.atque alibi.* adeo ut compluribus videatur, ne quidem per statuta & consuetudines contrarium introduci posse, ne impediatur bonum publicum; Dd.*in l.190.§.1.ff.d.R.I.* Dec.*ad c.cum omnes, de constit.* Abbas
181. *in c.1.de his quæ fiunt à majori parte.* Verum hisce pro regula concessis, non desunt exceptiones ab aliis, atque ab ipsis quoque Imperii Statibus, propositæ. I. Religionis est negotium. In comitiis usitatum illud esse axioma, scribit Waremundus ab Ehrenberg *de Regni subsid. & onerib.subdit.c.2.n.19.* in causa fidei majora, vel plura vota locum non habere. Vrget hoc Pontanus, Protestantium orator, apud Sleid.*lib.7. p.m.112.* & Landgravius Hassiæ Philippus ad Granvellanum; In fidei negotiis, ait, non esse considerandum, quid maxima pars opinetur, sed quid verum sit. Nam & Hierosolymæ, cum ex Apostolis atque discipulis plerique vellent gentes profanas, quibus erat annunciatum Evangelium, circumcidi, Petrum tantum, & Paulum, & Iacobum atque Barnabam contra sensisse, & errore commonstrato, jugum illud legis abrogasse. Quo quidem tempore maximam partem ejus conventus, paucorum judicio, quod rectum erat, cessisse & obtemperasse: Sleidan *l.17.p.m.283.* Huc pertinent protestationes à reformatæ religioni addictis Statibus, quibus Imperii Recessus mentionem ingerunt: R.A. zu Augspurg *de anno* 1530. §. Es haben aber. R.A. zu Regenspurg *de anno* 1532.*tit.* Geistliche vnd weltliche Beschwerung. R.A. *de anno* 1541.§. Dargegen haben die Stände. Sane Apostolo teste nostrum unusquisque de seipso rationem reddet Deo: *Rom.14.vers.12.* Atque hoc unicum esse videtur Bertramo *th.63.* in quo majora non prævaleant; in politicis vero negotiis contrarium sim-
182. pliciter statuit. II. Contributionis onera. Hinc aliquot ex Electoribus & Principibus Imperii anno 1598. opposuisse fisco in Camera Imperiali exceptiones ex eo capite, quod majora vota in causa religionis & contributionis dissentientes non obstringant: memorat Waremundus ab Ehrenberg *d.tr. de Regni subsid. & onerib.subdit.c.5.n.53.* Et Vietori, *de causis exemption. conclus.5.* vix videtur concedendum, ut imponendo onera, collectas, gravamen, inopiæ nostræ aliorum votis præjudicium creetur. Losæus *de jur.univers.part.3.c.9.n.11.* Besoldus *de ærario, c.4.n.2.* & *in dissert.de Iurisd.Imperii Romani tit.15.p.42.* ubi ait: In contributionibus plurium suffragia non prærogativam habere ajunt, cum ad impossibile nemo obligetur, & omnium Statuum contributiones non sint æquales, sed pro redituum proportione imponantur. Quippe Episcopus vel Prælatus aliquis, quamvis æque, ac Princeps majorum gentium fortunæque opimioris, jus habeat votandi, non tamen parilis quantitatis collecta exolvit: Iniquum ideo est,

ut præ-

ut præjudicare queat ei, qui majus damnum ſentit. Quemadmodum fere in ſimili caſu, ſi plures, inæqualis tamen ſummæ, ſint creditores, major pars debitori dilationem omnium nomine concedere, vel aliquid de ſumma remittere nequit: *l. 8 ff. de pact.* Daniel Moller. *lib. 4. ſemeſtr. c. 6.* Verum hiſce non obſtantibus, in Contributionibus, quæ pro publica Imperii utilitate, & neceſſitate imponuntur, verius eſſe putat Reinking. *de regim. ſecul. lib. 1. claſſ. 5. c. 8. n. 71.* majoris partis ſuffragia prævalere. Nam & hoc caſu ſuffragationem, & conſenſum, non ad omnes, ut ad ſingulos, ſed ut ad univerſos pertinere, quatenus videlicet cauſa, propter quam exiguntur contributiones, univerſum Imperium concernit. 183.

III. Majora porro vota, in detrimentum aliorum, locum non habere ajunt, in tollenda lege fundamentali, tollendove jure privilegii, vel contractus, quod ſingulis eſt quæſitum. Harum namque rerum ea eſt natura, inquit Beſoldus *d. l.* ut nec pleniſſima poteſtatis plenitudo in contrarium aliquid diſponere queat: nec etiam potentia abſoluta ita eſt intelligenda, ut cuiquam adimere poſſit jus naturale, aut etiam jus contractus. Et quis quæſo non videt æquitati naturali repugnare, ab omnique ratione aberrare eum, qui dicere velit, contractum ab omnibus celebratum, propterea reſcindendum eſſe, ſi major contrahentium pars cupiat annihilari eundem. 184.

IV. Generaliter majore parte contra utilitatem aut libertatem publicam ſtatuente, minoris non repudiandam ſententiam: *l. 1. C. de vet. jur. enucle.* Lactant. *lib. 2. c. 20.* Seneca *de vita beata c. 2.* Plin. 2. *epiſt.* 12. Marta. *p. 4. de juriſdict. cent. 1. caſ. 8. n. 7.* Ripa *p. 2. reſp. 2.* Nevizan. *conſil. 12. n. 116.* Bald. *conſil. 318. vol. 3.* atque in re communi potiorem eſſe conditionem prohibentis: *l. Sabinus, ff. comm. divid.* Coſta *tr. de quota & rata, quæſt. 55. n 8.* Bodin. 3. *Republ. 6. n. 317.* Vietor *de cauſis exempt. d. concluſ.* 185.

V. In cauſis quæ ad omnes tanquam ſingulos pertinent, majorem partem minori nec quicquam præjudicare: *l. per fundum, ff. de ſervit. præd. ruſt. d. l. Sabinus, in pr. ff. comm. divid.* Don. Garſia Maſtr. *de Magiſtr. lib. 5. c. 15. n. 21.* Reinking. *d. l. n. 70.* ac in actibus puri puti arbitrii voluntatem noſtram aliorum nutu ſtringi non debere: Gloſſ. *in c. cum omnes, de conſtit.* Moditius *pro plebiſcit. dub. 54. n 4.* Cravetta *conſ. 379.* nec promiſſiones alienas, aut facti alieni, tertium ligare: Felinus *ad. d. c. cum omnes, de conſtit.* Gloſſ. *in l. 2. C. quæ ſit longa conſuetud.* Vietor *d. l.* 186.

VI. In cauſis, ubi inter Catholicos & Reformatos, tanquam inter partes litigantes, diſceptatur, etiamſi ex una parte plures exiſtant, nihilo minus tamen haud multitudinem actorum reorum paucitatem, ſed cauſæ ſolum æquitatem, & juſtitiam vincere debere. Idque non ſolum in cauſis, quæ directo religionem concernunt, ſed & tunc, cum vel per indirectum intervenit negotium religionis, aut ubi occaſione diverſæ religionis conſcientiæ ratio præponderare poteſt juris æquitati: Beſold. *d. l.* 187.

Bertramus tredecim enumerans cauſas, *d. th, 73.* in quibus majora non admitti debeant, (1. Gewiſſen- vnd Religionsſachen. 2. Contributionſachen. 3. Cammergerichtsſachen. 4. Freyheiten / privilegia, vnnd dergl- 188.

dergleichen Immunitäten. 5. Religionfrieden/ sampt dessen Zu- vnd Angehörunge. 6. Profan Frieden vnd andere Sachen/ des gemeinen Vatterlands Ruhe vnd Friede betreffend. 7. Die jenigen Sachen/ darinnen die Römischen Catholischen Parteien seynd/ vnd mit den Evangelischen streiten. 8. Sachen/ so wider die Billigkeit/ vnd die Regul/ quod quis juris in alium statuit, eodem ut ipse utatur necesse est, lauffen. 9. Austräge. 10. Fälle/ so die Executionsordnung/ Reichsconstitutiones, Guldene Bull/ vnd dergleichen/ anlangen. 11. Erbeinigunge/ Verträge/ Compactaten/ ꝛc. 12. Sachen/ da saniora vota vorhanden. 13. Fälle/ da omnium consensus vonnöhten ist) numero easdem quidem paucas esse agnoscit, si tamen penitius introspiciantur, adparere, omnes alias, quæ unquam in deliberationem in comitiis instituendam cadere possunt, sub iisdem comprehendi. Admissa igitur nova isthac sententia, quo res tandem sit de-

189. lapsura, quemvis facile perspicere. Verum si religionis pace uti frui ex asse volumus, necesse est, ut non tantum, quæ directo nobis eam infringunt libertatem, sed & quæ per indirectum ejus jugulum petunt, quicquid etiam major pars contradicat, repudiemus, ne per indirectum nobis adimatur, quod directo concessum fuit. Hoc si egerimus, multæ ex prædictis causis admittendæ videbuntur.

190. Plane postquam religione dividi inter se Status cœperunt, contentio ista simul orta est, *an & quando majora vincere debeant?* Catholici generaliter in omnibus ad majora provocarunt, atque adeo in ipso quoque religionis negotio. Ita enim diserte Carolus V. ad Protestantes apud Sleidan. *d. lib. 7, p. 112.* æquum esse, ut minor pars accommodet sese majori. Continuata per aliquot comitia hæc cantilena, tandem summa partium contentione ventilata fuit Ratisponæ in comitiis anno 1613. celebratis, ubi Imperator & Catholici majora propugnarunt calide; Correspondentium autem legati contra literis datis 20.

191. August. ejusdem anni illa limitate admittenda dixerunt. Verba earum ita se habent: Die majora verwirft man nicht gäntzlich/ sondern kan man dieselbe in consiliis sanis, vnd da kein interesse vnd passiones mit vnterlauffen/ wol passiren lassen. Daß man aber die majora ohne Vnterscheid in allen vnd jeden/ auch die Religion/ freiwilligen contributiones, der Stände Libertät betreffend/ vnd dergleichen Sachen/ anietzt behaupten vnd durchdringen will/ das verursacht vnsern Herrschaften vnd Oberen nicht vnbilliges Nachdencken. Vmb so viel mehr/ daß der ander Theil zu mehrmalen sich selbsten erkläret/ daß die majora in Religionssachen nicht statt haben: wie dessen im Jahr 1603. im Fürstenraht ein klärlichs Exempel vorgewesen/ vnd sonsten bey jüngstgewesenen Reichstägen/ der ander Theil zu vnterschiedlichen malen sich vernemen lassen: auch ohnzweifentlich/ da die Evangelische die majora in ihren Händen haben solten/ sich denselben nimmermehr auff solche Weise/ wie man es ietzo vorhat/ vnterwerffen würde. So geben es auch nicht allein die Passauische Verträge/ sondern auch die darauff

darauf im Jahr 1555. zu Augspurg gepflogene Handlungen/ daß man durch überstimmen einander nicht gefähren solle noch wolle: wie auch noch hernacher in den Jahren 57. vnd 59. ein ebenmässiges fleissig in Acht genommen worden/ vnd daß einmal der Religionfrieden durch Theidigung/ Tractation vnd Vergleichung/ vnd also nicht per maiora, aufgerichtet. Wann es auch des andern Theils Meinung nach die Gelegenheit haben solte / so würden so wol Euer Kaiserlichen Maiestät die jenige Beschwerden/ deren Abhelfung allein in Euer Kaiserliche Maiestät Händen vnd Machten stehen / ihren maioribus zu vnterwerfen Bedencken tragen/ als auch vnsere Herrschaften vnd Obern nicht zugeben können/ daß sie in den Beschwerungen/ die wider den andern Theil sie zu klagen haben/ sich von denselbigen überstimmen / vnd ihne neben dem eines Orts Partey / auch das Richterampt einraumen solten / welches ja wider alle Vernunft / vnd die Natur selbsten were. Vnd weiln man sich aus vnterschiedlichen Exempeln vom Jahr 1527. bis aufs Jahr 1582. zu erinnern/ daß man sich also ohn Vnterschied durch die maiora nicht bereden lassen wollen / vnd darauf dergleichen Absonderungen von den deliberationibus in zutragenden Fällen zu mehrmalen geschehen / vnd das Exempel anno 1582. mit den Reichsstätten / vnd anno 1594. da der Magdeburgische Sessionstreit auf der Bahn gewesen/ noch in frischer Gedächtnuß ist/ in deme damals von den Römisch-Catholischen Ständen eine starcke Separation gemacht / vnd im Fall man ohne sie verfahren würde / zum zierlichsten dargegen protestiret worden ist/ wie die Reichsprotocolla mit sich bringen werden. So befindet man auch in den jenigen Craisen / da die Evangelischen die mehrere Stimme haben/ daß der ander Theil sich an dieselben gar nicht binden lassen will / vnd wie die Erfahrung gibt / ehe selbsten sich absondern / vnd vnter sich selbsten sonderbare Abschied aufrichten. Wann endlichen mit den maioribus also verfahren werden solte/ hätten die Evangelischen Stände des Reichs den Neuen Calender vorlängst/ sonderlich bey dem anno 1603. gehaltenen Reichstag / ohne alle Widerrede annemen müssen: Were auch ohne Noht gewesen/ daß am Kaiserlichen Cammergericht die Verordnung geschehen/ daß in Religionssachen Assessores pari numero von beyderley Religionen deputirt werden müssen: oder was bedörfte es dergestalt viel deliberationes auf Reichstägen anzustellen / weiln auch vielen vnterschiedlichen Evangelischen Ständen ihre sessiones vnd Stimmen im Fürstenraht gesperret werden.

Restat, ut videamus, quid consultationes atque conclusiones subsequatur, atque adeo, quomodo finiantur comitia. Circa hæc potissimum advertendum est, aut ad deliberandum propositas causas expeditas esse, aut non esse expeditas. Hoc casu quæ nondum expeditæ sunt, vel ad futura generalia, vel specialia, remittuntur comitia. In comitiis Spirensibus, ut eorundem Recessu innuit *de anno* 1544. § Wiewol auch auf diesem / debebat quoque consultari von Streitigkeit der Session/ auch Stand vnd Stimm wegen/ desgleichen von Auf- 192.

richtung einer beständigen guten Müntz / vnd andern mehr des H. Reichs Teutscher Nation gemeinen Obliegen: es seind aber damals Kaiserl. Maiest. vnd dem H. Reich dermassen ehehafte vnd redliche Vrsachen vnd Verhinderungen fürgefallen / daß sie solche nicht erledigen können / sondern dieselbige auf einen künfftigen Reichstag nach Worms verschreiben müssen. Cum ad hæc Wormatiensia comitia anno 1545. pauci Statuum ipsimet advolassent, cæterorum vero legati non omnes mandato pleno & convenienti essent instructi, indecisa negotia iterum ad alia comitia Ratisponæ indicenda remissa fuerunt. In Comitiis Augustanis de anno 1555. §. Alsdann auch/negotium compositionis religiosæ ad futura reservatum comitia; & in aliis causarum aliæ ad alia: R. A. *de anno* 1594. §. Was vnd so viel aber nach diesem allem. §. Als wir dann für den vierten. §. Demnach wir auch zum fünften. R. A. zu Regenspurg *de anno* 1598. §. Welcher Gestalt wir nun diesem nach. ubi aliquot articulos, nempe de dubiis Cameræ, Müntzwesen / Richtigmachung der Reichsmatricul / Moderationsachen / rc. ad

393. conventum Deputatorum remissos percipimus. Altero casu, quando ad consultandum proposita negotia expedita sunt, vel omnia, vel aliqua, id quod conclusum fuit, à Moguntino in formam recessus redigitur, atque publice prælegitur deputatis Imperatoris, atque Statuum, eum in finem, ut, si opus sit, e-

394. mendent emendanda, & corrigenda corrigant. Ab Imperatore ad hoc unus, vel duo deputantur: Electorum quilibet unum vel duos constituit, qui tamen unicum duntaxat obtinent votum: Senatus Principum ecclesiasticorum, tres, secularium, totidem: Civitatum autem scamna duos mittunt. Horum omnium ad prælectionem exquiritur judicium, eo fere modo, quo in senatu supplicationum fieri consuevit, excepto, quod hic Cæsaris Commissarii votum conclusivum habeant: ita scribit d. Autor des warhafftigen Berichts / wie es heutiges Tags auf Reichsversamlungen gehalten wird / cuius dissertatio adiecta est denen zweyen ausführlichen Rechtsbedencken / des Heil. Römischen Reichs Erbarn Freien vnd Reichsstätten Session / Stand vnd Stimm betreffend / Ludovici Gremp, & Hieronymi zum Lamb / *edit. Francofurt. de anno* 1605. Bertramus vero *thes.* 87. negativam ponit: hoc solo, ait, excepto, quod Cæsarei Deputati hic votum conclusivum non habeant, allegans Autorem des ausführlichen

395. Berichts / wie es auf Reichstägen / *cap.* 13. Hoc pacto recessus in formam redigitur authenticam, eiusque duo conficiuntur exemplaria, supra pergamenum, ut vocant, exarata, quorum unum deponitur apud Cancellariam Imperii, des Reichs Cantzley / cuius custos Moguntinus est; alterum in des Reichs Hofcantzley: copia tantum Cameræ Imperiali transmittitur, ea ut habeat, quod in sententiis sequatur: Caspar Leipold. *de concurrent. jurisdict. in Imperio, quæst.* 19.

396. Lingua hodie tantum concipitur vernacula, ut eo melius ab omnibus intel-

397. ligatur, & ut hoc modo maiestas linguæ Germanicæ conservetur. Antiquis temporibus Germanos capitula sua, de quibus communi consensu convenerat,

latine

latine protuliſſe, ſcribit Goldaſtus *in præfation. tom. 3. conſtit. Imper.* Superſtitio hæc vana illis inhæſerat, ſine dubio, ſacra Principum reſcripta, privilegia, aliaq; ſacri Imperii monumenta, non alia melius lingua, quam qua reliqua ab Eccleſiaſticis peragebantur ſacra, confici, ſed & conſervari poſſe. Primum hoc immutaſſe dicitur Rudolphus Imperator, eius nominis primus, qui edicto cavit anno 1274. ut omnia mandata, edicta, privilegia, pacta dotalia, contractus, & id genus alia ſcripta, Teutonica conficerentur lingua: Goldaſtus *tom. 1. conſtit. Imperial. pag.* 311. Aventinus *lib. 6. annalium* (ut refert Georg. Acac. Enenckel *de privileg. lib. 1, cap. 9. num. 56*) Rudolphum hoc ob inſcitiam Nobilitatis feciſſe ſcribit. Sed unius rei plures ut poſſunt eſſe cauſæ, ita & eam pro ſolitaria hic non agnoſco. Cæterum quam linguæ Latinæ ignorantiam Nobilitati adſcripſit Aventinus, ab eadem nec ipſe Rudolphus ex aſſe immunis fuit. Etenim cum Bernardus, Seccovienſis Epiſcopus, in comitiis Auguſtanis anno 1275. Legatus Othocari Regis, multa ad eccleſiaſtici ordinis Principes Latino ſermone proferret, Rudolphus Cæſar interfatus; Si cum Epiſcopis & Sacerdotibus, inquit, tibi res eſt, latine dicito; in me meique ordinis dicturus, ea lingua utitor, qua qua pro ſe quisque reſpondere poſſimus: Gerard. de Roo *lib. 1. hiſt. Auſtriac. p. 25.* Licet vero Rudolphi præfata conſtitutio, ob literarum, & linguæ Latinæ* uſum 198. vulgarem, in cæteris non ita obſervetur: Georg. Acac. Enenckel *d. l.* attamen quod Receſſus Imperii attinet, atq; Cameræ ſtylum ſtricta illa colitur obſervantia. Inde cum Sabaudiæ Dux, quando ipſi lis erat cum Ioanne im Thurn, proceſſus in Germanica lingua caſſari, vel latine verti petiiſſet, Camera reſtitit, ſubjecta clauſula, und ſollen hinfüro beyde Parteien in Teutſcher Sprach verfahren: Bruning. *de var. univerſ. ſpecieb. theſ. 7.* Atque ita fere à cunctis obſervatur gentibus, ut vernaculam ſuam aliis prælatam velint, nec ſine ratione. Ludovicus XII. Rex Galliæ ſanctione prohibuit, ne Senatusconſulta deinceps Latino conciperentur ſermone: Fr. Vayer. *de leg. c. 10. p. 96.* Heig. *p. 1. quæſt. 7. n. 64.* cumque antea in curia Franciæ lites latine diſceptarentur, Franciſcum I. contrarium caviſſe refert Broidæus *in ſupplemento hiſtoriæ fori Polleti l. 5. c. 15.* In Turcarum legibus eſſe, ut quæ ſuæ linguæ verbis ſcripta non ſunt, ea præſtari neceſſe non ſit, Bembus *lib. 4. hiſt. Veneta* annotavit. Formula Receſſuum hæc eſt, ut exordium 199. verba Cæſarea, quibus comitia indixit, fere conſtituant, narrata ex propoſitione deſumantur, ſententia, & rerum expeditio, ex relatione ad Cæſarem facta, huiusque reſolutione & adprobatione depromatur. Huic accedit ſubſcriptio & obſignatio. Subſcriptio varia eſt. Quandoque enim ſolus Imperator ſub- 200. ſcribit, ut factum videmus ad R. A. zu Worms *anno* 1545. R. A. zu Regenſpurg *anno* 1546. R. A. *anno* 1555. Subſcriptiones Imperatoriæ, hodie ut moris eſt, nil 201.

* Latein und Teutſch iſt in Reichsſachen gebräuchlich: R. A. *anno* 1530 § Weiter nach dem. *Ordin. Cam. part. 2 tit.* 31 § Nach dem auch.

nisi proprium Imperatoris nomen exprimunt; ex. gr. Carolus, Ferdinandus. Vt olim Imperatores subscripserint, dixi *lib.3. c.3. n.20.* Aliis Regibus varia signandi forma est. Lusitaniæ Reges cum diplomata subscribebant, semper quinque puncta :·: addere consueverunt, quæ vulnera appellabant, in memoriam vulnerum nostri Salvatoris: Conestag. *l.6. f.331.* Rex Hispaniæ aliquando non proprium nomen, sed hæc tantum subnectit verba: *Io el Rey*: Baudius *de induc. belli Belg. l.2. p.56.*

202. Quandoque cum Imperatore subscribit Imperii Archicancellarius, ut factum ad R. A. zu Augspurg *de anno* 1548. Kaiserlicher Landfried zu Augspurg aufgericht/ *eodem anno.* R. A. zu Augspurg *anno* 1551. R. A. zu Augspurg *anno* 1559.

203. In eo autem Archicancellarii subscriptio ab Imperatoria differt, quod ab eadem longo membrana intervallo inferior sit, quod non solum nomen proprium, sed & officii subscribentis exprimat, quod literas præterea hasce adiectas habeat, ss. aut subss. (quæ vocabulum, *subscripsit*, innuunt, quod olim quoque Cancellariis proprium fuit, licet illud quandoque integrum, quandoque tantum per litteram S. explicaverint: André Favyn *liv.2. des premiers officiers de la couronne de France, ch.4. p.99.* Cuius in vicem hodie apud Gallos vox, *visa*, substituta est) atque nonnunquam quidem verba, *ad mandatum Domini electi Imperatoris proprium*, quæ quandoque nomen Archicancellarii præcedunt, ut in Ordnung des Landfriedens zu Worms *de anno* 1521. in Cammergerichtsordnung zu Worms *eiusdem anni.* Ordnung des Regiments zu Worms *eiusdem anni.* quandoque sequuntur, ut *in d.* R. A. zu Augspurg *de anno* 1559.

204. Quandoque cum Imperatore & Archicancellario subscripsit quoque tertius: *d. Reformatione* guter Policey zu Augspurg *anno* 1548. R. A. zu Augspurg *anno* 1566. R. A. zu Speier *anno* 1570. R. A. zu Augspurg *anno* 1530. Tertius hic aut Vicecancellarius fuit, aut Secretariorum, vel Consiliariorum alius. Vicecancellarius fuit Vlricus Zasius, qui subscripsit d. R. A. zu Augspurg anno 1566. & Iohan. Baptista Weber, qui subscripsit d. R. A. anno 1570.

205. Sed quæ, inquis, Vicecancellarii partes hic fuerunt, ubi Archicancellarius adfuit? nonne ita est, quod præsente principali cesset officium vicarii? Audi, si placet, Kirchnerum, *de officio & dignitate Cancellarii lib. 4. c. 3. n. 58.* & quieta tibi mens erit: Speciali mandato Cæsaris recognitionem & revisionem illi susceperunt, quam factam esse sua subscriptione testantur. Ex Secretariis, vel, si mavis, Consiliariis (cum Imperatore & Archicancellario) subscripsit d. R. A. anno 1548. Ioh. Obernburger. (male ergo Bertram. *d. th. 89.* qui huic Recessui nomen Vicecancellarii adiectum arbitratur) & d. R. A. de anno 1530. Alexander Schweis. Cuius subscriptionis eadem à Kirchnero ratio, cum præcedenti est, quod scil. recognitio & revisio non modo Vicecancellariis, sed & Secretariis & Consiliariis quandoque, fuerit imposita. Quandoque rursus cum Imperatore subscripsit Vicecancellarius, & Consiliarius, sive Secretarius aliquis. R. A. zu Augspurg anno 1564. subscripsit

Ferdi-

Ferdinandus, Iohan. Baptista Weber/ & Haller. R. A. zu Regenspurg anno 1576. subscripsit Maximilianus, Iohan. Baptista Weber/ & A. Erstenberger. R. A. der Policeyordnung zu Franckfurt anno 1577. subscripsit Rudolphus II. Sigismundus Vieheuser. D. & A. Erstenberger. 206. Nonnunquam cum Imperatore Vicecancellarius tantum subscripsisse noscitur. R. A. zu Regenspurg anno 1577. hæc data est subscriptio: Ferdinandus, & paulo inferius, Ia. Ionas D. Vicecancellarius. R. A. zu Speier anno 1557. eadem adiecta subscriptio. R. A. zu Regenspurg anno 1613. subscripsit Matthias, & H. L. von Ulm. 207. Denique complures Imperii Recessus conspiciuntur, qui subscriptione prorsus carent omni, ni fortassis typographorum incuria huius causa sit, quæ ad originalis integritatem non accessit. Quod si in autographo quoque subscriptio nulla est, credibile fit, aliquando Cæsares, pro consuetudine morum & temporum, non opus esse putasse, ut iis, quæ sigilli sui robore confirmassent, pondus subscriptionis adiiceretur, rati indignum esse fide prisca seculi sui, superflua comprobatione onerari: Kirchnerus *d. l. n. 17.* 208. A. sane, licet in privatorum causis sigillum absque subscriptione non probet: Gœdd. *in l. subsignatum 39. n. 2. & 3. ff. de V. S.* Monter à Cueva *decis. 12. n. 6. & seqq.* secus tamen est in Principum negotiis, & ubi à publicis personis (quales præcipue Principes Imperii sunt: Sächsische *apologia in causa Iuliacensi p. 8.*) res geritur: Rebuff. *ad constit. Gall. tom. 1. tit. de liter. oblig. in procem. n. 26. & seqq.* Trivisan. *decis. 4. n. 25. & seq. lib. 2.* Beitram. *d. th. 89.* 209. Certus equidem non sum, an & Status, atque eorum Legati, præsentes, autographo subscribere sua soleant nomina; sed illud tamen non improbabile est, cum subscriptionis eorundem mentio fiat *in* R. A. zu Regenspurg *anno* 1527. §. Als auch im Anfang/ *& aliis compluribus.* Dici tamen poterit, eorum quidem nomina subscribi aliquando manu propria (de quo tamen certi nihil affirmo) nonnunquam vero ab illo, qui Recessus cætera scribit capita, unde subscriptio ea nuncupatur (*in* R. A. zu Worms *anno* 1521. § Doch hat unser) Einschreiben der Fürstlichen Personen. & firmat hoc, quod lego in R. A. zu Augspurg *de anno* 1590. *in fine, ibi,* ist gesessen: quo liquet, alium sessionis observatorem catalogum Statuum apposuisse. 210. Quicquid sit, subscriptio ista Statuum non omnibus Imperii recessibus adiecta seculis fuit præteritis; hodie tamen solemnis est. sed in eo differens, quod olim simplicior hodierna: Canin. *part. 2. de l'abregé de la bulle dorée p. 85.* partim ratione titulorum, partim ratione ordinum. Ita à Carolo usque Magno, ad Carolum fere IV. nullam civitatum, in subscriptionibus Imperii recessuum, mentionem fieri, idem notavit Caninius *d. l. p. 90.* 211. Obsignatio, sive sigilli appositio, itidem non uniusmodi jugiter fuit. Nam quandoque Imperator solus sigillum suum apposuisse cognoscitur. Exemplo aurea Bulla Caroli IV. est, & Friderici III. Reformatio, cuius obsignatio sigillo maiestatis Regiæ Francofurti ad Mœnum facta esse legitur. Carolus itidem V. recessui Ratisponensi anno 1546. sigillum

Imperiale tantum appoſuit. Sed videtur receſſus iſte potius Imperatoris, quam Imperii eſſe, & inde à reliquis eius ſeculi quoque differens, quod nulla Statuum ſcriptione clareat. Idem quoque Carolus *ordinationem Cameræ*, & conſtitutionem *de pace publica* Wormatiæ anno 1521. ſolo Imperatorio firmavit ſigillo. Videlicet novo conſenſu & obligatione, quæ jam ante inter Maximilianum anteceſſorem, & Status omnes inita iis de rebus fuerat, non opus erat, neque idcirco nova ſignorum confirmatione. Cæſar itaque ſua autoritate Imperatoria per Cancellarium Imperialem viciſſim ſancivit atque renovavit ea, quæ totius

212. Imperii jam ante confirmata, & ſigillis corroborata erant. Ita videtur Kirchnero *d. lib*.4. *c*. 2. *n*.59. Sed videat præterea, cur Moguntinus ſubſcripſerit, ſi ea militant, quæ adduxerat, & cur receſſui Noribergenſi anni 1522. eiusdem Caro-

213. li Imperiale ſigillum tantum fuerit adiectum. Quandoque vero Imperatoris ſigillo Moguntini Electoris additum legimus, id quod factum Wormatiæ anno 1495. *in Conſtitutione*, von Handhabung des Friedens und Rechtens. Cuius, quoad Moguntini ſigillum, ratio illa eſt, quod cum obligatio illa quædam ſit, qua omnes Electores, ac Principes, Ordinesque ſeſe Imperatoriæ maieſtati ad conſervationem antecedentis ordinationis, & ad executionem contra violatores pacis publicæ, devinxerunt, Moguntinus Princeps, tanquam Elector & Archiepiſcopus, non ut Archicancellarius, nomine omnium Statuum eius rei obſignationem ſuſcepiſſe videtur. Quod quidem ex eo apparet, quod ſe ſigillo proprio uſum eſſe ibidem ſcribat, cum contra Archicancellarius ſi ratione ſui officii ſignet, ſigillum Imperatorium, quod ipſi à Cæſarea maieſtate commiſſum eſt, imprimat. Eadem cauſa ſubſignationis *in decreto eſt*, von dem gemeinen Pfenning/ zu Worms *anno* 1495. auffgericht/ cui idcirco tum Imperatoris, tum eiusdem Moguntini Pontificis ſigillum appoſitum eſt, quod & Cæſareæ maieſtatis, & omnium Electorum, ac Principum, & Ordinum certam conventionem & obligationem, de contributione, vulgo capitationem vocant, omnium Imperii civium, vernaculo ſermone, den gemeinen Pfenning/ contineat. Sed nec ibidem ut Archicancellarius, quemadmodum tamen alios cenſuiſſe & ſcripſiſſe video, verum ut Elector, & Archiepiſcopus, ac Princeps Imperii, loco & nomine reliquorum, Moguntinus ſignavit, ſuo, & quidem Archiepiſcopali, ſigillo. Eidem vero decreto annexa eſt ſingularis obligatio Imperatoris, qua ſeſe ille obſtringit ad iſtam contributionem viciſſim, poſt quadriennium remittendam, quæ, pro ratione cauſæ, ſolius Cæſaris ſigillo, quod Cancellarius Imperia-

214. lis tractat, confirmata: Kirchnerus *d.tr.lib*.4. *c*.2. *n*.42. *& ſeqq*. Conſtitutioni von der Ordnung des Regiments zu Augſpurg *anno* 1500. auffgericht/ non tantum Imperator, ſed & complures Status alii ſigilla ſua appoſuerunt: ex Electoribus nempe tres; Moguntinus; Saxo, Brandeburgenſis: ex Epiſcopis quatuor; Magdeburgenſis, Herbipolenſis, Eichſtetenſis, & Auguſtanus: ex Principibus ſecula-

secularibus tres; Palatinus Rheni atque Bavariæ Dux, Marchio Brandeburgensis, Dux Megapolitanus. Ex Abbatibus unus, nempe ille des Gottshauses Kempten: ex Comitibus duo; Comes Werdenbergensis, & Comes Nassoviæ. Ex civitatibus, Argentoratum & Augusta. Sunt, qui huic constitutioni singulos 215. Status, seu omnes totius Imperii Ordines sigilla sua appendisse scribant. Hoc videlicet egit Bertram. *th.* 88. *&* Kirchnerus *d. lib.* 4. *c.* 2. *n.* 49. ubi subnectit: Hic sese libertas status Germanici magis magisque aperuisse videtur, cum quæ singuli singulis votis & suffragiis, in publico conventu promitterent, quæ sponderent, ut eo firmior obligatio foret, singuli etiam suis sigillis adiectis constabilire voluerint. Quod quidem tum primum eo pacto inter maiestatem Imperatoriam & Electores, ac Principes, cæterosque Ordines convenisse videtur, ut quæ omnium ac singulorum consensu constituerentur, etiam eorundem annulos Cæsareo sigillo annexos haberent. Hactenus Kirchnerus. Huius ego rationem hic 216. insuper habeo, cum ipsius constitutionis lectio me doceat, non omnes, sed aliquos tantum Status, sigilla sua ordinationi appendisse, quemadmodum nec omnes in specie nomina sua in subscriptione expresserant. Verba eam in rem mihi satis clara videntur ista *in fine d. Const.* Des zu Vrkund/ haben wir Churfürsten/ Fürsten/ Prælaten/ Grafen vnd Reichsstätte/ oben genant/ vnser jeglicher sein Insigel bey der Königlichen Maiestät Insigel an diß Libell thun hencken/ deren wir die andern im Abschied dises Reichstags nemlich bestimt/ vnd hieran mitgebrauchen. Pluralitas hæc in sequentibus recessibus non cessavit quidem, sed paululum ta- 217. men coarctata dignoscitur. Recessui enim Augustano eiusdem anni 1500. cum Imperatore sigilla apposuerunt, Electorum nomine Moguntinus, Principum Ecclesiasticorum nomine Archiepiscopus Magdeburgensis, Principum secularium nomine, Palatinus Rheni, Prælatorum nomine Abbas Schussenridensis, Comitum nomine Comes Nassoviensis, Civitatum denique nomine Augusta. Quoad Imperatorem & hoc modo variatum est, ut aliquando solum ut Imperator, aliquando vero ut Imperator, & Archidux Austriæ, sigillaverit. Prius in 218. plerisque recessibus conspicuum est; alterum in R. A. zu Trier vnd Cölln *anno* 1512. §. Alle vnd jede/ *vers.* Des zu Vrkund/ so haben wir/ als erwehlter Römischer Kaiser/ vnd auch als Ertzhertzog zu Oesterreich/ vnser Insigel an diesen Brief thun hangen. Quoad Electores etiam post ea, de quibus modo actum, tempora di- 219. versitas sigillandi fuit. Nonnunquam duo sigillarunt, unus Ecclesiasticus, alter Laicus: Cammergerichtsordnung zu Costentz *anno* 1507. Ordnung des Regiments zu Worms/ *anno* 1521. R. A. *eodem anno ibidem.* Nonnunquam quatuor, duo videlicet Ecclesiastici & duo Seculares: R. A. zu Trier vnd Cöln *anno* 1512. Prior tamen numerus frequentior altero, ut ex ipsis patet Recessibus. Vbi illud occurrit notandum, quod *in Comitiorum Ratisponensium Recessu de anno* 1613. legimus, daß die Pfaltzische Sigelung noch zur Zeit nicht erfolget sey. Eius autem

quæ

quæ ratio fuerit, indicat die gründliche Relation des jenigen / so bey jüngst zu Regenspurg vorgewesenem Reichstag von der Evangelischen Correspondenten Chur-Fürsten vnd Ständen Gesandten vnd Abgeordneten verhandelt worden: Scilicet, quod eiusmodi Recessus ab una tantum fuerit confectus parte, nec à Palatino, atque cæteris Correspondentibus adprobatus. Civitates quod attinet, licet plerisque Recessibus earum nomine sigillum aliquod fuerit additum, tamen aliquando quoque omissum: Cammergerichtsordnung zu Costentz aufgericht *anno* 1507. R. A. zu Nürnberg *anno* 1524. R. A. zu Nürnberg *anno* 1542. Præterea licet civitatum nomine illa solita sit sigillare Recessum, in qua comitia celebrata, attamen in alia omnia itum fuit anno 1530. quando non Augusta, ubi tamen ea habita comitia, sed Donavverda, civitatum nomine, sed quod maxime notabile est, earum tantum, ut verba sonant, so diesen Abschied angenommen / sigillasse noscitur.

220.

Quod si vero in varietate ista regula constitui potest, ea fortassis est, quam d. Autor des warhafftigen Berichts attulit. Ita vero ille: Wo die Kaiserliche Maiestät / oder gleich allein ihre Commissarien; item / Churfürsten / Fürsten / Prælaten vnd Grafen selbst persönlich zugegen / so wird die Siglung erstlich auf die Kaiserliche Maiestät gestellet / welche oben an eine gedoppelte Schnur vnter der Kaiserlichen Maiestät Sigill von einander getheilt / vnd auf der rechten Hand sigelen die Geistlichen / nemlich / von aller Geistlichen Churfürsten wegen / der Churfürst zu Maintz / oder Ihr Churfürstlichen Gnaden abwesend / der Rähte einer / oder ein ander anwesender Geistlicher Churfürst. Von wegen der Geistlichen Fürsten / welcher zugegen / vnd in sessione prior, oder derselben Raht einer / wo kein Geistlicher Fürst zugegen: tertio loco, auf der rechten Seiten / sigelt ein Prælat. Auf der lincken Seiten vnter des Kaisers Sigel / gegen Maintz über / sigelt Pfaltz Churfürst / oder an Ihrer Churfürstlichen Gnaden statt / wo die abwesend / ein ander Weltlicher Churfürst / oder Ihrer Churfürstlichen Gnaden Raht einer. Nach Pfaltz / an derselben Schnur / sigelt Baiern / oder dessen abwesend / ein ander Weltlicher Fürst / oder Ihr Gnaden Raht einer. Tertio loco, auf der lincken / Seiten sigelt ein Wetterauischer oder Schwäbischer Graf / alternis vicibus. Letzlichen / fasset man die beyde zertheilte Schnur widerumb zusammen / wie oben bey der Kaiserliche Maiestät Sigel beschehen / vnd darein sigelt zu Beschluß die Reichsstatt / darinnen der Reichstag gehalten.

221.

Vt vero præsentium Statuum in notitiam ampliorem percurrat Recessus, is non modo ad calamum ad id deputatorum dictatur à Moguntini Secretario, sed & Cæsar in curiam Status convocat, jubetque illis à Cancellario Moguntino recessum clara voce prælegi: Ipse vero omnes ad eiusdem observantiam adhortatur, ac de sua cura ac sollicitudine paterna pro Imperio con[illegible]tatus finem comitiis imponit.

222.

Durant autem eo usque comitia, quousque utilitas Reipublicæ suadet, & mensis, qui in R. A. zu Trier vnd Cöln *anno* 1512. §. Item / haben Wir / futuris comi-

223.

comitiis absolvendis, positus tum erat, hodie non observatur. Illud optimo 224. consilio à Carolo IV. sancitum, ne tractatus communis salutis & pacis per tractum & moram solatii, seu excessivam frequentiam convivii retardetur, non licere alicui generales omnium Principum celebrare invitatas, sed particulares tantum, quæ expeditionem agendorum non impediant: *A.B.cap.12.§.fin.* Et licet ad specialia constitutio se referat comitia, ratio tamen & universalibus quoque conveniens est. Peractis hoc modo comitiis, liberum est Statibus, quan- 225. do ipsis visum, recedere. Observantia tamen, quam Imperatori debent, multa hic suadet, ut præcedant (Aulicorum verbo loquor) Curialia. Antequam autem finiantur comitia, si quis recedere paratus, regulariter scientia, licentiave Imperatoria præcedere solet. Hinc Carolus V. ægerrime tulit discessum Landgravii Hassiæ, atque inde ad portas civitatis maiores posuit custodias, quas tamen, ab Electore Saxone monitus, iterum imminuit; ut Sleidanus refert *lib.* 7. *pag. mihi* 110. Et tacita nota idem Carolus onerat Protestantium Legatos, quod omnes fere ohn sein Wissen vnd Erlaubnuß wiederumb anheim gezogen: R. A. zu Regenspurg *de anno* 1546. §. Dieweil Wir aber in solcher Handlung. Cæterum 226. Recessus originalia duo sunt, quorum unum Cæsar retinet, alterum Moguntinus, ut supra monui. Quo vero & aliorum in notitiam veniat, typis publicis excudi solet. Cum autem isthæc publicatio mendis aliquoties esset conspurcata, publica lege huic malo obviam itum legimus in R. A. zu Speier *anno* 1526. §. Item / als sich zu vorgehaltenen Reichstagen begeben / daß die Abschiede je zu Zeiten dem rechten Original nicht gleichförmig getruckt vnd verkauft worden; wollen wir / daß diesen Abschied dieses gehaltenen Reichstags niemand trucken soll / es were dann durch Andressen Rucker Maintzischen / vnd des Reichs Handlung Secretarien / dem Trucker das besigelt Original angezeigt / auch keinem Truck davon geglaubt werden / es sey dann durch jhne Andressen Rucker collationiret / auscultiret / vnd mit seiner Hand vnterschrieben.

Hactenus de conventibus Imperii generalibus. Speciales Imperii Con- 227. ventus sunt, ad quos, autoritate legis publicæ, non omnes Imperii vocantur aut comparent Status, sed aliqui tantum ex iisdem. Autoritatis publicæ propterea mentionem feci, ut excluderem alios Statuum conventus, ad quos privata ipsos quandoque vocat conventio atque lubentia. Speciales, superioris 228. generis conventuum, sunt, I. Conventus Electorum, qui duplices. Aut enim inter se conveniunt, eo fine, ut eligant Regem Romanorum in Imperatorem promovendum, & dicuntur celebrare einen Wahltag. Aut conveniunt deliberaturi de variis Imperii negotiis, prout tempus & necessitas suggerit; & dicuntur celebrare einen Churfürstentag. Hoc enim præ aliis singulare obtinent, quod illis pro salute & incolumitate Imperii congressus liceat inire, ut dixi supra *lib.* 3. *cap.* 2. *in fine.* Videtur primum illis hoc concessum à Carolo IV. Bullæ aureæ 229. condi-

conditore; postea autem Electorum vigilantia latius extensum, quod *Bullæ Aureæ capitis* 12. collatio cum *Capitulationis Imperatoriæ articulo* 4. & praxi
230. hodierna, clare evincit. Vtriusque apponam verba & differentias notabo manifestissimas. Aurea Bulla ita habet: *Duximus ordinandum, quod iidem Principes Electores de cætero per singulos annos semel, transactis à festo resurrectionis Dominicæ quatuor septimanis, continue connumerandis, in aliqua civitatum sacri Imperii, personaliter congregentur, & ad idem tempus proxime affuturum, seu anno præsenti, colloquium, seu curia & congregatio huiusmodi, in civitate nostra Imperii Metensi, per nos, & eosdem Principes celebretur: ac tunc & deinceps die quolibet congregationis huiusmodi locus per nos, quo sequenti anno conveniant, ipsorum consilio statuatur, hac nostra ordinatione ad*
231. *nostrum ac ipsorum duntaxat beneplacitum duratura.* Capitulationis vero *articulus* 4. hic est: Wir lassen auch zu / daß die gedachte sechs Churfürsten / je zu Zeiten / nach Vermög der Guldenen Bullen / vnd Gelegenheit des H. Reichs / zu jhrer Nohtdurfft / auch so sie beschwerliches Obliegen haben / zusammenkommen mögen / dasselbe zu bedencken vnd zu berahtschlagen / daß wir auch nicht verhindern / noch irren / vnd derhalben keine Vngnad / oder Widerwillen gegen jhnen sämtlich noch sonderlich / schöpfen vnd empfahen / sondern vns in deme vnd andern / der Guldenen Bull gemäß / gnädiglich vnd vnverweislich halten sollen vnd wollen. Gestalt Wir dann auch der Churfürsten gemeine vnd sonderbare Rheinische Verein / als welche ohne das mit Genehmhaltung vnd Approbation der vorigen Kayser rühmlich auffgerichtet / so wol in diesen / als allen darinn begriffe-
232. nen Puncten / auch vnsers Theils approbiren vnd confirmiren thun. Inter hæc differentia I. in eo est, quod Aurea Bulla generali locutione, omnes includat Electores: Capitulatio autem sex tantum proferat; septimus, qui Bohemus est, excludatur, ut observantia Electoralis conventus anno 1611. Noribergæ celebratus, itemque die Vereinigung vnter den sechs Churfürsten / *anno* 1438. zu Franckfurt / & *anno* 1521. zu Worms auffgerichtet / (extant apud Goldastum in Politischen Reichshändeln / *part.* 8. *cap.* 1. & 3.) probant: vide, si placet, Goldast. *de Regno Bohemiæ lib.* 4. *cap.* 6. *n.* 1. & *cap.* 7. II. Aurea Bulla tempus certum conventui ponit: Capitulatio indeterminate loquitur. Licet enim eadem se referat ad auream Bullam, verba tamen illa, nach Vermög der Gulden Bull / non ad tempus in Bulla expressum, sed ad potestatem conveniendi tantum referenda sunt. III. Locus conveniendi, Bullæ tenorem si sequimur, debet esse civitas aliqua sacri Imperii. In Capitulatione nulla loci ingeritur mentio specifica. In der Vereinigung autem de dicto anno 1521. etiam civitatis municipalis mentio fit, §. 7. nimirum Fuldæ. IV. Locum, ut Bulla innuit, Imperator, consilio Electorum, futuro conventui dicit: Capitulatio huius potestatis non meminit, imo contra approbans unionem Electorum, aliud fir-

mat;

firmat. Legimus quippe *in d.* Vereinigung *de anno* 1521. §. 7. 9. & 16. ab Electoribus tunc temporis, Conventibus celebrandis loca præscripta, Mayntz/ Franckfurt/ Gelnhausen oder Fulda. A quo tamen usu recessum, & aliæ quoque ab Electoribus electæ civitates, inprimis Mulhusium. V. Bulla Electoribus præcipit, ut conveniant: Capitulatio permittit, ut convenire possint. VI. Conventus à Bulla approbatos, sine dubio Imperator indixit, iisque una cum Electoribus interfuit: Capitulatio, aliud ut dicamus, suadet, & praxis eandem roborat. VII. Ordinatio Bullæ (si Latinum sequimur exemplar; ab eodem enim Germanica recedunt, quorum unum legit: Darnach soll der Ort/ da sie folgends Jahrs bey einander erscheinen wollen/ in ihrer Verabschidung/ und ferner durch unser Verordnung/ nach unsern und ihren Gefallen beständiger bleiben. Alterum autem ita habet: Darnach der Tag der Samlung/ und die Statt/ da sie fürter im nächstkünfftigen Jahr weren soll/ und wo sie sollen zusammen kommen/ den sollen Wir ihnen mit Raht auffsetzen und beweisen/ wie dieselbe unser Ordnung/ und unserm und ihrem Gefallen wehren soll) ad Cæsaris & Electorum, durationem quod attinet, se refert beneplacitum: Capitulatio autem perpetuo hoc modo durat, ut Imperator ab eodem pro beneplacito suo recedere non possit.

II. Conventus Deputatorum, ein Deputationtag. Huius prima institutio Comitiis Augustanis anni 1555. attribuenda venit, ut eorundem Recessus §. So sich dann abermahls/ innuit. 233 Eiusmodi autem conventum Moguntinus Elector indicit, vice vel nomine Imperatoris, tunc quando motus Imperii se exerunt, atque tumultus oriuntur, quibus compescendis atque sedandis, unius, trium, vel quinque etiam circulorum vires non sufficiunt: *d.* §. So sich dann. aut quando alia id flagitat Imperii utilitas, etiam tunc quando in comitiis universalibus non omnia expedita fuerunt, quæ præposita negotia: R. A. zu Regenspurg *de anno* 1594. §. Als War dann für den vierten. § Was und so viel aber. 234 Locus primum hisce conventibus certus, Francofurtum videlicet & Moganum, datus fuerat: *d.* §. Sed ut reliquis, ita his quoque, ex causa alius constitui atque præfiniri potest. 235 Factum id videmus anno 1600. quo Spiræ celebratus fuit ein Reichsdeputationtag; quem ibi potius, quam alibi celebrandum Imperatori atque Statibus visum fuit, ut cum in eodem de dubiis nonnullis, atque gravaminibus, Cameram concernentibus, inter alia consultandum esset, deputati ad manus haberent den Cammerrichter Præsidenten und Beysitzer zu nohtwendiger einfallender Berichtserholung/ ut verba *d.* R. A. *de anno* 1594. *d.* §. Was und so viel aber/ sonant. 236 Capto de eiusmodi conventu indicendo consilio, locus & dies Cæsari justo tempore, & citra moram significari debet, ut ipse eo Commissarios suos tempestive ablegare possit. 237 Prætere Ordines sive Status certi eo vocandi sunt, quibuscum deliberatio conficiatur. Status illi pri-

mum erant designati, Moguntinus, Treverensis, Coloniensis, Palatinus, Saxo, Brandeburgensis, Electores. Archidux Austriæ, Episcopus Herbipolensis, Episcopus Monasteriensis. Dux Bavariæ, Abbates Weingartensis, & Ochsenhusanus, Comes Fürstenbergensis, atque ex cœtu liberarum civitatum, Colonia & Noriberga: *d.* R. A. *anno* 1555. So sich dann abermals. Postea non tantum numerus iste augmento alio nobilitatus, sed & hoc peculiariter cnnstitutum, ut quod prius personale fuerat, imposterum esset hereditarium: R. A. zu Augspurg *anno* 1559. §. Auf daß dann dißfalls. Denique in comitiis Spirensibus quatuor alii cæteris adiecti sunt: R. A. *de anno* 1570. Und damit solche wichtige Dinge: ita ut hodie præter superius enumeratos Status, ad eiusmodi conventus evocari debeant, Episcopus Constantiensis, Regimen circuli Burgundici, Dux Iuliacensis, Landgravius Hassiæ, Dux Brunsvicensis, & Dux Pomeraniæ: *d.* R. A. Denaiss. *jur. cameral. tit.* 122. Hoc auctuario numerus deputatorum sine ulteriori adiectione hactenus subsistit, & in conventu deputatorum Spiræ anno 1600. ad

238. unguem fuit servatus. Equidem ad conventum Deputatorum anno 1571. Francofurti habitum, plures convolasse Status, ex eiusdem Recessu cognoscimus. At extra ordinem id factum intelligi debet, nempe ob causas, de quibus tum a-

239. ctum, peculiares: Bertram *th.* 12. Status autem deputati comparentes in duas dividuntur classes, Electorum & Principum: Commissarii Cæsaris proponunt. Deinde in singulis classibus singuli viritim sententiam dicunt, jus tamen omne suffragiorum inter eosdem hoc deinceps modo dividitur, ut Electores unam, cæteri Principes & Status alteram constituant partem: Paurmeister. *de jurisdict. lib.* 2. *cap.* 2. *num.* 120. Cumque deputati isti quasi per compendium totum Statuum ordinem repræsentent, quod ab iisdem in forma recessus relatum est, æqualem cum Imperii decretis illis, quibus, in comitiis universalibus, omnes interfuerunt Status, obtinent vigorem; wird als ein gemeiner des H. Reichs Beschluß geachtet: *d.* R. A. *anno* 1594. §. Was und so viel aber.

240. III. Conventus visitatorum Cameræ. De hoc loquitur Ordinatio Cameræ *part.* 1. *tit.* 50. Fürter und zu mehrer Beständigkeit dieses Cammergerichts/ ordnen/ setzen/ und wollen wir/ daß hinfürter jährlich das Cammergericht durch der Kaiserlichen Maiestät/ oder ihrer Liebd und Kaiserlichen Maiestät Abwesens/ unsere/ als Römischen Königs/ auch Churfürsten/ Fürsten und Stände/ verordnete Commissarien und Rähte alle Jahr den ersten Mai/ an dem Ort/ da es gehalten/ visitiret werden soll.

241. IV. Circulorum Conventus, die Craistäge. Hi triplices potissimum sunt: aut enim omnium Circulorum conveniunt Duces, alle des H. Reichs Craisoberste/ ut factum Erphordiæ, anno 1567. aut aliquot duntaxat conveniunt circuli, aut unius membra tantum: R. A. zu Augspurg/ *de anno* 1555. §. Im

242. Fall aber berührter. Eiusmodi conventibus partim certus est datus terminus.

Ordina-

Ordinarie singulis annis, quilibet circulus celebrare debet zween Probationtäge vel unum tantum: Kaisers Ferdinandi newe Müntzordnung *de anno* 1559. §. Und damit diese unsere. R.A. zu Speier *anno* 1570. §. Als wollen wir nachmal. in quo suscipi debet die Rechtsfertigung der gemeinen Reichsmüntzen. *dict.* §. Und damit diese. darinn die gemüntzte Sorten / wie sich gebühret / probiret / und was ferrners im Müntzedict / und dessen Verbesserung versehen / verricht werden soll: R.A. zu Regenspurg *anno* 1576. §. Setzen also demnach. Partim vero alius hisce conventibus terminus datus non est à lege, nisi quem necessitas ipsa, aut utilitas circulis præscribit. In iisdem agitur de contributionibus, de præsentatione Assessorum Cameræ, executionibus contra contumaces, & pace publica conservanda. *An autem in hisce, & similibus causis, circulorum aliqua sit jurisdictio?* dubitandi ansam aliis præbuit Thuanus *libr. 2. histor. pag. mihi* 41. quando scripsit, Circulorum consilia nullam fere jurisdictionem, sed deliberationem duntaxat de executionis modo, & ordinanda re bellica, auxiliisque manu armata expediendis habere. Sed dubitandum non est, in quibusdam, si non ordinariæ, saltem delegatæ jurisdictionis exercitionem habere circulos: Bertram *th.* 15.

243.

244.

CAPVT II.

De Camera Imperiali.

SVMMARIA.

1. *Camera vocabulum dignitatis est maxima.*
2. *Eius significatus varii.*
3. *In omnibus Regnis suprema dantur curia.*
4. *In Imperio Romanogermanico cur, quando, & à quo instituta fuerit Camera Imperialis.*
5. *Cameræ quæ præscripta ordinationes.*
6. *Locus quinam primum huic Iudicio fuerit assignatus.*
7. *Qui vero postea.*
8. *Quando Camera in alium possit transferri locum, & quomodo.*
9. *Iudex Cameræ à quo constituatur.*
10. *Qualis constituatur.*
11. *Constituti potestas & munus.*
12. *Eiusdem honor & privilegia.*
13. *Eiusdem salarium.*
14. *Assessores Cameræ ordinarii, vel extraordinarii.*
15. 16. 17. 18. 19. *Quinam constituant Assessores.*
20. *Quot debeant nominari.*
21. 22. 23 *Qualitates denominatorum.*
24. 25. *Adsessorum cultus, animi & corporis, qualis esse debeat.*
26 27. 28. 29 30 31 32. *Adsessorum munus.*
33. *Privilegia & singularia Adsessorum.*
34. *Salaria Adsessorum.*
35. *Cancellario Galliæ quantum olim datum salarium.*

36. 44.

36. *Adsessorum salarium aliquoties fuit auctum.*
37. *Fiscalis Caesareus à quo constituatur.*
38. *Quae eius requisita.*
39. *Iuramentum, & munus fiscalis.*
40. *Salarium fiscalis.*
41. *Privilegia fiscalis.*
42. *Advocati, & Procuratores Camerae.*
43. *Eorum numerus.*
44. *A quo constituantur.*
45. *Eorum qualitates.*
46. *Eorundem iuramentum.*
47. *Eorum munus.*
48. *Eorundem salarium.*
49. *Et immunitates.*
50. *Quae praeterea personae Camerae inserviant.*
51. *Camera iurisdictionem habet.*
52. *Sed eam non solum ab Imperatore, verum & à Statibus Imperii.*
53. *Cur Camera dicatur Imperialis Camera, non vero Camera Imperii.*
54. *Paurmeisteri variantes opiniones.*
55. *Responsio ad easdem.*
56. *Cameram Imperialem ordinariam habere iurisdictionem, quibus probetur rationibus.*
57. *Contrarium quibus rationibus defendant alii.*
58. *Prima opinio aliis firmatur rationibus.*
59. *Respondetur ad contraria.*
60. *Imperator lites & causas in Camera pendentes. ad se vocare nequit.*
61.62.63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. *Contrarium statuentis Berlichii rationes variae.*
70.71. *Idem ut respondeat aliorum rationibus.*
72. *Eiusdem quaestionis unde petenda decisio.*
73. *Ordinationis Camerae part. 2. tit. 35. explicatus.*
74.75.76 77. *Responsum ad Berlichii explicationem.*
78. *Explicata l. 58. ff de iudic.*
79.80.81. *Responsa ad rationes Berlichii.*
82.83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. *Imperatorem concurrere cum Statibus Imperii in iurisdictione.*
91 92.93 94.95. *Imo non concurrere.*
96.97 98.99.100.101.102.103.104. *Respondetur ad rationes contrarias.*
105.106.107.108.109.110. *Responsa ad ceteras Berlichii rationes.*
111. *Iurisdictioni Camerae quae res, quaeve subiaceant personae.*
112.113.114.115 116.117. *Personae mediate Imperatori subditae, quando in Camera conveniendae.*
118. *Immediate Imperatori subditi, conveniuntur regulariter in Camera.*
119.120.121. *Exceptiones regulae.*
122. *A iurisdictione Camerae ut exceptus sit Lotharingiae Dux.*
123. *Ut Dux Burgundiae.*
124 *Ut Archiduces Austriae.*
125. *Causae fisci Imperialis in prima instantia ad Cameram pertinent.*
126 *Ut & causae fractae pacis religiosae.*
127.128.129.130.131.132 133. *Easdem alii privative Camerae assignant.*
134.135.136.137.138.139 *Caesaris consilium Aulicum sed & admittunt alii.*
140.141. *Distinguunt alii.*
142. *In prima instantia ad Cameram pertinent causae fractae pacis profanae.*
143. *Item causae pignorationum.*
144. *Item causae arrestorum.*
145. *Item de possessione litigiosa.*
146. *Ut & absolutio à iuramento, ad effectum agendi.*
147. *Nec non quando mandata sine clausula peti possunt.*
148. *Item causae privilegiorum Caesaris.*
149 *Aliquando etiam actio ex l.* diffamari.
150. *Item examinatio testium ad perpetuam rei memoriam.*
151. *Item quando inferior Iudex denegat iustitiam.*
152. *Quandoq; etiam propter continentiam causae Camera in prima instantia iudicat.*

153. *Came-*

153. *Camera immediatis constituit tutores.*
154. *In secunda instantia quando liceat ad Cameram provocare.*
155. *Ad Cameram non pertinent causæ* Fürstenthumb / Hertzogthumb / Grafschafften / rc. belangend / so einem Theil gäntzlich vnd endlich sollen abgesprochen werden
156. *Ad Cameram pertinent causæ feudorum non regalium.*
157. 158. 159. 160. 161. 162. *Imo non pertinent.*
163. *Causa Italicæ ad Cameram non pertinent.*
164. *Vt & causæ quantitatis minoris quam 500 flor. in secunda instantia.*
165. *Privatus immediatum pro exigua summa in Camera potest convenire.*
166. *Prædicta summa in quibus non requiratur causis.*
167. *Privilegia Statuum quandoq; inhibent provocationem.*
168. *In causis criminalibus ad Cameram non provocatur.*
169. 170. 171. *In prima instantia, respectu immediatorum quandoq; ad Cameram pertinere causas criminales.*
172. 173. 174. 175. 176. 177. 178. *Imo non pertinere.*
179. *Extensio propositionis.*
180. *Limitatio propositionis prima.*
181. *Limitatio secunda.*
182. *Limitatio tertia.*
183. *Limitatio quarta.*
184. *Limitatio quinta.*
185. *Limitatio sexta.*
186. 187. *Causæ matrimoniales ad Cameram non pertinent.*
188. *Limitatio propositionis prima.*
189. *Limitatio secunda.*
190. *Limitatio tertia.*
191. *Limitatio quarta.*
192. *Causæ spirituales & ecclesiasticæ, ad Cameram non pertinent.*
193. *Limitatio propositionis prima.*
194. *Limitatio secunda.*
195. *Limitatio tertia.*
196. *Quando ab interlocutoria ad Cameram non liceat provocare.*
197. *Visitatores Cameræ, atq; revisores actorum, quare constitute.*
198. *Visitatio Cameræ quousque fuerit in usu.*
199. *Visitatorum munus generale.*
200. *Visitatorum munus speciale.*
201. 202. *Visitationis remedium an sit ordinarium, an extraordinarium.*
203. *Revisio respectu judicum cur introducta.*
204. *Cur respectu litigantium.*
205. *Notatur abusus.*
206. 207. *De tempore petendæ revisionis.*
208. *A quo peti debeat revisio.*
209. *Qui petit revisionem, jurat de calumnia.*
210. *Præstat cautionem.*
211. 212. 213. *Quando interlocutoria detur revisio.*
214. *Revisionis an detur revisio.*
215. *Forma tractandæ revisionis.*
216. *Revisores esse judices ordinarios.*
217. *Distinctio aliorum.*
218. *Revisorum jurisdictio prorogari nequit.*
219. *Revisores possunt recusari.*
220. *Absentium & emanentium revisorum quando nulla habeatur ratio.*
221. *Revisores ut jurent.*
222. *Revisione suscepta executio sententiæ antea latæ quando suspendatur.*

Camera

1. Cameræ vocabulum magnæ dignitatis apud maiores nostros fuisse, Camera Consistorialis Romæ, & Camera Imperialis Germaniæ, nobis suggerunt: Estienne Pasquier *livr. 2. des recherches de la France chap. 5. pag. 89.* 2. Propria quæ vocis sit significatio, lexicographi innuunt, figuratam usus probat abunde. Videmus etenim Cameram pro fisco dici: Bocerus *de regal. c. 3. n. 2.* seu pro ærario: Cuiac. *ad lib. 2. F. tit. in quibus rebus feudum consistat.* Vulteius *lib. 1 feud. c. 8. n. 13.* quod in Camera ista pecunia asservari consueverit: Hottom. *in lexico, verbo, Camera.* Atque cum in Camera quoque, seu conclavi, jus reddi soleat, ab adiuncto loci, Cameræ nomen dicasteriis summis inditum dignoscitur, ubi causarum officina, & veluti quoddam juris est diribitorium, ut, præter inferiora Themidis Sacraria, summum aliquod habeant tribunal, ubi, si quid forte ab inferioribus judicibus peccatum sit, sententia reformetur in melius, & unicuique suum, qui justitiæ unicus finis est, attribuatur: praetereaque illis qui superioris sunt ordinis, tribunal quoque sit, ne vaga licentia abrepti, dum nullos sibi judices sciunt, potentia abutantur, 3. & pro ratione voluntatem gerant. Gallia sua habet parlamenta. & inter eadem summum, quod Lutetiæ est, instar primi fontis, ex quo ceu rivuli reliqua prodeunt. Hoc cum primis temporibus ambulatorium esset, proba deinceps ra-4. tione statarium atque locale factum fuit. In Imperio nostro olim litigaturi (sive quos prima instantia, sive quos alia eo vocabat) Imperatorem eiusque curiam, quæ & ipsa ambulatoria, magnis sumptibus atque dispendiis sequi cogebantur; atq; præterea, vel propter controversiarum grande chaos, vel bellicis atque aliis negotiis publicis irretitus, Imperator cunctis superesse non ipse, nec per consiliarios quidem commode posset, nec quod Rotvvilæ jamdudum à Conrado formatum judicium, generale aut sufficiens esset, tandem huic malo medicina posita, atq; judicium generale nomine Cameræ institutum, à Maximiliano I. Imp. communi Statuum consilio, anno 1495. ultimo Octob. ut esset supremum justitiæ domicilium, singulare Imperii civium perfugium, atq; adeo extremum juris asylum, das oberste vnd letzte Gericht: R. A. zu Augsp. *anno* 1530. § Dieweil 5. nun vnser. Primum, ut communiter evenire solet, ordinationes, atque leges huic præscriptæ fuerunt breviores; sed illæ, subsequentibus temporibus in comitiis aut interpretatione extensæ, aut aliis superadditis auctæ, aut renovatæ, aut ex parte, revocatæ fuerunt. Totius rei ut plenior nobis obveniat cognitio, sequentibus de loco, personis atq; ipsa Cameræ jurisdictione dissertabimus. Huic Iudicio, primo Francofurtum ad Moganum assignatum, atque ibi, dicto anno 1495. 3. Novembris, prima judicialis audientia celebrata fuit: Gail. *lib. 2. de pace publ. c. 1. n. 28.* Rudinger. *cent. 1. observ. 81.* Verum non statarium hoc in loco semper permansit, ut nec certam à conventione Statuum sedem habuit: generalis enim hæc Maximiliani I. tempore regula tantum erat, ut loco haberetur commodo: Ordnung des Cammergerichts zu Worms *anno* 1495. *tit.* Wo das Cam-

Cammergericht gehalten werden solle. Postea eodem anno Maximilianus in se recepit, certum Cameræ constituere locum, à quo divelli citra prægnantes rationes, & Statuum consensum, imposterum non posset: Handhabung des Friedens *anno* 1495. zu Worms aufgerichtet / *tit.* das Cammergericht an einem stäten Ende zu halten.

7. Verum postquam hoc effectui datum non fuisset, denique in comitiis Augustanis, Statuum consensu, ordinatum, ut Camera stataria esset Spiræ; das Cammergericht solte stätigs zu Speier bleiben/seyn vnd gehalten / vnd sonsten nirgends anders wohin verändert werden / es beschehe dann mit Kaiserlicher Maiestät / auch Churfürsten / Fürsten vnd Ständen / Wissen vnd Willen: R. A. zu Augspurg *anno* 1530. §. darzu meinen vnd wollen wir. Repetitum hoc idem fuit in der Cammergerichtsordnung *anno* 1555. *part.* 2. *tit.* 34. ut hodie regula sit; Cameræ Imperialis sedem perpetuam Spiræ esse.

8. Cuius exceptio est. I. nisi translationem perpetuam ratio suadeat prægnans, & Imperatoris atque Statuum accedat scientia & consensus. II. nisi translationem temporariam suadeat bellicus tumultus, aut contagiosa lues. Hoc enim casu haben Cammerrichter vnd Beysitzere Macht / mit dem Gericht an ein ander sicher vnd gelegen Ort zu verrucken / so lang bis solch Sterben vnd Kriegsläufft aufhören / vnd das Gericht wiederumb an berührter seiner gewohnlichen statt gehalten werden mag: *d. part.* 2. *t.* 34. Jedoch wann Cammerrichter vnd Beysitzer solche Translation fürzunemen bedacht / müssen sie dasselbig Kaiserlicher Maiestät zeitlich zuschreiben / welche so sie ihro solche Translation gefallen läßt / sollen sie den Ertzbischoffen vnd Churfürsten zu Maintz dessen auch zeitlich berichten / damit derselbe des Cammergerichts Cantzleyverwaltern befehlen möge / die Versehung zu thun / damit die Acta, vnd was weiters nohtig seyn soll / durch die Leser / auch mit Hülf der Protonotarien vnd Notarien / annotirer / eingepackt / auf bestellte Wägen oder zu Schiff geladen / vnd also zu Land oder zu Wasser / in beyseyn einer oder mehr vertrauten Cantzleypersonen / so hierinn Gehorsam leisten sollen / an das bestimte Ort des transferirten Gerichts / in vnd mit gebührlicher Vergleitung deren Ständen / durch deren Oberkeiten die acta geführt werden sollen / auch sicherlich herkommen mögen / doch alles auf gemeiner Ständen Kosten vnd Gefahr / welcher Kosten iederweils aus des Cammergerichts Vnterhaltungvorraht genommen vnd erlegt werden soll. Dieweil aber die Läuffte / vnd Zeit vngleich / da man sterbens halben weichen muß / so werden nicht mehr acta vnd andere Dinge nach dem Ort / da man das Gericht zu halten entschlossen / abgeführt / als zu Haltung des Gerichts / der Ends nohtdürftig / das übrige wird in den verordneten Gewölben verschlossen gelassen / welche Burgermeister vnd Raht zu Speier / ihres besten Vermögens / zu schützen vnd zu schirmen schuldig seyn. Aber wann man aus fürstehenden Kriegsgefährligkeiten das Gericht an ein andern sichern Ort eine Weil zu transferiren entschlossen / da man dann daselbsthin durch der anstossenden Ständen vnd Obrigkeiten Gebiet / genugsame Vergleitung haben mag / so werden alle

acta, vnd was dem Gericht zugehörig / auch dahin transferiret. Im Fall aber die Gefahr so gros / daß die Stände vnd Obrigkeiten kein sicher starck Geleit zusagen vnd leisten möchten / so werden alle acta, vnd was dem Gericht zuständig / zu Speier vnverruckt gelassen / vnd ernanten Burgermeister vnd Raht solche Ding / wie ihre eigene Güter / im besten Schutz vnd Schirm zu haben befohlen : R. A. zu Speier *anno* 1570. §. dieweil dann ie billig / *&* §. *seq.*

9. Personæ eorum qui in Camera operantur, variæ sunt. I. est Iudex Cameræ sive Prætor, der Cammerrichter. In eo considerantur, Constitutio, constituti potestas & munus, honor, salarium. Constitutionem Prætoris Cameralis quod attinet, duo sunt, quæ ponderanda: *primo*, quis eum constituat. Hoc agit Imperator, vel in eiusdem absentia, Rex Romanorum: *Ordin. Cam. part. 1. tit. 1.* §. Nemlich / *& tit. 4. in pr.*

10. *Secundo* quis constituatur? ubi requisitæ qualitates constituendi sunt, (1) Iuris Imperii tam scripti, quam consuetudinarii atque recessus dirigendi peritia: *d. part. 1. tit. 3. in pr. t. 9.* (2) Vt natus sit in Germania: *d. loc.* (3) Sit principali dignitate coruscans, Status ecclesiastici, vel secularis (potius tamen huius, quam illius conditionis, si haberi possit) ad minimum autem Comes vel Baro. Inferioris enim dignitatis nemo hoc scandit honoris culmen: *d. part. 1. tit. 1. in pr.* (4) Sit aut religionis Catholicæ-Romanæ, aut Reformatæ, quam Lutheranam vocant: *d. t. 3. §. ult.*

11. Constituti potestas & munus potissimum consistit in subsequentibus: (1) Curam adhibeat, quo omnia negotia atq; processus in consilio, juxtaque judicio, & alibi, ad normam ordinationis Cameralis dirigantur, contrarium agentes, h. e. negligentes atque delinquentes, puniat, citra conniventiam; mulctas per Bedellum colligat, atque in omnibus officii sui memor talem se exhibeat, ut apud Assessores, & alios, ipsius honor atque reverentia sarta tectaque sint: *d. part. 1. t. 9.* (2) Ad relationes & vota Adsessorum diligenter debet advertere, atque curare, ut ordine & accurate peragantur, nec permittere, frustra tempus superfluis disputationibus, allegationibus & repetitionibus teri: *tit. 10. in pr.* (3) Assessoribus acta ad referendum, quantum fieri potest, æqualiter distribuat, & provideat, ut acta definitive referenda illi committantur, qui eiusdem causæ relator in interlocutoria fuit: *d. t. 10. §. 1. &* 2. Pro causarum qualitate duos unius causæ relatores constituat, & distributorum actorum indicem in promptu habeat: §. So soll. *&* §. Vnd damit. (4) In referendo ordinem hunc observari curet, ut causæ anteriores præferantur posterioribus, nisi jus, æquitasve aliud postulet: §. Vnd nach dem. (5) Sententiam efflagitantibus importune, sive litigantes ipsi hoc agant, sive eorum procuratores, tantum hoc responsi det; relatum iri suo quamque causam ordine: à quo vero, quando, quove in senatu hoc fieri debeat, studiose dissimulet, atque silentio obsignet. (6) Adsessores in diversos distribuat Senatus, ita tamen, ut pro qualitate personarum æqualitas justa observetur, ne peritiores, vel unius religionis.

gionis, in una concurrant, sed potius in singulos distributi compareant: §. Fer-
ner. (6) Vt Assessorum quilibet in suo senatu mane compareat, nec cum cæteris
prius in communi buleuterio congrediatur, Prætor provideat: §. Vnd so solche.
(7) Ordinem in referendo conservet, nec permittat, ut quispiam à referendo se
eximat, nisi justa ex causa: §. Es sollen/ *&* §. *seq.* (8) Ipse Assessores in relationibus
& votis non impediat, prætereaque curet, ut Assessores sibi invicem in referen-
do diligentes præbeant aures, nemo vero alterum votantem interturbet sermo-
ne vel alio strepitu: §. Item es soll. (9) Ad vota diligenter advertat, ut scire pos-
sit, an reiterata vice votandum sit, necne. Quod si secunda vel tertia vice in ea-
dem causa reiterari vota debeant, prospiciat, ut breviter id fiat, citra otiosam
antea dictorum repetitionem: §. Es soll auch darumb/ *&* §. *seq.* (10) Vt amice
omnia in senatu peragantur, & scommata exulent, provideat unice: §. Es soll
auch der Cammerichter. (11) In audientiis publicis, ut procuratores sese mutuo
exaudiant, & protonotarii in consignandis propositionibus non turbentur, stre-
pitus & turbas prohibeat: *tit.* 11. §. in offentlichen. (12) Procuratores eo inducat,
ut, quæ ad rem pertinere videbuntur, loquantur tantum, idque citra tolutilo-
quentiam: *d. tit.* 11. §. *ult.* (14) Quod si Assessor aliquis moriatur, aut renunciet,
Circulo, seu Statui, à quo is præsentatus fuit, citra moram hoc significet, alius
ut surrogetur: *d. t.* 4. §. wo auch also. De his & aliis plenius agit *Ordinatio Ca-
meræ*, & qui in eandem commentati sunt alii, ac Denaisius *de jure Camerali
tit.* 53. Ad honorem Prætoris refertur, quod caput Cameralis Iudicii audiat: 12.
d. part. 1. *tit.* 9. Privilegia ipsi fere cum cæteris huius judicii Assessoribus, atque
personis eiusdem aliis communia sunt, ut immunis habeatur à daciis, teloniis,
& omnibus huius generis oneribus: *d. part.* 1. *tit.* 49. Salarium, prout personæ 13.
qualitas variat, diversum est. Si Comes, aut Baro fuerit, duo millia floreno-
rum sufficiunt. Si Princeps, non æque: *part.* 1. *tit.* 43. Olim salarium Prætoris
Cameræ tanti non fuit, postea augmento extensum ad mille quingentos flo-
renos: Cammergerichtsordnung zu Augspurg *anno* 1500. *tit.* von der Beysitzer
Geld: & deinceps ad hanc, quam dixi, summam.

II. Adsessores, quorum alii ordinarii sunt, alii extraordinarii. Horum 14.
mentio fit *in* R. A. zu Speier *anno* 1557. §. Dieweil auch in den Visitationen/ *&*
§. *seq.* R. A. zu Augspurg *anno* 1559. §. Vnd damit an gewisser Bezahlung. R. A. zu
Augspurg *anno* 1566. §. Vnd dieweil noch drey. Illorum primo constituti erant
sedecim, & nominabantur Vrtheiler: Ordnung des Cammergerichts zu
Worms *anno* 1495. *tit.* Wie das Cammergericht mit Richtern vnd Vrtheilern
besetzet werden soll. (Verum numerus iste nondum completus fuit anno 1500.
sed tredecim tantum, & aliquando pauciores Cameræ adfuerunt Assessores:
Cam̃ergerichtsordnung zu Augspurg *anno* 1500. *rubr.* Vnd erstlich des Articuls
halben/ *vers.* vnd wiewol) Ordnung des Cammergerichts zu Costentz *anno* 1507.

 in pr.

in pr. ſed creſcente indies litium & controverſiarum multitudine, crevit quoque Aſſeſſorum numerus. Anno 1521. ut innuit Wormatiæ tunc temporis confecta Cameræ ordinatio, *tit.* Beſetzung Cammerrichters vnd Beyſitzers / additi ſunt prioribus duo; his rurſus additi ſex, atque ita conſtitutus numerus viginti quatuor Aſſeſſorum: R. A. zu Augſpurg *anno* 1530. §. Dieweil nun vnſer. Cammergerichts ordnung / *part.* 1. *tit.* 1. iisdem iterum octo alii adiuncti: R. A. zu Augſpurg *anno* 1566. §. So ſetzen / ordnen / vnd wollen wir. quibus denique acceſſerunt novem alii, ut totus excreverit numerus in quadraginta & unum: R. A. zu Speier *anno* 1570. §. Dieweil dann von wegen. Sed & hic augmentum recipere

15. poteſt: *d.* R. A. §. Wann aber künfftiglich. Hos conſideramus vel ut conſtituendos, vel ut conſtitutos. In conſtitutione occurrit poteſtas conſtituentis, modus conſtitutionis, & qualitas conſtituendi. Conſtituunt Aſſeſſores; (1) Imperator tres Comites vel Barones, & duos alios Iuriſperitos Cameræ præſentat: *d.* R. A.

16. zu Speier *anno* 1570. §. nemlich wollen wir. (2) Sex Electores (Bohemus enim ad Cameræ conſtitutionem nequidquam, vel operæ, vel pecuniæ contribuit) totidem quoque numero Aſſeſſores, dimidiam partem nobiles, dimidiam alteram juris Doctores, tempore ordinationis Cameræ præſentabant: *d. part.* 1. *tit.* 1. §. Nemlich. Poſtea aucto Aſſeſſorum numero, anno 1566. iisdem datum fuit præter ſex modo dictos, adhuc duos præſentare, atque conſtituere Aſſeſſores: *d.* R. A. *de anno* 1566. §. Vnd ſollen vnſere. Et denique eorundem poteſtatis factum, in totum præſentare decem Aſſeſſores: *d.* R. A. *anno* 1570. §. Nemlich wollen

17. wir. (3) Imperator, quatenus Archidux Auſtriæ, & Burgundiæ Dux (talis enim erat Carolus V. de quo *Ordinatio Cameræ* loquitur) conſtituit duos Aſſeſſores nobiles: *d. t.* 1. §. Nemlich. Poſtea in Comitiis Spirenſibus anno 1570. conſtitutum fuit, wann künfftiglich ſich zutrüge / daß die Zahl der Beyſitzer vmb zwo oder mehr Perſonen zu mehren / ſoll Oeſterreich vnd Burgund als dann in præſentan-

18. do für andern bedacht werden: *d.* R. A. 1570. §. Wann aber künfftiglich. (4) Circuli Imperii ſex: videlicet Francicus, Bavaricus, Suevicus, Rhenanus, Weſtphalicus & Saxonicus, duodecim Aſſeſſores præſentabant; ita ut quilibet Circulus duos, unum Iuriſconſultum alterum Equeſtris ordinis, ſeu Nobilem adderet; *d. part.* 1. *tit.* 1. §. Desgleichen ſollen. Poſtquam vero numerus Adſeſſorum augeri cœpit, cuilibet Circulo data fuit poteſtas præſentandi tres: R. A. *anno* 1566. §. Vnd ſollen vnſere. & denique quatuor: *d.* R. A. *anno* 1570. §. Nemlich wollen. Nam quod Auſtriam & Burgundiam attinet, ſi ut Circuli conſiderentur, ſero, nempe anno 1570. ad præſentandum, & cum conditione, ad-

19. miſſi, ut diximus. (5) Extra ordinem denique, Cameræ Iudex, & Aſſeſſores, præſentant tunc, quando Circulus ſeu Status aliquis in præſentando moram

20. nectit ultra ſex menſes: *d. part.* 1. *tit.* 4. §. Wo auch. Præſentationis circa modum, notari debet; tempus, numerus eorum, qui præſentantur, & denique electio. (1) Intra ſex menſes ab eo computandos tempore, quo locum vacare

ſcivit

ſcivit is, cui jus præſentandi competit, Adſeſſor præſentari debet. (2) Nominantur, ſeu præſentantur, unus (*tit.*1. *in fin.*) duo, aut tres, haud plures: Denaiſius *in jur. Camerali tit.*12. *num.*8. in vicem unius: *d.t.*4. §. Wo auch: *d.* R. A. zu Augſpurg *anno* 1570. §. Nemach wollen wir. (3) Ex his judex & Adſeſſores Cameræ eligunt unum, qui præ cæteris magis idoneus: *dd.ll.* quod ſi nullus horum idoneus ſit, quando ſex iſti menſes præſentationi præſcripti nondum ſunt finiti, Statui ſeu Circulo præſentanti hoc à Camera intimatur, atque rogatur, ut alios idoneos præſentet: *d.t.*4. §. Aus denſelben. 21. Qualitates eius, qui ex præſentatis eligi debet, ſunt vel generales, vel ſpeciales. Speciales: (1) Comites vel Barones illi tres, de quibus ſupra dictum, idonei eſſe debent, ut ex illis aliquis vicem Prætoris Cameralis (hoc ſcilicet abſente) ſuſtinere poſſit: *tit.*3. § Desgleichen. 22. (2) In Doctoribus & Iurisconſultis, antequam Aſſeſſores fiant, requiritur, ut vel in Academia ab Imperatore, aut Rege Romanorum, approbata, legerint, aut ad minimum quinque annis juri dederint operam, & ita negotiis forenſibus ſint exercitati: *d. t.* 3. §. Desgleichen. 23. Generales ſunt: (1) Vt honeſtorum ſit morum & inculpatæ vitæ. (2) Vt ex legitimo thoro natus ſit. Et annotavit Magenhorſtius *ad ordinat. Camer. d. part* 1. *tit.* 2. § 2. legitimo, ex illegitimo patre nato, aliquando in Camera Aſſeſſoris dignitatem denegatam. (3) Vt in Germania natus ſit. (4) Vt juris ſcientia ſufficienti ſit inſtitutus. (5) Vt religioni Pontificiæ, aut Lutheranæ ſit addictus: *d. t.* 3. §. Und inſonderheit. In conſtitutis conſideramus cultum, munus, privilegia, ſeu ſingularia, & ſalarium. 24. Cultus duplex eſt, animi vel corporis. Ad illum pertinet (1) ut vivant vel ad normam religionis Pontificiæ, vel ad Lutheranæ, cæteraſque fugiant, & averſentur ſectas cane peius & angue: *d.* §. Und inſonderheit. (2) ut virtutibus & honeſtis ſtudeant actionibus. 25. Ad hunc refertur; (1) ut habitu honeſto ac decoro utantur, memores ſortis eorum, à quibus dependent, atque propriæ ſui ipſius: *d.t.*8. (2) Vt progredientes in publicum ſuos habeant pediſequos: Denaiſ. *d. tr. tit.* 15. *num.* 4. 26. Muneris aſſeſſorum eſt; Generaliter, juramento præſtito ſatisfacere: *d. part.*1. *t.*57. 27. In ſpecie autem (1) ſolum debent vacare Camerali judicio, atque ab aliis negotiis, mercimoniis, advocationibus, conſultationibuſque in aliis judiciis, penitus eſſe abſtinentes: *tit.*6. & 13. §. Die Beyſitzer ſollen. 28. (2) Debent jus dicere, & ſententiam ferre, etiam minimis in rebus, non proprio ex affectu, arbitrio, & cerebrina æquitate, ſed ſecundum communia Imperii jura, receſſus atque conſtitutiones, jura provincialia, ſtatuta atque conſuetudines Principatuum, atque provinciarum, unde ad eoſdem cauſarum deferuntur deciſiones, idque æqualiter omnibus, ſine affectu, & reſpectu: *tit.* 13. *in pr.* & §. Es ſollen. 29. (3) Ad relationes uniuſcuiuſque invicem diligenter debent attendere, nec quenquam impedire ſermone, actuve alio, quo minus ſententiam non interrupto proferat ſermone: *dict. tit.*13. §. Es ſollen. 30. (4) In puncto præfinitæ horæ ſenatui adeſſe debent, niſi legitimum il-

 lis

31. lis sit obstaculum: *d.tit.* §. Es soll auch ein jeder. (5) Quæ in Senatu geruntur, atque sententia votisque terminantur, perpetuo debent tenere silentio, nec ea cuiquam revelare, nisi Imperatoris præcedat jussus: §. Es sollen auch die
32. Richter. (6) Acta judicialia, quæ illis ad referendum tradita, domi secreto habere debent, ne familiæ suæ obviam, & ante oculos sint: §. Item es sollen.
33. (7) Publicationi sententiæ adesse tenentur: *tit.* 14. Privilegia, ac singularia Adsessorum sunt: (1) Ipsi tota cum familia, eorumque post mortem viduæ, immunes sunt, von Ungelt/ Daz/ Zoll/ vnd aller Beschwerung/ auch anderer Gerichtszwäng: *dict. part.* 1. *tit.* 49. *in pr.* (2) Degunt sub speciali Imperatoris protectione: *d.t.* 49. §. *ultim.* (3) Excusationem à tutelis, aliisque occupationi-
34. bus habent: Denaisius *dict. tract. tit.* 57. *num.* 7. Salarium Assessorum olim exiguum fuit, postea vero laboribus, atque annonæ potissimum pretiis crescentibus, auctuario fuit extensum, postulante hoc ipsum æquitate, ut Decianus *vol.* 1. *respons.* 14. *num.* 52. docet. Etenim si, quæ antiquis temporibus salaria constituta novimus illis, quorum opera Respublica indiget, hodie continuanda quis affirmaverit, ei, si justus audiri cupiat, simul illud incumbet, ut rerum quoque pretia, quæ vetustis illis fuerunt temporibus, una quasi revocet postliminio. Aliud si egerit, iniquissimus erit omnium, nec unquam reperiet tam
35. insigniter stolidos literatos, qui laborare velint, & esurire. Tempore Ludovici Sancti, Regis Galliæ, Philippus Antogninius, sigilli Regii Custos, quod munus Cancellarii est, stipendii, sive salarii, loco, quo se, suos præterea ministros atque equos nutriret, habuit singulos per dies septem solidos (*il prenoit pour soy, & ses chevaux, & valets à cheval, sept sols pour jour*: Pierre de Miraulmont *de la Chancelerie pag.* 10.) quod si nostram ad monetam redegeris, præterpropter quatuor & dimidium habuit grossos, sive denarios. Egregium
36. vero Regii Vicecancellarii salarium, hodiernum ad tempus! Post primam Cameræ institutionem aliquoties de Assessorum salariis augendis consultatum fuit, atque Augustæ anno 1500. constitutum, Comitibus & Baronibus singulis, qui assessorio fungerentur munere, annuum salarium sexcentorum florenorum, cæteris vero, Doctoribus, Licentiatis, aut Equestris ordinis singulis quadringenti floreni: Cammergerichtsordnung zu Augspurg *de anno* 1500. *t.* 1. Von der Beysitzer Sold. Vbi manifestissimus typographi lapsus deprehenditur, quando pro sechshundert/ sechszehenhundert/ expressit. Repetitum idem fuit salarium in der Cammergerichtsordnung zu Worms/ *anno* 1521. *tit.* Besoldung der Cammergerichtspersonen. Anno 1555. ut tunc temporis facta ordinatio Cameræ *part.* 1. *tit.* 43. innuit, salarium Comitis, Baronis, Adsessoris, fuit septingentorum; Doctoris, Licentiati, & Equestris ordinis quingentorum florenorum. Denique *in Recessu Spirensi anno* 1570. §. Derhalben setzen/ ordnen/ vnd wollen wir: Comiti vel Baroni octingenti, cæteris septingenti floreni pro salario annuo constituti fuerunt.

III. Fi-

III. Fiscalis Cæsareus. (1) Fiscalem hunc Imperator, vel Rex Romanorum præsentat: *dict.part.1.tit.15.* (2) Fiscalis debet esse honesta, docta, discreta, atque in jure graduata persona (der Recht gewürdigte Person) non ignara rerum fiscalium: *dict. tit.* (3) Fiscalis jurat, negotia ad se pertinentia, summa sese diligentia, in utilitatem Cæsareæ maiestatis, & fisci tractaturum: *dict.part.1. tit. 60.* (4) Indeque quid eius muneris sit, generaliter ex juramenti tenore, in specie vero ex *tit. 16. & 17.* patet. (5) Salarium Fiscalis exæquatum est salario Assessoris communis: *tit. 45. &* R. A. zu Speier *anno* 1570. §. unserm Kaiserlichen Fiscal. (6) Immunitates cum Assessoribus communes habet: *d. t.* 49. 37. 38. 39. 40. 41.

IV. Advocati, & Procuratores. Ex his unus Fiscali Cæsareo additus ab Imperatore est: *dict. tit. 15.* cuius juramentum *tit. 61.* describit, unde eiusdem quid sit muneris cognoscere datur. Salarium olim habuit trecentorum florenorum: *d.tit.45.* postea extensum fuit ad quadringentos florenos: *dict.* R.A. zu Speier *anno* 1570. §. unserm Kaiserlichen Fiscal. Immunitates cum reliquis Cameralibus æquales habet: *d.tit.49.* Cæterorum Advocatorum (1) viginti quatuor esse debent, secundum præscriptum *dict. ordinationis Cameræ tit.* 18. His sex additi: *dict.* R.A. *anno* 1570. §. Wiewol auch leichtsam. (2) Constituuntur iidem à Prætore & Assessoribus Cameræ. (3) Debent esse ex legitimis prognati coniunctionibus, juris scientissimi, honestæ vitæ, religionis aut Catholicæ, aut Lutheranæ: *d.tit.* 18. (4) Iurare debent secundum formulam *tit. 52. & seq.* expressam. (5) Quid eorum sit muneris, *tit.22. 23. 24.* declarant. (6) Salarium certum non habent, sondern müssen sich an dem / was ihnen durch Cammerrichter und Beysitzer taxiret wird / zur Belohnung benügen lassen / und die Parteien darüber nicht weiter beschweren / noch einige sondere Geding mit ihnen deshalben machen: *tit. 46.* (7) Immunitates cum assessoribus æquales obtinent: *d.tit.49.* 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49.

V. Sunt præterea & complures personæ aliæ, quæ Cameræ inserviunt, ut Administrator (der Verwalter) Protonotarii, Notarii, Lectores, Registratores, Scribæ, Ministri, Bedelli, Nuncii, atque eorum Magister, der Bottenmeister / de quorum requisitis, muneribus, salariis, atque immunitatibus, varii extant tituli *d. part. 1. ordinationis Cameræ*, ad quos, brevitatis studiosus, lectorem remitto. 50.

In illud inquirere operæ pretium est, *quanam Imperialis Cameræ potestas sit?* Iurisdictionem eam habere, dubium plane est nullum: qualis vero eadem, & quibus limitibus circumsepta sit, non usquequaque expeditum est. Nos confusionis vitandæ ergo primum generales, deinceps speciales aliquot dabimus regulas, propositiones, & axiomata. I. Camera Imperialis jurisdictionem non à solo Imperatore, sed ab eodem, & cæteris Imperii Statibus coniunctim accepit: Matth. Stephani *de jurisdict. libr. 2. part. 1. cap. 3. num.* 12. Quoniam vero Imperator Imperii caput est, ipsius in honorem Imperialis dici- 51. 52. 53.

tur Camera potius, quam Imperii, das Kaiserliche Cammergericht / licet in effectu, & reipsa, non Imperatoris tantum, sed & Imperii Camera sit. Vnde etiam aliquando, sed rarius, ab Imperatoribus isthæc novimus observata verba, vnser vnd des H. Reichs Cammergericht: Ordnung des Cammergerichts zu Worms *anno* 1495. *in pr.* Vnser vnd des Reichs Cammer: Handhabung des Friedens *de anno* 1495. *tit.* Alle Register vnd des Reichs Lehenbücher/ rc Vnser vnd des Reichs Cammergericht: Satzung von dem gemeinen Pfenning/ *de anno*

54\. 1495. §. *ult.* Huius sententiæ etiam Paurmeisterus fuit, *in editione prima tractatus sui de jurisdictione*, ut monet *editione posteriori lib.* 2. *c.* 6. *num.* 18. Sed idem *in eadem, p.* 641. sententiam mutavit, atque diserte scripsit, jurisdictionem ipsam Cameræ à solo Imperatore, & non coniunctim, ac simul ab ipso, & Ordinibus tributam. Idque potissimum ex eo, quod jurisdictio mandari non possit, nisi ab eo, qui habet; ut generaliter non nisi de rebus, quæ in contrahentium sunt potestate, utiliter disponi potest: *l. sed Celsus, in pr. de contrah. empt. l. inter,* §. *sacram, de V.O. l. nemo, de R.I.* & in specie de jurisdictionis mandato: *l. more, de jurisdict. l.* 1. §. *qui mandatum, de officio eius, cui mandata est jurisdict.* Cum igitur ordines tanquam partes in sese mutuo nullam habeant jurisdictionem, à solo Imperatore datam esse necesse est. Ac licet Imperator in eo juri suo ex causa illa renunciarit, quod cum, ut in aula sua solus Consiliarios, sic etiam Iudices & Adsessores constituere posset, ordinibus nominationem quorundam permiserit: *Ordin. part.* 1. *tit.* 1. §. Nemlich wöllen. *Decreto Augustano anno* 1566. §. So setzen/ ordnen/ & *Spirensi anno* 1570. §. Dieweil dann auch. Quia autem renunciationes stricti sunt juris, & ultra casus expressos non extendendæ, ac neque in ordinatione, neque aliis Imperii decretis, aut constitutionibus Ordines simul jurisdictionem Cameræ concessisse relatum sit, jurisdictionem Cameræ à solo Cæsare concessam esse manifestum est. Indeque est, quod Camera Consistorium summi Principis esse dicatur, ipsumque repræsentet, & vice sacra judicet: Mynsing. *cent.* 4. *observ.* 5. Gail. 1. *observ.* 1. *n.* 7. Rescripta ac decreta omnia Cameralia sub nomine & sigillo Imperatoris expediantur: Gail. 1. *observ.* 14. *n.* 1. *Ordinat. part.* 3. *tit.* 12. §. Vnd solche. Item quod officiales Cancellariæ Cameralis omnes in Cæsaris, & eius vice collegii, non vero in Ordinum verba jurent: *Ordinat. part.* 1. Petr. Denais. *jur. Cameral. t.* 6. *verbo Cancell. offic. n.* 4. Prætorem etiam, seu Iudicem Cameræ, ac fisci procuratorem solus Cæsar constituat: *Ordinat. part.* 1. *tit.* 14. *in pr.* & *t.* 5. *in pr.* §. 1. Iudices & Adsessores quoque Cameræ puniat: *Ordinat. part.* 3. *tit.* 53. §. 5. Ob sich aber. Denais. *tit.* 27. *n.* 9. Sceptrum præterea Imperiale in signum exercitæ jurisdictionis Cæsareæ, à Iudice Cameræ teneatur: & singulis Imperatoribus mandatum de jurisdictione Cameræ renovetur; ut de Ferdinando, quod post eiurationem Imperii à Carolo V. factam literas ad Iudicem & Assessores Cameræ Spirensis dederit, quibus ut in Iudiciali munere

sua

autoritate sua fungantur, mandat, & Caroli V. sigillo, donec novum transmittatur, utantur, refert Thuanus *histor. lib.*21. &, si quando Spiram veniat Cæsar, Iudex, & Assessores illud maiestati eius debita cum reverentia offerant, eo ipso testantes, jurisdictionem sibi à Cæsare mandatam, sub eo administrari. Quemadmodum simili ritu, quando liberam Imperii civitatem ingreditur, Senatus ei occurrentes claves portarum offerre solent. Verum non tantum ad hæc, sed & ad illa animum advertere debuisset Paurmeisterus, Ordines Imperii tanquam universos, una cum capite suo, hoc est, Imperatore, Cameræ jurisdictionem tribuisse, non autem tanquam singulos. Cameræ judicium fuisse constitutum ab Imperatore, & Statibus: R.A. *de anno* 1541. §. Und damit ausserhalb. Ordinationes Cameræ, eiusdemque reformationes, extensiones, explicationesque ab Imperatore coniunctim cum Statibus factas: Ordnung des Cammergerichts *de anno* 1495. *in pr. & f. de anno* 1500. *in pr de anno* 1507. *de anno* 1517.1521.1523.1527.1531. §. Demnach setzen Wir/1533.1555. R.A. *de anno* 1557.1566. §. Dieweil aber recht. 1570. §. Weiters/ nach dem auch *ibi*: unsers Kayserlichen Cammergerichts Ordnung mit gemeiner des H. Reichs Ständ Raht und Zuthun/ nicht allein an vielen Orten verbessert/ nutzliche Erklärung und Zusätz darzu gethan. *de anno* 1594. §. Weiter und als Wir. *de anno* 1600. revisionem Cameræ, atque sententiarum à Cameralibus latarum, Statibus competere: *Ordin. Cam. part.3.tit.*53. Cameræ ab Imperatore atque Statibus mandari: Cammergerichtsordnung *de anno* 1500. *tit.* Von der Verwesung Cammerrichters. *Reform. Cam. anno* 1531. *in f.* Camerales, si quid dubii inter ipsos oriatur, quod in pleno consilio determinare haud valeant, id Imperatoris atque Statuum decisioni submittere: R. A. *de anno* 1557. §. Ferner nach dem. Camerales ab Imperatore potestatem accipere auf der Churfürsten/ Fürsten und Stände vergleichen und bewilligen: R.A. *de anno* 1566. §. Als aber ferrner. 55.

II. *Qualem vero Camera jurisdictionem obtineat, an ordinariam an delegatam?* ambiguum est. Pro *ordinaria* communis DD. est calculus: Gail. 1. *observ.*41. *n.*5. Mynsing. *consil.*24. *n.*1. & 2. Idem *consil.*94. *n.*4.5. Matth. Steph. *de jurisd. d. loc. n.*27. Paurmeister. *de jurisd. lib.*2. *c.*6, *n.*31. Bonderus *de revis. conclus.*4. *n.*3. Blaret. *ad l. diffamari, c.*6. *n.*40. Reinking. *de regim. secul. lib.*2. *class.*2. *c.*14. *n.*7. Rationibus potissimum nituntur sequentibus: I. Cum ordinatione Imperii, quæ legis vim obtinet, jurisdictionem nacta sit: Gail. *d. loc.* II. Cum recusari non possit: Gail. 1. *observ.*33. *n.*1. quod judicum ordinariorum proprium est: *l. nemo* 4. *C. de jurisdict. omn. judic.* Novel. 86. *c.*2. *auth. si vero contigerit, C. de judic. l. apertissimi* 16. *C. eod.* III. Cum morte Imperatoris non expiret: Ordinariæ autem jurisdictionis hoc signum est, morte concedentis non extingui: Iason & Dd. *in l. morti, ff. de jurisdict.* IV. Cum Imperator causas in Camera proponi vel diiudicari cœptas, atque ita lites ibi pedentes, neque motu proprio, neque ad partis instantiam, avocare, aut ad se trahere possit: *Ordin. Cam. part.*2. *tit.*35. 56.

57. Gail. *d. obſerv.* 41. *n.*3. Pro *delegata* licet minor Doctorum pugnet numerus, attamen non deſunt rationes, quibus ea firmatur opinio. I. Camera jurisdictionem directe non habet à lege, ſed potius ex ſingulari Imperatoris cum Ordinibus, ſive Statibus Imperii, conventione, atque ita non ordinariam, ſed mandatam: Cranius *de pace relig. part.*3.*problem.*1.*in connexis pag.*356. A lege ſiquidem qui jurisdictionem habet, neceſſe eſt, ut eam jure proprio, non alieno beneficio obtineat: lex enim non mandat, ſed dat jurisdictionem. II. Qui jurisdictionem ordinariam, ſeu propriam habet, is eandem proprio, non alieno exercet nomine: *arg. l.*3. *ff. de officio eius, cui mand. eſt jurisd.* Camera autem quæcunque agit, nomine, titulo, & ſigillo Cæſaris peragit, firmat atque definit: *Ordinat. Camer. part.* 1. *tit.* 27. §. Vnd ſoll der Verwalter. III. Adſeſſores, & Prætor Cameræ, repræſentant Imperatorem, & Status Imperii reliquos, atque vice ipſorum ſunt: ſie ſeynd von Kaiſerlicher Maieſtät/auch Churfürſten/Fürſten vnd Ständen des H. Röm. Reichs/ an ſolche hohe Iuſtitiam verordnet / vnd ſitzen an ihrer ſtatt: *d. part.*1.*tit.*8. Aſt qui vice alterius jurisdictionem exercet, is ſane non ordinarius, ſed delegatus eſt: *d. l.*3. *de officio eius, cui mandat. eſt jurisd. l.*16. *ff. de jurisdict.* Et hinc quoque eſſe ſcribit Cranius *d. loc.* quod Camera non integram cauſam, ſive integrum cauſarum proceſſum (quod tamen judicem ordinarium facere poſſe, indubium eſt) ſed tantum actus quosdam judicii particulares ad probationem pertinentes (utpote teſtium examinationem, inſtrumentorum, privilegiorum tranſumptiones, ocularem finium vel locorum inſpectionem, &c. aliis ſubdelegare poſſit: Iuſtus Springer. *de pace relig. c.* 2. ſecutus Vantium *de nullitat. tit. de defect. jurisdict. deleg. num.*21. Menoch. *de arbitr. judic. quæſt. lib.*1.*q.*68. *num.*11. Heig. *p.*1.*q.*9.*n.*39. Zaſius. 2. *conſil.*10.*n.*3. Ioan. à Langen *ad Ordin. Cam. diſput.*2. *theſ.*4. (Quod autem hoc liceat Cameræ, inde eſt, cum delegatus Principis ſubdelegare poſſit: *arg. l.*5. *cum auth. ſeq.* C. *de judic.* Gail. 1. *obſerv.*97.*num.*8. Scipio Gentil. *lib.*2. *de jurisdict. cap.* 13.) Cæterum quod Camera recuſari non poſſit, quodque ab eadem cauſas revocare Imperatori non liceat, id non inde eſſe, idem ait Cranius, quod Camera ordinariam habeat jurisdictionem, ſed quod ex contractu Statuum, & Imperatoris, nomine ordinationis Cameræ, hoc ipſum fluat. (Pertinet huc illud, quod multa delegato, ordinario non liceant jure, niſi in ſpecie id illi concedatur. Ita delegatus Principis non poteſt cognoſcere, vel concedere reſtitutionem, contra ſententiam definitivam à ſe latam, niſi ei hoc ſpecialiter committatur: gloſſ. *fin. in l.* 3. C. *cui & apud quem &c.*) Denique, quod morte Imperatoris Cameræ jurisdictio non expiret, inde naſci, quod Camera non à ſolo Imperatore, ſed ſimul ab omnibus Ordinibus conſtituta, non ſolum Imperatorem, tanquam Imperii caput, repræſentet,

58. ſed etiam Imperii Status. Ab hac licet ego non admodum abhorream ſententia, attamen quid exercitii gratia pro communi dici queat, inpræſentiarum videbo. In omni collatione, prima poteſtatis, altera voluntatis quæſtio eſt: *l.*4. *ff. de*

ff. de testib. Hæc duo itaque expedienda erunt; *an Imperator jurisdictionem potuerit in Cameram conferre?* Pro ratione dubitandi esse potest: I. Perniciosum Reipubl. jurisdictionem ab alio ad alium in multa capita dispergi: *arg. l. ult. ff. rem pupilli salvam fore* Matth. Stephani *de jurisdict. l. 1. cap. 16. num. 50.* II. Quod Magistratus per se ipsum facere cum dignitate potest, id alii faciendum committere non debet, ne jurisdictionem suam negligere videatur: *l. 8. §. si prætor 17. ff. de transaction. l. quod sibi 8. C. de procurat.* Anton. Faber *in rationalibus ad l. 17. ff. de jurisdict.* III. Præterea quod personale est, id personam eius, cui illud datum est, non egreditur, neque communicari potest alteri: *l. 1. §. ult. ff. de constit. Princ. §. 1. & 3. Instit. de usu & habitat. l. 28. §. 1. ff. de judic.* At in Principis personam tantum regimenta Reipublicæ translata sunt: *d. l. 1. in princ. ff. de constitut. Princip. l. unic. in princ. ff. de offic. præfect. prætor.* Pro ratione decidendi est; Imperatorem jurisdictionem suam in Cameram transtulisse, non sua ex potestate, sed consensu Statuum Imperii, à quo eam habuit, quibus consultum videbatur Reipubl. Germanorum, Dicasterium hoc summum erigi. De voluntate nunc videndum est, *quid quantumve Imperator consensu Statuum in Cameram translatum voluerit?* Illud partim ex ordinatione Cameræ, partim aliunde clarum esse videtur, ipsum ordinariam Cameræ concessisse jurisdictionem. *Primo* etenim, si mandare, vel delegare tantum jurisdictionem Cameræ voluisset Cæsar, non opus ad id fuisset Statuum consensu. Quod enim more majorum receptum est, id sine cuiusquam consensu alio speciali licitum est: *l. 32. in princ. ff. de ll. l. unic. C. de thesaur. libr. 10.* More vero maiorum receptum est, ut mandare alii liceat jurisdictionem: *l. 5. l. 16. & 17. ff. de jurisdictione.* Et hodie Imperator delegatos & Commissarios habet, ad quorum constitutionem Statuum consensus non requiritur. *Deinde*, quod ordinariam jurisdictionem Cæsar Cameræ voluerit attributam, ex qualitatibus jurisdictionis concessæ apparet. A delegato provocare licet, vel ad delegantem: *l. 1. in pr. & l. ult. ff. quis à quo appelletur. l. 23. §. 3. C. de appellat. l. unic. C. qui pro jurisdict.* vel ad supremum delegantis judicem: *d. l. 1. §. 1. ff. quis à quo appelletur.* de cuius legis sensu, ne prioribus obstet, videri possunt Goveanus *ad l. 1. de jurisdict. num. 6. & 1. variar. lect. 46.* Vaconius à Vacuna *6. declarat. 84.* Fachinæus *1. controv. 78.*) A Camera appellare non licet: *d. part. 1. Ordin. Camer. tit. 3. in pr.* Atque huc faciunt qualitates cæteræ, de quibus dictum in principio huius controversiæ. Ad argumenta, & responsiones Cranii, dici poterit: I. Cameram directe à lege Imperii habere jurisdictionem. Habet enim eam à Cæsaris voluntate, Statuumque conventione, quæ lex est. Quodcunque enim Imperator per epistolam, & subscriptionem statuit, vel cognoscens decrevit, vel de plano interlocutus est, vel edicto præcepit, legem esse constat: *d. l. 1. §. 1. ff. de constitut. Princ.* Et ut ad normam hodiernam loquamur, conventio Imperatoris cum Imperii Statibus, de rebus Imperii publicis, lex est Imperii publica. Quemadmodum enim con- 59.

ventiones privatorum leges dicuntur, quæ eos obligant, qui contrahunt: *l.* 10. C. *de pact. l.* 1. C. *de rebus credit.* Donell. *ibid. num.* 8. *& ad* §. 11. *Instit. de action. n.* 4. Seraphinus de Seraphinis *de privileg. juram. privileg.* 102. *num. ult.* Delrio *ad l. contractus* 23. *de R. I. cap.* 19. ita & conventiones Imperatoris, & Statuum Imperii, leges sunt, quæ totum obligant Imperium. II. Vicarius non nomine, & respectu proprio, quod agit, peragit, sed nomine & respectu eius, cuius vices gerit: Wesembecius *in parat. C. tit. de officio vicarii, num.* 1. & nihilo minus tamen, vicarium generaliter constitutum propriam habere jurisdictionem, statuunt Corasius *de offic. Eccles. part.* 2. *cap.* 8. *num.* 3. Scipio Gentil. *libr.* 2. *cap.* 9. Menoch. 2. *præsumpt.* 15. III. Etiam is, qui vicem alterius subit, ordinariam jurisdictionem habere potest. Præfectus Prætorio ordinariam habuit jurisdictionem, & vice tamen sacra, hoc est, Imperatoris, ut Cassiodorus *lib.* 6. *var. epist.* 3. loquitur, judicavit. IV. Quod Camera integrum causarum processum aliis delegare non possit, non inde est, quasi delegatam ipsa habeat jurisdictionem, sed quod ordinariam quidem, sed hoc modo limitatam. V. Quod Camera recusari non possit, ex ordinaria jurisdictione est, quam Cæsar & Status Cameræ dederunt, dum nimirum illis placuit, ne recusari Camera possit. VI. Idem dicendum, Cæsari atque Statibus placuisse, ne causæ à Camera avocarentur: placitum vero illud arguit jurisdictionem ordinariam eo ipso Cameræ concessam. VII. Delegata jurisdictio, morte aut delegantis aut delegati, regulariter, re integra expirat: *l. & quia* 6. *ff. de jurisdiction. cap.* 1. *de offic. deleg.* Menoch. *de arbitr. judic. quæst. lib.* 1. *quæst.* 69. *n.* 7. mandatum enim finitur morte: *l. inter causas* 26. *ff. mandati.* res sit adhuc si integra: § *item si adhuc* 10. *Instit. de mandato.* Ergo si delegatam Cameræ dixerimus esse jurisdictionem, morte Imperatoris omnino est ut eam expirare dicamus, respectu scilicet eorum, quos Imperator suo, non Statuum nomine, Cameræ præfecit; quales sunt, præter Iudicem, sive Prætorem Cameræ, complures alii, ut supra retulimus. Quod si dixerimus, illud simul ut admittamus constricti erimus, reliquos à Statibus præsentatos judices Cameræ hoc casu amplius judicare non posse, cum duo ex tribus judicibus uno absente (ut hic mortuo) judicare non possint: *l.* 39. *ff. de re judicata.* Vantius *de nullitatib. rubr. de nullit. sentent. ex defectu jurisd. ordin. num.* 176. Atque hæc sunt, quæ exercitii causa pro communi dicere volui.

60. III. Camera jurisdictionem hoc accepit modo, ut Imperator lites in eadem pendentes neque motu proprio, neque partis ad instantiam, avocare aut ad se trahere possit: Gail. *d. observat.* 41. *n.* 3. *& seqq.* Schrader. *de feud. part* 10. *sect.* 1. *n.* 185. Matth. Steph. *d. l. n.* 30. Expressum hoc legimus *part.* 2. *Ordin. Cam. tit.* 35. *ibi:* Daß dem Kaiserlichen Cammergericht unverhindert einiger Restitution/ Supplication/ Avocation/ oder anderer Suspension / und Aufschlägen sein freier/ stracker/ unverhinderter Lauf gelassen/ und darwider nicht gegeben werden. Et quia

Impe-

Imperator per modum contractus in ordinationem Cameræ consentit, ideo ad eius observantiam etiam de jure communi obligabitur: Gail. *d. l. n.* 4. Zasius *consil.* 10 *n.* 6. *vol.* 2. Ac tradunt Doctores communiter, quando inferioribus jurisdictio competit ex contractu, quod tunc superior causas avocare, & ad suum forum trahere non possit: Natta *consil.* 408 *n.* 7. *volum.* 2. Schrader. *d. l. n.* 180. Atque hæc hactenus communis, nec ullis dubitationum fluctibus concussa fuit opinio. Paucos vero ante annos Matthias Berlichius, non obstantibus prædictis omnibus, pro Imperatoriæ maiestatis reputatione conservanda (ita enim scribit *inter decis. aureas decis.* 158. *n.* 19.) & tuenda (in causa Georg Burckharden vnd Melchior von Steinberg / Gebrüdern zu Wespenstein / contra Bertholden von Raubenberg vnd Johannem von Gladeberg / Witwen von Steinberg / consultus) mense Martio anni 1612. contrarium respondit: I. Per *l. judicium solvitur* 58. *ff. de jud.* ubi verbis disertis dicitur, quod judicium solvitur vetante eo, qui judicare possit, vel maius imperium in eadem jurisdictione habeat. Quem textum male de mandata, vel delegata jurisdictione, Berlichius putat *num.* 20. accepisse Baldum & Paulum de Castro *in comment. ad eandem legem*, ac Matth. Colerum *de process. execut. part.* 2. *c.* 1. *n.* 162. etenim de ordinaria eundem loqui; ut sensus sit, superiorem quamcunque causam à judice inferiore, ordinariam jurisdictionem habente, avocare posse; idque rectius animadvertisse Paulum de Castro *in d. l. judicium solvitur, in lection. Avent. n.* 1. *vers. fallit in Principe*. Iason *consil.* 144. *n.* 3. *vers. & licet ille textus, volum.* 2. Bald. *in l.* 1. *C. quomod. judex, n.* 19. *vers. siquidem inferior* II. Cum Imperator alicui communitati jurisdictionem ordinariam, vel delegatam concedens, non videatur ita, & ad eum effectum concessisse, ut ipse non possit se de causis intromittere, & eas avocare, sed ut solummodo civitas, vel communitas ordinariam jurisdictionem habeat: Albertus Brunus *consil.* 47. III. Cum in dubio regulariter jurisdictio cumulative, & non privative concessa videatur, ita ut non censeatur per concessionem sublata illi, qui prius eam habuit: Brunus *d. consil.* 47. *col.* 2. *vers. ad quod etiam facit.* IV. Cum Imperator concurrat in jurisdictione cum quovis subdito: Brunus *d. consil.* 47. *col.* 2. *vers. quod tanto magis procedit.* V. Cum Iudicium Camerale, non ideo ut maiestati Imperatoriæ derogetur, sed ut molestiarum judicialium duntaxat sarcina minuatur, sit constitutum: Petr. Heig. *quæst.* 9. *n.* 32. *part.* 1. Vbi autem inferiori jurisdictio tribuitur pro adiuvatione imperii superioris, ut inter eos quasi communio sit, & societas muneris, tunc superiorem causam ab inferiore avocare non prohiberi: Matth. Coler *de process. execut. part.* 2. *c.* 1. *n.* 160. *n.* 162. Menoch. *libr.* 2. *præsumpt.* 18. *n.* 9. alias enim quod in favorem & sublevamen Imperatoris esset inductum, in eius odium & despectum retorqueri, contra textum *in l. quod favore* 6. *C. de legib. l. legata* 14. *sub fin. pr. ff. de adim. legat. l. nulla* 25. *ff. de LL. c. quod ob* 61. *de R. I. in* 6. Everhard. *in top. in loco* 103. *n.* 3. VI. Cameram, nomine, & sigillo Imperatorio, omnia mandata promulgare, & expedire:

61. 62. 63. 64. 65. 66.

Cammergerichtsordnung part. 3. tit. 12. §. Vnd so solche Citation. Sed ubi judicium inferius sub superioris nomine & sigillo processus decernit, & similia expedit, avocationem recte à superiore fieri posse: Albert. Brunus *consil. 92. col. 1.*
67. *n. 2.* Alex. *consil. 1. n. 14. vol. 2.* VII. Imperatorem una cum Electoribus, & reliquis Statibus Imperii, Cameræ non indirecte, & generaliter in omnibus causis, plenam & omnimodam, sed saltem specialem, constrictam & distributivam jurisdictionem concessisse: Regner. Sixtin. *de regalib. lib. 1. c. 4. num. 8.* Si autem per statutum, vel constitutionem, alicui judici, & eius assessoribus, specialis, & distributiva jurisdictio est data, tunc potestatem (cuius vicem hoc in casu *ex Ordinatione Cameræ* zu Augspurg *anno 1555. in præfat. circa med. & tit. 1. §. 1.* obtinet Imperator) quæ illos Assessores deputat & confirmat, eam per seipsam exercere posse, cum Assessores (ut fit in casu præsenti: Cammergerichtsordnung / *part. 3. d. tit. 12. §.* Vnd solche Citation) exerceant eam nomine potestatis: Bald. *in l. 1. ff. de offic. Consul. n. 1. vers. & imo licet per statum.* Felin. *in c. pasto-*
68. *ralis 11. ext. de offic. & potest. ordin. n. 2.* VIII. Marchionem omnibus suis judicibus in sua Marchia degentibus, posse inhibere, inprimis si sint per ipsum Marchionem deputati: Bald. *in d. l. judicium solvitur, in 1. lect. n. 3.* Iason *consil. 144. n. 5. vol. 2.* Ergo idem & quidem multo magis, facere posse Imperatorem, cum is omnibus Regibus atque Principibus, quamvis superiorem non recognoscentibus, hodie sit maior, & dignitate præfulgeat: Sixtin. *de Regalib. lib. 1. c. 4. n. 8.* Præsertim cum hic versemur in casu dubio & ancipiti, dum ex una de jurisdictione Cameræ amplianda agitur, ex altera vero parte pro conservanda Imperatoriæ majestatis reputatione pugnatur. Huius autem potiorem, quam illius, rationem
69. esse: Albert. Brunus *d. consil. 92. n. 4.* IX. Regem Franciæ causas coram Parlamento Parisiensi avocare, & ad suum consilium trahere posse: Iason *d. consil. 144. n. 1. & 2.* Covarruv. *d. lib. 1. pract. quæst. c. 9. n. 3. post pr.* Ergo idem licere Imperatori: cum Rex Franciæ & Imperator quoad potestatem & jurisdictionem, quam uterque in suo regno & Imperio habet, æquiparentur: Specul. *l. 4.*
70. *part. 3. tit. de feud. §. 1. n. 28.* Carol. Ruin. *consil. 219. n. 5. lit. i.* Regner. Sixtin. *d. l.* Atque his pro sententia sua adductis rationibus, ad dissentientium argumenta respondet: I. Ordinationem Cameræ *d. t. 35.* non de ipso Imperatore, sed Electoribus & aliis Principibus, & Statibus Imperii intelligendam esse: atque hoc ipsum verba illa: Auch daß Churfürsten / Fürsten / vnd gemeine Stände / derselben gebührlichen Gehorsam leisten / etc. manifesto evincere. Illis quippe ad obligationem, paritionem, & observantiam, non ad Imperatorem, sed solos Electores, Principes, & reliquos Status Imperii restringi, & ideo merito personam Imperatoris exceptam esse: Menoch. *l. 2. præsumpt. 13. num. 3.* Matth. Coler. *consil. 1. n. 323.* Hanc autem causam dubitandi, ut loquitur Berlichius *n. 30.* textus ex ordinatione Cameræ habuerunt. Cum enim judicium hoc Cameræ, Electores, & reliqui Status Imperii quodammodo constituant, & certos Asses-

Aſſeſſores eo deputare teneantur: Cammergerichtsordnung *part.1.tit.1.& ſeq.& tit.2.& ſeq.* videbatur dicendum, quod etiam Electores & reliqui Status Imperii iterum illud revocare, vel cauſas ab eo retrahere poſſint; quoniam poteſtas, quæ deputavit Aſſeſſorem, poteſt eundem etiam revocare: Bald.*in d.l judicium ſolvitur, in 1. lect. n.2.* Sed ne confuſio inducatur, hac ratione non obſtante, *in d.Ordin. Cam. part. 2. tit 35.* Electores & Principes alii, & Status Imperii, ſe eo obligarunt, quod hoc Iudicium Cameræ nec per reſtitutionem, nec per ſupplicationem, vel avocationem, aut alium modum turbare velint, ſed ordinationi illi debitam obedientiam præſtare debeant. II. Falſum eſſe, quod Imperator per modum contractus in ordinationem Cameræ conſenſerit: contrarium enim, quod nullus cum Cameralibus judicibus, & Imperatore contractus intercеſſerit, ſed inter Cæſarem & Status Imperii de forma ſaltem judicii aliquid certi conſtitui placuerit, tradere Petr. Heigium *q.9.n.14.& ſeq. part.1.* Quod ſi veritatem propoſitionis noſtræ indagare quis voluerit, fruſtra is mihi videbitur ad juris civilis Romani leges, earundemque interpretes hoc in paſſu recurrere, cum, ut ſæpius monui, immutata Reipubl. forma, pleræque Romanorum leges, potiſſimum illæ, quæ de jurisdictione loquuntur, hodie ab uſu & obſervantia receſſerint, atq; hac ipſa in quæſtione deciſionem in terminis, ut loquuntur, nobis ſuggerat Cameræ ordinatio. Proinde, licet omnia, quæ hactenus à Berlichio ex jure civili Romano, atque eiusdem juris interpretibus, adducta ſunt, firma atque veriſſima eſſent, qualia tamen non ſunt, attamen niſi illa cum *d. t. 35. ordinationis Cameræ* convenientia fuerint, parum ipſius proficiet conatus. An autem convenientia ſint, præſtat inquirere, & dabit hoc verborum ſenſus atque diſpoſitionis ratio. Verba per ſe clara ſunt, quod avocationem attinet, quod nec Berlichius infitetur: at in illo laborat, quo monſtret, non ea Imperatorem, ſed Status contingere Imperii: In eo mihi videtur, cauſæ ſuæ ſtudioſius inſerviendo, à vero ordinationis ſenſu quam longiſſime aberraſſe. Scopus & finis dictæ ordinationis eſt, ut judicio Camerali ſein freier/ ſtracker und unverhinderter Lauff gelaſſen werde. Hoc ut effectui detur, placuit conſtituentibus, omnia in contrarium impedimenta removere. Talia erant, reſtitutio, ſupplicatio, avocatio, & cætera omnia juris remedia, quibus judicialis effectus ſuſpenditur, Illa autem tam ex parte Statuum, quam Imperatoris, removenda ut erant, ita remota ſunt. Ex parte Statuum quidem, ut illis remediis non uterentur; ex parte Imperatoris, ne eadem aliis concederet, aut quicquam ageret, quo ſuſpendi jurisdictio Cameræ videretur. Hoc innuunt verba: und darwider nicht gegeben werden: & illa: Und ob etwas dem zuwider außgehen/ oder erlanget würde/ daſſelbige ſoll unwürdig/ kraftlos und nichtig ſeyn. Illud notant: auch daß Churfürſten/ Fürſten und gemeine Stände/ derſelben gebührliche Gehorſam leiſten ſollen. Vtrumque vero clariſſimis verbis, darwider nichts eingebracht/ oder erlangt werden ſoll: Cammergerichtsordnung zu Worms *anno 1521. tit.* Daß dem Cammerge-

71. 72. 73.

74. mergericht sein freier stracker Lauf gelassen werde. Quod si vero tantum hæc ordinatio Status concernit, ut Berlichii mens est, quo referemus illud, quod consensus & approbatio tam Imperatoris, quam Statuum ad hoc accessisse refertur, *ibi*: die Kaiserliche Maiestät samt Churfürsten/ Fürsten vnd Ständen/bewilliget vnd zugegeben / *& paulo post*: Durch vns vnd die Stände zugelassen vnd bewilliget. Etenim si Status de jure suo aliquid remiserunt, quid opus Cæsaris assensu? cum quilibet favori suo citra alterius assensum (præsertim si in præiudicium utilitatis publicæ non fiat, ut hic) possit renunciare: *l. si judex* 41. *ff. de minoribus.* Et est hæc inter pactum & renunciationem notabilis differentia, quod illud requirat duorum vel plurium consensum & voluntatem: *l.* 1. §. 1. *ff. de pact.* hæc autem unius consensu, renunciantis scil. fieri possit: D.d. *col.* 1. *&* 4. *C. de pact.* Gi-

75. phan. *de renunciationib. tit. de verbo, natura & modo renunciationis, p. m.* 16. Falsum præterea est, obligationem, paritionem, & observantiam vel huius articuli, vel totius ordinationis, ad Status tantum, non etiam ad Imperatorem referri: Contrarium enim patet *ex Ordinationis Cameræ part.* 3. *circa finem* adiecta clausula: Solches alles vnd iedes / so beschrieben stehet / haben wir König Ferdinand/ in Kraft hochgedachter Römischer Kaiserlicher Maiestät/ vnsers lieben Bruders vnd Herrn/vns gegebener Vollmacht vnd Heimstellung/ an ihrer Liebd vnd Kaiserlichen Maiestät statt/auch für vns selbst/als Röm. König/vns mit der Churfürsten Rähte/ erscheinenden Fürsten/ Ständen/ vnd der Abwesenden Bottschaften vnd Gesandten/vnd sie sich hinwiederumb mit vns/also zu halten/vnd zu vollnzie-

76. hen/vereiniget vnd verglichen. Et quicunque permisit atque concessit, daß dem Cammergericht sein stracker Lauff soll gelassen werden/omni suspensione remota, is utique ad observationem *dicti tit.* 35. sese obligasse dignoscitur: At Imperator una cum Statibus hoc permisit, & consensit in idem: *d. t.* 35. Frustra itaque ab

77. observantia Imperatorem excipit Berlichius. Cui neque in ratione dubitandi, ut ipse loquitur, assentiri possum. Cameræ enim Assessores etiamsi ab hoc vel illo Statu præsentati fuerint, non postquam constituti in officio sunt, hunc vel illum Statum in specie repræsentant, sed unius corporis coniuncta membra sunt, ac omnes universim sumpti Imperatorem & Status, hoc est, totum Imperium repræsentant, indeque huic vel illi Statui deputandi adsessorem potestas quidem fuit, at revocandi constitutum non æque. Præterea nullam jurisdictionem, aut jus dicendi potestatem, Status præsentans adsessori præsentato concedit, neque in se, neque in alios, proindeque cum horum nihil ei concesserit, nihil ab eodem tanquam suum avocare poterit. Vt proinde frustra renunciare avocationi dicatur, quæ ipsi competens in nullo est. Illis enim tantum renunciare possumus, quæ nobis competentia sunt: *d. l. si iudex* 41. *ff. de jurisdict. l. pen. & ult. C. de pact.* Giphan. *d. tr. de renunciation. cap.* 2. *pag.* 28. Atque hæc de sensu constitutionis Cameralis: ubi antequam ad cæteras rationes Berlichii, ex jure civili Romano adductas respondeam, notari velim, eundem titulum, *de non suspendenda*

Came-

Cameræ jurisdictione, cum limitatione ista constitutum, in Ordnung des Cammergerichts zu Worms *anno* 1495. das Cammergericht soll seinen gestracken Lauff haben / unverhindert einiger Restitutien / Supplication / Avocation / oder in andere Weg Auffschläg / die aus ordentlicher Form und Erkantnuß des Cammergerichts / auff sonderliche Commission / nicht erlangt werden. Iunge *part. 3. Ordin. Cam. tit. 51. & 52.* *Primum* Berlichii fundamentum ex *l. judicium* 58. *ff. de judiciis*, petitum est, ad quod respondeo, I. Verba legis immutari, atque pro, *qui judicare jussit*, reponi, *qui judicare possit*. Quorum tamen à prioribus longissime distans sensus & sonus est. II. Eandem legem de ordinaria jurisdictione propter autoritatem aliorum, nulla addita ratione, explicari: at autoritati non deesse qui contradicant. III. Autoritatem Pauli de Castro levioris esse momenti: cum is sibi non satis constiterit, si veræ sunt Berlichii allegationes. Et ut de legis intentione certi possimus fieri, quantumque illa ad decisionem quæstionis nostræ faciat sciamus, tres propositiones ex eadem constituendæ sunt. *Primo*, judicium solvi vetante eo, qui judicare jusserat. *Secundo*, judicium solvi vetante eo, qui maius imperium in eadem jurisdictione habet. *Tertio*, judicium solvi, si ipse judex eiusdem imperii esse cœperit, cuius erat, qui judicare jussit. In *prima* propositione notanda sunt maxime verba, *qui judicare jussit*. Hæc enim verba, *judicare jubere*, & *jurisdictionem mandare*, æquipollentia sunt in Iure nostro, & mandatam, seu delegatam, non ordinariam innuunt jurisdictionem. Is quippe qui ordinariam jurisdictionem habet, nullius ad mandatum, sed vi concessionis eandem exercet propriam. Qui mandatam habent, alieno eam exercent nomine: *l. 3. ff. de offic. eius, cui mandata est jurisd. l. solet* 16. *ff. de jurisd.* ut inde mirum non sit, quod contra communem mandati naturam rebus non integris revocari possit: Donell. *commentar. jur. civilis lib.* 17. *c.* 26. Quod inde est, cum non tam vi mandati, quatenus contractus est, suscipiat causæ cognitionem delegatus, quam imperii necessitate, nec ulla inter delegantem & delegatum nata sit obligatio: Gœdd. *de sequestrat. c. 1. n. 61. & sequent.* Quæ cum ita se habeant, patet errare Berlichium, dum primam legis propositionem de ordinaria exaudit jurisdictione. Iisdem ex verbis (etiam posito, aut Cameram obtinere tantum delegatam jurisdictionem, aut legis verba, *judicare iussit*, de ordinaria jurisdictione loqui) nihil quoque proficit Berlichius. Falsum enim est, Imperatorem Cameræ jurisdictionem mandasse, solum videlicet, ut superius diximus: ergo verum est, eundem solum causas in Camera pendentes avocare non posse. Hanc enim regulam *d. l. 58.* nobis suggerit, notante ibidem Angelo, & ex aliis Covarruv. *d. lib 1. pract quæst. c. 9. n. 4.* quod si Dux, Marchio, vel Comes, aut is, qui jurisdictionem habet in oppido, causam avocare velit ab eo judice, quem ipse solus & libere constituit, cuique jurisdictionem propriam committit in ea exercendam oppido, id possit facere absque ulla subdito-

78

rum & judicis iniuria. In *secunda* propoſitione advertendum eſt ad verba, *qui maius ad imperium in eadem iurisdictione habet.* Senſum verborum huic conſtituit Vivianus, quod non ſolum, ſi ipſe, qui judicem delegavit (ut Poteſtas Bononienſis) prohibuit, finiatur judicium, ſed etiam ſi alius maior eo prohibuit, ut Præſes: Gothofredus *in notis d. l. 58.* ne cui ſcrupulum moveat, quomodo alter altero maius imperium habere poſſit, notandum monet exemplum in Proconſule, qui maius habet imperium legato ſuo, & tamen utriusque eadem eſt jurisdictio. Ex utroque patet, & alteram legis noſtræ propoſitionem de mandata ſive delegata jurisdictione intelligendam, ut ſcilicet ſi ad terminos legis loqui voluerimus, quæſtio ita conſtituenda ſit, an Imperator cauſas pendentes coram judice à Camera delegato (qualis eſt Commiſſarius Cameræ: Matth. Steph. *de iurisd. lib. 2. part. 1. c. 3. membro 2. n. 1.*) ab eodem avocare poſſit? At hæc alia eſt quæſtio, quam præiudicialis illa antecedere debet, an Imperator maius imperium in eadem jurisdictione, quæ Cameræ competit, habeat? Quod nos inde negamus, cum à Camera ad Imperatorem non detur provocatio: *part. 3. Ordin. Camer. tit. 51.* ipſumque Camerale Iudicium ſit ſummum Imperii tribunal: *part. 1. t. 3. in pr.* *Tertia* propoſitio legis noſtræ à Berlichio, utpote ad præſentem quæſtionem nihil conferens, omiſſa, non meretur hic fuſius explicari: videat, qui volet, Donell. *d. lib. 17. c. 26.* & *ibi* Hilligerum *lit. h.*

79. *Secundum* Berlichii argumentum autoritate nititur, non ratione; & quoniam Albertus Brunus mihi viſus non eſt, in ſpecie quid ei tribuam, non habeo. Illud autem Berlichio probandum erat, (1) Imperatorem ſolum Cameræ jurisdictionem conceſſiſſe. (2) hoc modo conceſſiſſe, ut ab eadem cauſas ibi pendentes avocare poſſit. Nos utrumque negamus per ſuperius dicta. Non videtur, ait, Imperator hoc modo jurisdictionem conceſſiſſe communitati, ut ipſe non poſſit ſe de cauſis intromittere, & eas revocare. Reſp. hoc in caſu fortaſſis dubio obtinere, aut illo, ubi clara conceſſionis verba aliud non innuunt: quorum uterque à noſtro caſu diverſus eſt: *d. t. 53.*

80. *Tertium*, quod Berlichius adducit, non video quid ſtringat, etiamſi concedamus, Imperatorem jurisdictionem non privative, ſed cumulative in Cameram conceſſiſſe. Non enim iſtius cumulationis effectus erit avocatio, ſed potius ut in concurrenti jurisdictione fieri ſolet, præventioni dabitur locus, ut lites in Camera cœptæ, apud Imperatorem non poſſint ventilari: & vice verſa lites apud Imperatorem cœptæ, non poſſint in Camera proponi: M. Steph *de iurisd. l. 1. c. 26. n. 3. & 4. & lib. 2. part. 1. c. 1 membr. 2. n. 218.* Gail. 1. *obſerv. 29. n. 3. & ſeqq.*

81. *Quarto*; poſito, Imperatorem cum quovis ſubdito in jurisdictione concurrere, concurrentia tamen illa avocationi viam potius præcludit, quam ut aperiat. Generaliter enim in eiusmodi concurrentia verum eſt, judicium ibi finiri debere, ubi cœptum eſt: *l. 30. ff. de iud.* Matth. Steph *d. lib. 1. c. 26. n. 5.* Sed ut evidentius conſtet, *an Imperator cum Statibus Imperii in iurisdictione concurrat?* utriusque

partis

partis rationes audiendæ sunt.. Pro Imperatore, cum aliis, pugnat Casparus 82. Leipoldus *in decuria gemina quæstionum juridicopoliticar. de concurrentia jurisdict. in Imperio Romanogermanico, quæst.3.* I. Quod Imperator habeat fundatam intentionem in omnes, intra Imperii Romanogermanici limites domicilium foventes, quoad jurisdictionem: Menoch. *consil.12.n.3.* Knichen *de jure territor. c.1.n.187.* Schvvanmann. *observ.Cam.2.n.6.* Gail.1. *de pace publ.observ.11.n.4.& 5.* & Dd. communiter. II. Quoniam Status Imperii feuda eius etiamnum eodem, 83. quo olim à Carolo Magno acquisiverunt, jure possident: merito enim investituræ modernæ ac posteriores, ex prima recipiunt interpretationem, restrictionem vel extensionem: FFtæ communiter. nec Status ipsi titulum & causam suæ possessionis qualificatam mutare possunt. At constat jurisdictionem Carolum Magnum, & alios semper cumulative Principibus contulisse, ut se ab illius exercitio non exclusos voluerint. Supremam itaque jurisdictionem Imperatori reservatam, ut causarum cognitionem ipse suscipere, sive anticipatione, sive concursu, sive evocatione, omnemque magistratibus inferioribus attributam jurisdictionem suo jure exercere possit: Paurmeister. *de jurisd. lib.2. c.1. num. 38.* III. Experientiam adducunt testem, quod mediatos Imperii, hoc est, subditos 84. Statuum, quotidie, sive testimonii, sive litis causa, absque omni subsidio juris, ex qualibet provincia Imperii evocati, illisque mandari atque inhiberi videamus: Matth. Steph. *d.l.2.part.1.c.1.membr.2.n.242.* Gail.1. *observ.95.n.16.* (ita eum allegat Leipoldus, sed dicta observatio tot numeros non habet, nec quicquam hac de re in eadem dicitur. Matthias Stephani *d.l. pro 95.* allegat 93. *n.16.* sed nec ibi numerus, nec quicquam huc pertinens reperire datur) & *observ. 98. n. 2.* Hartman. Hartmann.2. *tit.1. observ.6.n.14.* Wurmser.1. *tit.6. observat.9.* Wesembec. *consil.97.* Et licet huic rei à Statibus contradictum quandoque: Gail. *d.n.2.* nihil tamen eosdem profecisse, Reuberus *de testibus fol.10.* asseverat: imo Status sæpe mandatis compulsorialibus sine clausula, & interdum quoque cum comminatione, ad sistendum subditos Commissariis, eos etiam citra requisitionem, atque adeo in istorum Statuum territoriis, qui gaudent privilegio ab iis in totum non provocandi, nec illorum subditos evocandi, citantibus, adactos fuisse: Matth. Steph. *d.lib.2.part.1.c.3.membr.2.n.18.* Vbi ex Rutgero Rulando *de com-* 85. *missar.p.1.lib.5. c.3 n.25.* refert, cum quandoque Elector Saxoniæ Augustus testibus prohibuisset, ne ad citationem Commissarii Cameræ comparerent, Commissarium hac de re conquestum impetrasse in Camera mandatum sine clausula, quod & Electori insinuatum. Præterea addunt quod monitoria & bannimenta in territoriis Statuum affigi & publicari citra ullam eorum requisitionem tota die videamus: Rutg. Ruland. *d.tract. part.1.lib.1.cap.4.* & quod præventio inter Imperatorem & Status, etiam quandoque in prima instantia, locum habeat, docere Mynsing. *consil. 24. n.21.* IV. Quod ipsi Status Imperii te- 86. neantur suos subditos in aula Imperatoris, coram [illegible] vel Camera

convenire: Mynsing. *5. observat.* 1. *n.* 18. Cothman. *consil.* 32. *n.* 1. sicque ad alterum istorum dicasteriorum vagabundum, propter universalem Imperatoris & Cameræ in Imperio jurisdictionem, per Statuum territoria diffusam, trahi posse: Gail. *d. observat.* 1. *n.* 33. 52. Mynsing. 4. *observ.* 39. itidemque jurisdictione inter duos Status, in aliquo castro, vel villa litigiosa, subditos de illo castro, vel villa, statim in primo judicio recte apud Imperatorem vel Cameram conveniri: Guil. Rodinger. 1. *manual. de jurisd. Cam. tit.* 3. *n.* 2. Denique subditos Statuum in aula Imperatoris commorantes atque deprehensos ibidem conventos, nolentes respondere, teneri ad cautionem de sistendo ac respondendo in foro domicilii, nisi testimonii, vel alterius muneris necessarii causa, ibi locorum versentur: Gail. 2. *observ.* 36. *n.* 3. Zasius *t. de jud. civili, per l.* 2. *§. legatus, ff. de iud.* Vantius *de nullit.*
87. *ex defect. iurisd. ord. n.* 48. V. Cum subditi Statuum, ratio appellationis & evocationis, etiam privilegiatorum, citati ad Cameram, vel Imperatorem, comparere, privilegiaque in originali, vel authentica forma nunquam insinuata, mature producere sub pœna banni, contumaciæ teneantur: *arg. d. l.* 2. *§. legatus.* Matth. Steph. *de iurisd. l.* 1 *c.* 33. *n.* 17. Wurmser. 1. *obs. t. de in ius voc. c.* 14. *observ.* 6. *& tit.* 6. *observ.* 3. Gail. 1. *observ. n.* 5. *& obs.* 48. *n.* 7. multo igitur magis subditos aliorum Statuum, eiusmodi privilegio non gaudentium. Exceptionem enim quorundam à jurisdictione, probare aliorum non exceptorum omnimodam subiectionem, cum speciale in uno suggerat jus commune imperii in cæteris
88. contrarium. VI. Adeo autem Imperatorem adhuc obtinere concurrentem jurisdictionem in territoriis Statuum, ut horum jurisdictionem limitaverit atque restrinxerit, quoad loca, causas, personas, & actus judiciales illorum territoriorum, eaque Statuum districtui exemerit: Paurmeister. *de iurisd. lib.* 2. *c.* 8. *n.* 26.
89. VII. Quoad ipsos Status etiam, aliosque immediatos Imperii delinquentes in propriis, Imperatorem habere criminalem jurisdictionem: Mindan. 1. *de*
90. *process. c.* 9. *n.* 4. Rutger. Ruland *de commiss.* 1. *l.* 2. *c.* 3. *n.* 6. VIII. Denique Imperatori concurrentem jurisdictionem in universo Imperio non denegandam: cum Pontifici cum omnibus totius mundi, atque etiam ipso Imperatore, ac temporalibus magistratibus universis jurisdictionis concurrentia à suis asseratur: Boss. *in pract. de foro compet. n.* 64. *ibi* Bart. & Aret. Paurmeister. *d. lib.* 2. *c.* 7. *n.* 141. Hac-
91. tenus ex Leipoldo. Reinkingius *de regim. secul. lib.* 1. *class.* 5 *c.* 7. *n.* 16. contrariam sententiam propugnans, eam de jure & more novissimo ait esse veriorem, & receptiorem. I. cautum esse constitutionibus Imperii, subditos Statuum in ordinariis judiciis relinquendos, & non evocandos esse: *Ord Cam. A.* 1495. *rubr.* Die Unterthanen in ihren ordentlichen Gerichten bleiben zu lassen / quod *sub eadem rubr. in reform. Worm. de an.* 1521. repetitum, ut & *in Ord. Cam. novissim. part.*
92. 2. *t.* 1. *in pr. t.* 5. *§.* Und soll sonst. *& tit.* 8. Wo sich aber zwischen. II. Hodiernis moribus Principes Imperii jure hereditario, perpetuo, & ad heredes transmissibili, esse investitos, jurisdictionem non administrationis titulo, sed jure patrimonii,

monii, in vim utilis dominii, ideoq in ea non minus, quam in fructuum perceptione turbari ab Imperatore debere. Iurisdictionem enim ex feudi beneficio competentem ad fructus feudales referri: Paurmeiſter. *de iurisd. Rom. Imp. lib. 1. c. 25. n. 42.* Carol. Molin. *in conſuetud. Pariſienſ. tit. 1. §. 1. gloſſ. 1. n. 51.* & Dominum feudi, aliquem de jurisdictione alicuius loci inveſtientem, non poſſe ſe cognoſcendo intromittere in primis cauſis, hoc eſt, in prima inſtantia ſubditorum vaſalli Roſenthal *de feud. c. 5. concl. 5. n. 4. & gloſ. c.* III. Quoties privative conceditur jurisdictio, & regalia, ſuperiorem non concurrere in prima inſtantia cum vaſallo: Iaſon *conſ. 70. n. 1. vol. 3.* Menoch. 12. *præſumpt. 18. n. 36. & ſeq.* atque privative jurisdictionem, & regalia, conceſſa cenſeri, ſi per inveſtituram, quæ eſt ſpecies quædam contractus, transferantur: Iaſon *d. conſil. 70. col. 4.* Curt. Sen. *conſ. 75. n. 28.* Cravetta *conſil. 41. n. 36.* Schrader. *de feud. part. 10. ſect. 1. n. 131.* nec quicquam præter jus ſuperioritatis cenſeri reſervatum: Schurf. 1. *conſil. 26 n. 2. & ſeq.* Weſemb. *conſil. 95. n. 27.* Nam ex inveſtitura utilis dominii jus transferri in vaſallum, ideoque neceſſe eſſe privative transferri, quia ejusdem rei dominium apud plures in ſolidum eſſe non poſſit: *per vulgata*: Menoch. *d. præſumpt. 18. n. 16.* Et longe potentius eſſe dominium jurisdictionis utile in exercitio, quam directum: Knich. *de veſtitur. pact. part. 2. c. 1. n. 31. & ſeq.* Surdus *conſil. 210. n. 1. vol. 2.* IV. Alios etiam Status & Proceres, licet non per modum feudi jurisdictionem poſſideant, tamen vigore territorii, & ex temporis immemorialis uſu privative jurisdictionem, ad imitationem feudatariorum hodie uſurpare, idque notius eſſe, quam ut ulteriori probatione indigeat. Si, quæ ego, hanc circa controverſiam, ſentio, libere, citra cuiuſque, & potiſſimum ipſius veritatis, præjudicium, promere auſim, non habeo, quod dicam aliud, quam Imperatorem, eo ſenſu, quo communiter concurrentia jurisdictionis accipitur, cum Statibus Imperii ſuis in territoriis in jurisdictione non concurrere. Video enim rationes Reinkingii ſuo conſtare robore firmas, nec neſcius ſum capitulationis Imperatoriæ, quam ſupra retuli *lib. 1. c. 12. n. 50.* cujus §. 13. expreſſe Imperatoriæ poteſtati limites iſtos ponit: daß Kaiſerliche Mayeſtät die Unterthanen von ihrer ordentlichen Obrigkeit nicht eximiren/ erfordern/ noch für ſich beſcheiden ſolle. Hoc ipſum poſtquam Leipoldus inficiari non potuit, expreſſe ſuam reſtrinxit ſententiam, ut concurrentiam, quam ipſe ſummis viribus propugnaverat, non eo ſe extendere ſcripſerit, ut ſubditi Statuum protinus in prima inſtantia in Cameram, & ad aulam Imperatoris, evocari poſſint. Cæterum quanti Leipoldi rationes ſint, ſequentia evincunt. I. Verum eſt, Imperatorem habere fundatam jurisdictionem in omnes, tam mediatos, quam immediatos, Imperii cives, quando cauſa vel per viam ſimplicis querelæ, vel appellationis ad Cæſaream cognitionem juxta publicas Imperii conſtitutiones pertinet. Regulariter enim in prima inſtantia coram immediato ſuo magiſtratu, ut diximus, quilibet conveniendus. Statuum itaque ſubditi, licet iſtis caſibus jurisdictioni Imperatoris dicantur eſſe ſubiecti,

93. 94. 95. 96.

attamen si quid extra istos est, à jurisdictione eius adeo excepti sunt, ut jurisdictioni magistratus vel Principis sui ex asse, & respectu illorum, privative, subiaceant. In prioribus nulla potest Imperatoris allegari concurrentia cum Statibus, quia demum in illis concurrentia est, quæ utrique pariter conveniunt. Atqui cognitio & diiudicatio causarum, quæ vel per viam simplicis querelæ, vel appellationis tantum, ad Imperatorem pertinent, Statuum à jurisdictione exceptæ sunt. In posterioribus iterum nulla concurrentia dabitur, quia dum certæ causæ à Statuum jurisdictione privative exceptæ, sequitur, non exceptas eorum jurisdictioni privative relictas: Felinus *in cap. pastoralis 7. ext. de offic. deleg. n. 2. limit. 2.* Idque potissimum inde, cum nullibi per omnes Imperii recessus & constitutiones legere detur, Imperatorem, ut de quibusdam causis privative solum cognitionem expresse sibi reservavit, ita in cæteris concurrentiam retinuisse: quod tamen expresse, ut prioribus factum, in hisce quoque fieri debuisset. Sane universalis, & per universum Imperium diffusa jurisdictio Imperatoria, eo se non extendit, ut proceribus Imperii in jure immediatæ jurisdictionis quæsito, quid derogare valeat: Rauchbar *part. 2. q. 11. n.* 11. Reinking. *d. l. n. 26.*

97. II. A Carolo Magno quibus conditionibus, quave lege, Status fuerint infeudati, res est obscurissima, nec à Leipoldo, aut quopiam alio explicata satis. Antequam itaque ille aliive doceant, Carolum, infeudando Principes, expresse sibi concurrentiam in jurisdictione reservasse, nos generalem sequimur regulam, quod in infeudatione (etiam omnimodæ jurisdictionis, inferioris scilicet & superioris) intelligatur superior à se abdicasse omnem potestatem juris dicendi, & privative in privative accipientem contulisse: Henning. Gœden *consil. de aurifodinis 2. n.* 18. Wesemb. *consil. 95. n. 57.* tum quia beneficia Principum latissime sunt intelligenda: *l. beneficia 3. ubi* Iason *n. 19. 25. & 31. ff. de constit. Princip.* tum quia imputatur investitori, qui legem contractus non scripsit apertius, adeoque contra ipsum fit interpretatio: *l. veteribus 39. ff. de pact. l. fin.* C. *de dot. promiss.* Menoch. *de præsumpt. lib. 3. præs. 39. in fin.* Vulteius *de feudis lib. 1. c. 7. n. 56.* tum, quod si aliter diceretur, sequeretur ex hoc confusio, & turbatio jurisdictionum, contra *l. consulta 23.* C. *de testam.* Colerus *de processib. execut. c. 1. part. 2. n. 155.* Hoc certum est, ab investitura antiqua non facile esse recedendum, posse tamen recedi, si domino & vasallo hoc placeat, nec tertii id fiat in præiudicium: Dec. *consil. 185. n. 3.* Menoch. *consil. 202. n. 25. vol. 3.* At si Carolus expresse sibi concurrentiam in jurisdictione Statuum infeudata primum reservavit, ut vult Leipoldus, aliud utique à posterioribus actum fuit, dum sibi expresse eandem non reservarunt, & per consequens jurisdictionem privative transtulerunt. Et sane pinguior hodie conditio Imperii Principum est, ac fuit tempore Caroli Magni. Cum enim is Imperium jure teneret proprio, Principibus primus leges dabat, nullas contra ab iisdem recipiebat: hodie postquam eo perventum est, ut Imperator benefi-

cio,

ficio, non jure proprio, teneat Imperium, is primum à Statibus Imperii, quos Electores repræsentant, leges accipit, postea aliis ipse ponit. Præterea non omnes, qui jurisdictionem habent, eandem feudi titulo à Carolo obtinuerunt; sed & alii præscriptione sibi eam acquisiverunt. Vbi similiter sciendum, per præscriptionem acquisitam jurisdictionem, respectu maioris vel superioris, privative intelligi acquisitam: Colerus *d.l.n.158.* III. Evocationes testium quod attinet, 98. Status nonnullos Cameræ contradixisse certum est, & quicquid tandem sit, non protinus concurrentiam aut cumulationem jurisdictionis hæc innuit evocatio. Nam, ut Colerus *d.tr.part.2.c.7.n.36.* annotavit, etiam Principes, Duces, & similes potestates, qui subfeudarunt alios de suis dominiis, cum omnimoda jurisdictione, citant hodie inferiores, eorumque subditos, absque requisitione illorum, sub quorum territorio immediate degunt citandi. Quod forsan excusari, & factum dici potest, in signum videlicet, & pro memoria præteritæ subiectionis, argumento eius, quod tradit Panormitanus *in c.constitutus, n. 21. ext. de religios. dom.* Olim de jure civili Romanorum licuit Imperatori, sive Principi, ex qualibet provincia ad testimonium dicendum evocare provinciales: *l.sed & 26.§.ult. ff.ex quibus caus.maior.* Quod tunc fieri conveniens erat, quando provinciarum Rectores non privative, ut hodie Principes nostri, jurisdictionem obtinebant; sed mutata ista rerum facie, hodie idem si licere Imperatori dixerimus, expresse hoc eidem reservatum probemus necesse est. IV. Quod Princeps subditos suos 99. in Camera, vel aula Imperatoris convenire debeat, catholicum non est. Aliud enim nonnullis consuetudo, vel privilegium dedit, suos videlicet ut possint subditos coram judicio Curiali, vor jhrem Hoffgericht/ convenire: Gail.1.*observ.1. n.* 18. Quibus autem hoc datum non est, ii recte ad totius Imperii dicasterium causam deferunt, unde tamen concurrentia jurisdictionis exsurgit nulla, sed universalis illa jurisdictio, quam Imperator in totum habet Imperium, hic sola operatur, nec concurrentiam admittit. Cum enim Imperator, vel Imperialis Camera, immediatorum Iudex sit ordinarius, nemo vero regulariter sibi ipsi jus dicere debeat: *l.un.C.ne quis in sua caus.jud.l.1.ff.de jurisd.* nulla hic concurrentia allegari poterit. Vagabundum quod attinet, qui scil. certum domicilium nulli- 100. bi habet, ac proinde nec judicem certum, is conveniri potest ubique locorum, ubi reperitur: Bald.*in l.si in possessione 3.n.2.C.ubi de causa stat. agi oport.* Alber.de Rosat.*in l.heres absens 19.§.si quis tutelam 1.n.7.ff.de iudic.* Angel.*in l.nemo carcerem 2.circa fin.& ibi* Benedict.de Plumbino *col.5.C.de exactor.tribut.lib.*10. quod ideo fit, ne creditoribus pereat actio: Bald.*in addit.ad specul.t.de compet.jud.n.*30. In vagabundo siquidem, aut fugitivo, obtinet illa autoritas: *Vbi te invenero, ibi te judicabo.* Panormit.*in c.fin.n.13.ext.de foro compet.& notat* gloss.*verbo comprehendi, in §.si vero quis comprehensorum, auth, ut nulli judicium, collat.9.* quo casu fugitivus, sicut & vagabundus, non possunt excipere de fori incompetentia: Rom.

consil.

consil. 239. *& in l. de pupillo* 5. §. *meminisse, ff. de oper. novi nunc.* Caccialupus *de debitore suspecto* 4. *quæst. princ. n.* 3. *&* 4. *q.* 7. *n.* 1. allegans textum *l.* 1. *ibi*; *adeat judicem, cuius primo potuit habere præsentiam*, *C. in quibus caus. coloni*, *lib.* 11. Anchoranus *consil.* 192. Colerus *de process. execut. part.* 2. *c.* 1. *n.* 93. Putat quidem Gailius *d. obs.* 1. *n.* 33. coram Camera vagabundum conveniendum, atque ab eadem eundem per edictum citandum: *d. lib.* 1. *observ.* 57. *n.* 4. quod affigi debeat in illa civitate, ubi solitus est vagabundus conversari. Quod uti fieri posse non infiteor, ita tamen è re actoris minus id arbitror futurum: cum citius vagabundus ubi deprehensus est, & facilius, ad solutionem debiti compelli possit, quam si ad Cameram evocetur. Etenim illo casu si satisfacere paratus non sit, detineri, aut arrestari poterit: Io. Baptista Caccialup. *de debitore suspecto* 4. *quæst. princip. n.* 3. hoc, abunde habebit, quo judicium effugiat. Quod si Gailii hæc mens est, vagabundi competentem judicem Cameram tantum esse, pessime omnium consultum erit horum creditoribus, vix unquam suum recepturis. Vt autem hi suum recipiant, summa esse cautio debet, in tantum, ut vagabundus non debeat audiri offerens cautionem de se præsentando in curia competente: Panormit. *in c. fin. n.* 15. *ext. de foro compet.* idque triplici ratione: tum quia tempore citationis reperiatur absque domicilio, & sic fundata sit jurisdictio illius judicis, in cuius territorio reus deprehenditur: Angel. *in l.* 1. *n.* 2. *C. ubi quis de curialib.* tum etiam propter præventionem: *c. proposuisti, ext. de foro compet. l. cum quædam puella* 19. *ff. de jurisdict.* tum denique, quod reus præsumatur istam dilationem petere malitiose, ac in fraudem creditorum: *arg. l. cum ex parte* 3. *in verbis, ut jurisdictionem tuam elidant, ext. de privileg. cap.* 1. *ibi*; *propter pecuniariam causam deprehendantur in*

101. *fraude, extr. ne clerici vel monachi.* Coler. *d. l. n.* 96. V. Certum est, regulariter subditos Statuum ad Cameram evocari non posse, ut superius probatum: ergo omnes regulariter à jurisdictione Cameræ exempti. Quod si vero alii Statuum sunt, quibus ratione appellationis pinguior est conditio, illi jamdudum privilegia sua Cameræ insinuarunt, ut nova insinuatione opus non sit. Ex privilegio autem isto non hoc nacti, ne ipsorum subditi ad Cameram in prima instantia evocentur, cum hoc jure antea fuerint muniti, sed hoc, ne in secunda quidem indistincte eo trahi possint. Atque ita cum hæc specialia sint privilegia, generale jus innuunt esse in contrarium, quod hoc respectu non infitemur. At inde concurrentia Imperatoris cum Statibus in jurisdictione nulla. Sive enim privilegia de non appellando intra quamlibet summam, sive intra determinatam tantum obtineant, cessat concurrentia; quia utrobique Statuum jurisdictio sola viget. Quod si vero nullo, ratione appellationis, privilegio gaudeant, iterum nulla concurrentia erit Imperatoris, & Status illius: quia hoc

102. sibi Imperator præcipuum reservasse cognoscitur, ut ad se appelletur. VI. Si aliquam Imperator sibi in Statuum subditos reservavit jurisdictionem, illa plane alia est ab ea, quam Statibus in eosdem tribuit, ut si sibi reservatam

vatam exerceat, non concurrat cum Statibus in jurisdictione: concurrentia enim jurisdictionis est illa, ubi ab utroqe latere æqualis jurisdictio unicuique competit in idem subiectum; vel, ut loquitur Matth. Stephani *de jurisdict. lib. 1. c.26.n.3.* concurrens jurisdictio est, & dicitur, quæ competit cumulative pluribus, cum eædem causæ plurium magistratuum notioni subiectæ sunt, ita tamen ut unusquisque per se in solidum cognoscere & definire possit causam, solusq; ipse de causa cognoscit, & judicat, qui primus aditus fuit à partibus, adeoque ratum est, & valet, quicquid ab eo factum fuerit, cum occupationi, vel præventioni hic locus sit. VII. Quod ipsos attinet Status, licet in eosdem etiam in proprio territorio delinquentes jurisdictionem habeat, nulla tamen inde cumulatio surgit. Non enim Status in semetipsos jurisdictionem habent, sed Imperator in eosdem; qui quidem iisdem jurisdictionem in subditos concessit, at sibi in Statuum personas jurisdictionem reservavit. VIII. Denique non est, quod ad exemplum adblandientium Pontifici nos componamus, aut aliorum sequamur vestigia, ubi veritas aliud nobis suggerit. Concurrentiam Imperatoris in jurisdictione cum Statibus vix agnoscimus, jurisdictionem tamen Imperatoris certis casibus in Statuum subditos legibus deprehendimus firmatam, ullam citra concurrentiam. Huc pertinent omnes illi casus, quibus vel in prima, vel in secunda instantia, subditi Statuum in Camera conveniendi, de quibus agit Gailius *d.lib.1.observ.1.* Quibus ita discussis, redeo ad *quintum* Berlichii fundamentum, respondendo ad idem, nihil derogari maiestati Imperiali, quando veritati conveniens esse profitemur, Imperatorem in Cameram pendentia litigia, & causas ibi acceptas avocare non posse, æque ac illius maiestati nihil decedit, dum causas in Statuum judiciis pendentes avocare non potest. Etenim sive privative, sive cumulative, in alium quis conferat jurisdictionem, maiestati suæ propterea nihil detrahit, sed illæsa & sibi constans maiestatis essentia remanet utroque in passu. Nec illud in odium Imperatoris & despectum detorquetur, quod ipsi Imperatori placuisse deprehenditur, quodque eidem placere potuit citra ullam maiestatis imminutionem. Coleri quoque axioma *d. part. 2. c. 1. n. 162.* de communione & societate muneris, ad Cameram extendi non potest, cum fundamenta, quæ ipse allegat, videlicet *l.1.C. de offic. præf. urb. l. in hac sacratissima 30. C. de donat.* huic non possint aptari. Præterea, inter Imperatorem & Cameram quasi communionem & societatem muneris esse, probatione indiget maxima. Transtulit Imperator jurisdictionem suam ex parte, quam à Statibus habuit, in Cameram, cum consensu tamen Statuum & approbatione eorundem: nec enim aliter poterat: societatem cum Camera iniit nullam. *Sextum* argumentum tunc aliquid poterat obtinere roboris, nisi expresse ab Imperatore avocationi fuisset renunciatum, quod supra firmavimus. Quod vero Cameram inferius judicium vocat Berlichius, id cum *d.tit.3. Ordin. Cam. part.1. & aliis concor-*

103.

104.

105.

106.

107. *dantibus locis*, quomodo conveniat, ipſe viderit. *Septimum* hoc tantum evincit, Cameram, quoad jurisdictionem, tantum non poſſe, quantum Imperator ſibi reſervaverit, nec Cameræ conceſſerit unquam. Quæ autem conceſſit, licet ea ipſius conficiantur nomine, attamen eam ſibi non reſervavit poteſtatem, ut
108. avocationi locus in illis relictus ſit, per ſuperius tradita. *Octavum* procedit cum limitatione, niſi Marchio avocationi expreſſe renunciaverit: Id quod & ab Imperatore factum ſæpius monuimus. Non igitur, ut Berlichius ſibi imaginatur, in caſu verſamur dubio, & ancipiti, ſed verba *d.t.35.part.2.Ord.Cam.* cl. ra ſunt, ut omne excludant dubium. Vbi autem verba talia ſunt, diſputationibus in contrarium fruſtra indulgemus: Tiber. Decian *conſ.38.num.2.vol.4. & conſil.43.*
109. *n.4.vol.2.* *Nono*, quod Regi Franciæ, quoad avocationem cauſarum, in Parlamentum Pariſienſe juris eſt, id ex reſervatione eſt: quod Imperatori in Cameram, quoad avocationem cauſarum jus nullum eſt, id ex abdicatione & renun-
110. ciatione eſt: inter utrumque itaque quoad hoc differentia magna. Reſponſionem quod attinet, quam Berlichius *ad d.t.35.* adfert, eam ſupra expugnavimus. Quod inſuper negat, Imperatorem per modum contractus in ordinationem Cameræ conſenſiſſe, labitur. Non ſequitur, ut ipſe colligit: Si Imperator cum Cameralibus judicibus contractum non iniit; ergo per modum contractus in ordinationem Cameræ non conſenſit. Deinde fateri ipſemet cogitur, inter Cæſarem & Status Imperii de forma judicii Cameralis mutuo conſenſu aliquid conſtitutum, quod ſane ex contractu eſt. Habet ergo Camera jurisdictionem ſuam ex contractu eo, qui inter Imperatorem atque Imperii Status celebratus fuit.

111. IV. Generalis propoſitio eſt, Cameræ jurisdictionem ad omnia ea ſe extendere negotia, & perſonas, quæ ad jurisdictionem ſpectant Imperatoris: *Ordin.Cam.part.2 tit.27. ibi*: Weiter ordnen/ſetzen vnd wollen wir/daß alle vnd jede Perſonen vnd Sachen/die der Kaiſerlichen Jurisdiction ohne Mittel vnterworfen/ vnd durch ſondere Austräge dieſer Ordnung/ oder anderer Privilegien/ Freiheiten/ gewillkürte/ vnd rechtmäſſige Gewohnheiten nicht ausgenommen ſeynd/ an dem Kaiſerlichen Cammergericht fürgenommen vnd gerechtfertiget werden ſollen. Meretur hæc propoſitio conſiderari uberius, ut nobis conſtare poſſit, quæ perſonæ in Camera conveniri, quæve negotia in eadem tractari poſſint.
112. Perſonas quod attinet, illæ aut mediate Imperatori ſubſunt, aut immediate. Mediate quæ ſubſunt Imperatori, illæ in ſecunda inſtantia regulariter in Camera conveniuntur: *d.part.2.t.28.* niſi ſpecialiter à jurisdictione Cameræ exemptæ ſint, ut ſunt Lotharingici, & Burgundici Ducatus incolæ, nec non ſubditi Archiducis Auſtriaci, ut innunt der Lottringiſche vnd Burgundiſche Verträge/ nec non privilegia Auſtriacæ domus. In prima autem inſtantia regulariter in Camera conveniri non poſſunt: *d.Ordin.Cameræ, de anno 1495. rubric.* Die Vnterthanen

nen in ihren ordentlichen Gerichten bleiben zu lassen: *Reform. Worm. de anno* 1521. *iisdem verbis concepta rubrica Ord. Cameræ ult. part. 2. tit. 1. in princ.* & 5. §. Und soll sonst. *tit.* 8. §. Wo sich aber zwischen. *Capitulatio Imperatoria*, §. 13. Exceptio 113. est, I. nisi causa vel negotium, propter quod convenitur mediatus, alium non habeat judicem, nisi Cameram; welches solche Fälle seyn/ die nach Laut der Cammergerichtsordnung/ an das Cammergericht ohne Mittel gehören: *d. part. 2. Ord. Cam. tit. 1.* II. Nisi judices ordinarii ejus, qui mediate Imperatori subiectus, 114. justitiam protraxerint, vel denegaverint: *d. tit. 1. ibi*; Es were dann Sach/ daß einer die ordentliche Untergericht umb Recht ersucht/ und ihm darauf in Zeit eines Monats nach beschehenem Ersuchen/ zu Recht nicht verholfen/ oder ihm das kündlich versagt/ oder mit Gefährden verzogen were: In welchem Fall dann der/ dem das Recht also geweigert oder verzogen/ desselben Untergerichts nächste Oberkeit und Herrschaft/ ihme Rechtens zu verhelfen ansuchen/ und da ihme daselbst auch nicht zum Rechten/ wie sich gebühret/ verholfen/ solches dem Kaiserlichen Cammergericht anbringen mag/ allda ihme alsdann verholfen werden soll. Junge *d. part. 2. tit. 26.* III. Nisi Status aliquis Imperii subditum convenire velit: 115. Gail. *d. observ. 1. n. 18.* IV. Nisi conveniatur persona quædam Cameralis: *d. part.* 116. *1. tit. 49.* V. Nisi conveniatur is, qui habet domicilium sub jurisdictione liti- 117. giosa inter duos Imperii Principes: Guilhel. Roding. *in 1. mandati de jurisd. Cam. Imperial. tit. 3. n. 27.* ubi refert, aliquando in Camera processus fuisse decretos in causa Dormbachs contra Ernseck/ propterea quod illius loci jurisdictio, ubi reus habitabat, inter Electorem Moguntinum, & Hassiæ Principem litigiosa esset, & de illa lite in Camera Imperiali constaret. De quibus & similibus exceptionibus videri possunt, Gailius *d. loc.* & Matth. Stephani *de jurisd. lib. 2. part. 1. cap. 5.* Immediate qui subsunt Imperio, illi regulariter in Camera conveniendi sunt in 118. prima instantia: I. nisi jus austregarum habeant: *d. part. 2. t. 2. & tit. 27.* II. nisi ad 119. 120. jurisdictionem Cameræ causa non pertineat: *d. part. 2. tit. 7.* III. nisi à jurisdi- 121. ctione Cameræ exempti sint. Tales sunt (1) Lotharingiæ Dux. Ita enim legi- 122. mus in dem Lottringischen Vertrag *anno* 1542. aufgerichtet/ cuius tenorem supra posuimus. Sonst sollen sie/ und das Hertzogthumb Lottringen/ und desselben Unterthanen/ aller anderer Process/ Mandaten und Jurisdiction des H. Reichs/ es sey in erster/ oder anderer Instantz/ geübrigt/ gemüssiget und frey seyn/ und mit einigen Processen/ Mandaten/ Citation/ Appellation/ Annemungen und anderer Sachen/ wie die Namen haben möchten/ keine ausgenommen/ dann die allein zu Anlegung der Anschläge und Auflagen/ auch Handhabung Landfriedens/ Sicherheit und Geleits/ wie obgemeldt/ gehörig seyn/ unbeschwert gelassen werden und bleiben. (2) Dux Burgundiæ. Innuunt hoc des Burgundischen Vertrags (cujus tenor supra à nobis relatus) verba sequentia: Ausserhalb solcher Contribution sollen ersehne unsere Lande/ und dereselben Unterthanen/ bey allen ihren Freyheiten/ Rechten/ Gerechtigkeiten/ Exemption der Appellation/ und Jurisdi-

ction/gänßlich vnd ruhiglich gelassen/darwider nicht betrangt/sondern deren Land Unterthanen vnd Zugehörige / mit vnsers Kaiserlichen Cammergerichts Mandaten / Citationen / Annemung der Appellation / vnd andern Processen / in allen andern Sachen/wie die Namen haben/keine ausgenomen/ausserhalb der Contribution/vnbeschwert vnd vnangefochten bleiben/vnd vnser vnd des H. Reichs Jurisdiction in erster vnd anderer Instanz geübriget vnd gefreiet seyn. (3) Austriæ Archiduces: Mynsing. 5. *observ.* 58. *n.* 1. de qua tamen exceptione nondum certa stat omnium sententia: Matth. Steph. *d. lib.* 2. *part.* 1. *c.* 3. *n.* 49. Præterquam enim, quod in causis fractæ pacis publicæ Cameræ jurisdictioni nihil detractum, etiam extra easdem mandata contra Austriacos, istamque arctiorem inhibitionem, cum annexa citatione ad videndum, se incidisse in pœnam banni, decretam fuisse, certis quibusdam præiudiciis notat Thom. Michaël *disput. de jurisd. concl.* 23. Et monuimus supra, Imp. Carolum V. tanquam Archiducem Austriæ, ad Cameram fuisse citatum, ista formula: Wir Carl/2c. Römischer Kaiser/entbieten dir Carl von Oesterreich/2c. Buxtorf. *ad A. B. c.* 5. *concl.* 64. *circa fin.* Porro negotia & causas quod attinet, omnes diximus regulariter in Camera proponi & ventilari posse. Id quod partim in prima, ut loquuntur, partim in secunda agitur instantia. In prima instantia causæ Cameræ jurisdictioni subiectæ, sunt fiscales omnes, puta fiscum Imperii concernentes causæ: *Ordin. Cam. part.* 2. *tit.* 20. §. *ult.* & aliæ quam plurimæ: Inter quas connumerandæ sunt, *primo*, causæ fractæ pacis religiosæ, quando videlicet aliquis religionis intuitu, contra tenorem ordinationis anno 1555. confirmatæ, in persona, vel rebus, ab alio turbatur: Gail. 1. *observ.* 1. *n.* 3. & *observ.* 2. *per tot.* R. A. zu Augspurg *de anno* 1555. §. Wir befehlen vnd gebieten. Quod supra in genere de concurrentia aulici consilii, vel Imperatoris, cum Camera, disputatum fuit, hic in specie magna nonnullorum contentione disquiritur, *utrum scil. non solum ad Cameram harum causarum cognitio & diiudicatio pertineat, verum etiam ad Imperatorem, sive aulicum ipsius consistorium, ita ut præventioni locus esse possit?* Ad solam Cameram pertinere cognitionem causarum religiosarum, statuit Autor der beständigen Information *facti & juris* wider die Donawertische Relation *p.* 111. *part. & seqq.* & nonnulli alii. Quam in partem inclinat quoque scriptum quorundam Protestantium Cæsari Rudolpho II. 10. Iulii anni 1608. per delegatos exhibitum: Es wüsten die schickende Stände dero Posterität zu Nachtheil niemand einzuraumen / wann zwischen den Ständen des Reichs über dem Religionfrieden Streit fürfallen / daß alsdann Kaiserlicher Maiestät Hof vnd Rähte darüber cognosciren sollen / dann solches wolle sich in der Ordnung keines Wegs finden. Cui adiungi possunt, & debent ea, quæ supra retuli Correspondentium Gravamina, *lib.* 4. *c.* 8. *n.* 37. Rationes huius opinionis præter generales superius adductas, in specie adduci video, I. verba *dicti Recessus Imperii de anno* 1555. §. Wir befehlen vnd gebieten auch hiemit / vnd in Kraft dieses vnsers Reichsabschieds / den Kaiserlichen Cammergerich-

124. 125. 126. 127. 128. 129.

richter vnd Beysitzern/ daß sie sich diesem Friedstand gemäs halten/ vnd erzeigen/ auch den anruffenden Parteien darauf/ vngeacht welcher der obgemeldten Religion die seyen/ gebührliche vnd nohtdürfftige Hülffe des Rechten mittheilen/ vnd wider solches alles kein Proceß noch Mandat decerniren/ oder auch sonst in einigen andern Weg thun noch handlen sollen. Ex his ita argumentantur: Si Cameræ soli delata est caussarum religiosarum decisio, ea soli Cameræ etiam est reservanda, sine cujusquam alterius Iudicii concursu. Atqui Cameræ Imperiali soli est reservata, verbis non solum expressissimis, sed præceptivis quoque atque imperativis, wir befehlen. Cum alias, ubi jurisdictionis est paritas, & æqualis cognitionis potestas, propter præventionem, & electionem partibus concessam, etiam verba electiva soleant in Recessibus Imperii adhiberi, ut exemplum extat in rubrica *tit. 9. ord. Cam. part. 2.* ubi de Imperatore cum Camera in caussis fractæ pacis concurrenter cognituro, electivus est textus: daß nemlich wegen Vberfahrung des Landfriedens am Cammergericht geklaget werden möge. II. Autor der beständigen Information &c. p. 178. ita colligit: Daß regulariter alle vnd jede Parteien Sachen/ so der Kayserlichen Jurisdiction immediate vnterworffen/ vnd nicht vor die Austräge gehören/ am Kayserlichen Cammergericht erörtert werden sollen; vnter welche universalem affirmativam constitutio religionis vornemlich/ vnd mehr als andere Streitigkeit gehört/ dieweiln sich in keinen Reichsconstitutionen befindet/ daß solche à regula excipiret/ vnd daß der Kayserliche Hof darüber Richter seyn solle; sondern es ist vielmehr hingegen in dem Religionfrieden expresse verabscheidet/ daß Cammerrichter vnd Beysitzer den anrufenden Parteien/ so wider den Religionfrieden sich beschwehren/ die Hülf Rechtens enrheben/ vnd dabey & cognoscendo & exequendo schützen vnd handhaben sollen. Derowegen vnd dieweil das Cammergericht in solchen Religionfrieden allein Richter seyn solle/ so hat die Kayserliche Maiestät sich insonderheit mit den Ständen/ allen Verdacht vnd Partheiligkeit zu vermeiden/ dahin verglichen/ daß das Cammergericht von beyder Religion Beysitzern zu gleich besetzet/ vnd alle einkommende supplicationes vnd Klagen/ so auf den Religionfrieden fundiret seind/ allein von den Deputirten von beyden Religionen in gleicher Anzahl/ vnd gar nicht von Evangelischen vnd Päpstischen Beysitzern allein erörtert werden sollen. *Et paulo post*: So hat mann auch hieraus leichtsam zu schliessen/ daß nicht allein den Ständen solche parteiliche/ vnd abgesonderte neue Iustitia wider ihren Willen nicht zu zumuhten/ sondern auch dem Kayserlichen Hof selbsten nicht reputirlich seyn wolle/ sich so augenscheinlichen Verdachts halben damit zu beladen/ sondern sich deren vielmehr/ etiam de honestate, wann schon lex scripta verhanden were/ entäussern solte. III. Imperator, cum omnibus Pontificiis in transactione Passaviensi, & Augustano recessu, de anno 1555. partem alteram fecit contrahentium, legibusque iisdem & conventionibus cum reliquis se obstrinxit, & sic judicio, cum omnibus

130.

131.

suæ partis assertatoribus obtulit, subiecitque sententiæ, quæ in transgressores pacis religiosæ est constituta. Atqui usu, & natura receptum est, transivitque in expressas leges jurium nostrorum, ut qui pars est, judex esse non possit: *l.* 10. *ff. de jurisd. l. un.* C.*ne quis in sua caus. jud.* & de adversarii jure censere non debeat, cuius ut id extenuet, & sæpe ad summam iniuriam, detorqueat, maxime
132. interest: Cranius *de constit. religios. part. 2. probl. 1. p. 335.* IV. Imperator Ferdinandus I. rescripto quodam de anno 1564. 23. Martii, causam des Closters Christgarten contra Comitem Ludovicum ab Oetingen/ ad Cameram Imperialem remisit, hat solche Sachen als ohne Mittel dem Religionfrieden anhängig/ von dero Kaiserl. Maiestät Hof gäntzlich ab/ und an das Cammergericht gewiesen: Dona-
133. wert. Informat. *p. 1. p. 183.* V. Catholicos, quales sunt illi, qui aulicum Imperatoris senatum constituunt, in negotio religionis judices plane suspectos esse, apparet ex voto Camerali, in causa Wolfshagen contra Stift Münster/ ubi Pontificii dicuntur causæ Lutheranorum, inprimis ex constitutione religionis, jurati hostes. Item ex voto alio Camerali in causa Dortmund contra Cöln: Cranius *d. t. p.* 340. Quod ipsum quoque pacis religiosæ constitutio satis testatur; dum in eadem sancte sancitum ac ordinatum, ut in decernendis processibus ex constitutione religionis, in Camera utriusque religionis adsessores, æquali nu-
134. mero adhibeantur, & insuper severe prohibitum; ne quid affectibus detur. Qui Imperatorem, vel aulicum eiusdem Consilium, etiam de causis pacem religiosam concernentibus jus dicere statuunt (quod facit Petr. Syringius *in dissertat. de pace religionis, th. 54. lit. b.* & alii, quos recenset Cranius *d. l. p.* 301.) pro fundamento, præter ea quæ supra in genere allata sunt, habent, I. Cui competit executio, ei quoque tribuenda est causæ cognitio, tanquam necessarium antecedens: *l. 9. C. de O. & A.* Atqui Cæsari competit executio in causis religionis: R. A. *de anno* 1566. §. wir wollen/ *ibi*: männiglich bey solcher Religion und gemeinẽ Frieden zu schützen und zu handhaben/ quæ duo determinabilia uniformiter determi-
135. nanda. II. Vbicunque Cameræ jurisdictio est fundata, ibi Cæsar cum ea concurrit, ut generali quæstione supra dictum. At Cameralis jurisdictio in causis
136. religionis est fundata jurisdictio. III. Illa quæ competit vicario, competit multo magis Imperatori, per ea, quæ tradit Buxtorf. *ad A. B. conclus. 59.* At Electoralis Palatinatus Administrator, in causa civitatis Aquisgranensis religiosa, contentiosam jurisdictionem non ita pridem exercuit, quod multis exaggerat die
137. Donawertische Erinnerung *p.* 291. IV. Quod Imperator in causis fractæ pacis publicæ cum Camera concurrentem jurisdictionem habeat, indubium est: *part. 2. Ordin. Cam. t. 9.* Pax autem religionis cum publica paribus procedit passibus. Præterquam enim, quod ut species sub altera, tanquam suo continetur genere; ita generis etiam, & cognitionis Imperialis in eo fruatur beneficio necesse est. Confirmatur ista coniunctio & parificatio in casibus non exceptis, *per*

Consti-

Constitutionem de anno 1555. §. in solcher/ *ibi*: weil kein beharrlicher Fried bis dahin/ oder auch noch verfast werden könne/ da man nicht eine ergäntzte Handlung des Friedens in beyder Religion profan vnd weltlichen Sachen fürnemen wird. § Setzen demnach/ *in f. ibi*: bey diesen nachfolgenden Religions- auch gemeiner Constitutien des aufgerichten Landfriedens/ *per Ord. Cam. Imp. in princ. ibi*, vnsern verabschiedeten Frieden in Religion- vnd Weltlichen Sachen. *add. Constit. Ratispon. de A. C.* 1557. §. So haben wir/ *ibi*, in Religion- vnd Profan Sachen aufgerichtet/ vnd betheidigten Frieden. Item R. A. *de anno* 1559. §. Dieweil aber/ *ibi*: im 1555. Jahr beschlossenen Religion- vnd Landfrieden *&* §. Ferrner haben wir ꝛc. ubi probe notandum, quod sine expressione specierum paragraphus generaliter est conceptus, ein gemeiner Fried aufgerichtet/ vnd zu würcklicher Execution vnd Handhabung desselben stattliche Ordnung fürgenommen worden. *Constit. de anno* 1566. §. Vnd nach dem/ *ibi*: Ein gemeiner Religion- vnd Landfriede. Atque hoc eo magis dicendum videtur, quod si singulare aliquid in pace religiosa statuendum putassent, vel Imperator, vel Imperii Status, id significassent aliquo saltem loco vel signo, quo toties facta coniunctio errori causam non præberet: Sed quia hoc factum non est, merito cum constitutionibus & eorundem autoribus, hic tacentibus, & deficiente specialitate, in jurium generalitate permanent, & valere putatur in accessorio, quod constitutum est in principali, cum pax religiosa extensio sit tantum pacis politicæ, ad terminos religionis, vel pars altera pacis generalis: Autor der nohtwendigen Erinnerung ꝛc. *p.* 244. V. Imperatores hoc sibi juris esse expresse contestati sunt. Rudolphus II. ita rescripsit: Daß seine Maiestat niemands gestatten oder einraumen könne/ wann im Römischen Reich über den aufgerichten Religionfrieden zwischen den Ständen Streit fürfallen/ daß dem Römischen Kaiser die Cognition oder Decision benommen/ vnd allein an das Cammergericht gehöre; sondern daß vielmehr ihre Maiestät/ vnd dero hochgeehrte Vorfahren/ iederzeit/ so ein/ oder der andere Theil vmb Hülfe angeruffen/ darinn gebührenden Ausschlag gegeben/ vnd noch zu geben befugt: gedencken auch nicht/ ihr vnd ihren Nachkommen am Reich zu Verkleinerung vnd Nachtheil/ darvon zu weichen: Donawert. Relation *p.* 1. *p.* 93. Et in literis ad Electorem Palatinum anno 1603. idem Rudolphus II. ait: Daß die Cognition vnd Decision der Religionsachen ihm oder seinen Vorfahren nicht benommen/ auch dieselbe iederzeit gehandhabt sey: Nohtwendige Meinung ꝛc. *p.* 247. Idem egerunt Maximilianus atque Ferdinandus: Cranius *d. l. p.* 341. VI. Status Imperii Imperatorem pro competente judice in causis religionis aliquoties agnoverunt, ut probant ea, quæ Cranius ex aliis *d. l. p.* 336. refert. Et refert dictus Autor der nohtwendigen Erinnerung *p.* 1. *p.* 255. *vers.* Neunzehendes/ communi hoc Statuum calculo A. 1566. fuisse adprobatum, dum in hæc prorupere verba: Erklären sich alle anwesende Chur-Fürsten/ Stände/ vnd der Abwesenden Gesandten/ also durch eine einhellige Conclusion der gantzen Reichsversamlung/ dieweil das/ so in petitorio

138.

139.

torio

torio fürbracht/ einer andern Ausführung nohtdürftig / vnd dis Orts ihre Maieſtät die Turbirung vnd Veränderung hingebrachten Religion/Entſetzung/Privirung/ Verwüſtung vnd ſpolium, Stift/ Kirchenzierde/ꝛc. geleget/ vnd darauf die Reſtitution/Vermög der Rechten/ heilſamen Religion-vnd Profan Friedens geſucht/ konnen Chur-Fürſten vnd Stände nicht anders ermeſſen/ dann daß der Kaiſer aus rechtmäſſigem Grund vnd Vrſachen den Beklagten den 10. Julii vnd 10. Auguſti/ ſolche Reſtitution vnd mehr anders auferlegt / vnd befohlen / daß der Herr Beklagter den Herrn Kläger/als einen Fürſten des Reichs/ desgleichen die Capitul beyder Stift Neuhauſen vnd Sundheim/auch andere beſchwehrte Capitul vnd Convent/ Kirchen/ Pfarrer/ vnd Perſonen nicht beſchweren/ſondern vermög Religionfriedens/ bey dero Glauben / Haab vnd Gütern bleiben laſſen/ was fürgenommen/abſchaffen/die Gefangenen erledigen/vnd alles in vorigen Stand ſetzen/ vnd was Herr Beklagter zu ſprechen/ſolches Vermög der Reichsſatzungen/ Religion-vnd Profan Frieden geſchehen ſoll; vnd ſolchem ihrer Kaiſerlichen Majeſtät Obbefehl ſey beklagter Herr Churfürſt ſchuldig geweſen zu pariren. Darumb aller Stände Gutbeduncken/ daß ihre Maiſtät den Rechten / Religion-vnd Profan Frieden/auch der Billigkeit gemäs/ob ihrem ausgangenen Befehl ſteif halten/ die Reſtitution cum damnis aus Vollkom̃enheit tragenden Kaiſerlichen Ampts verſchaffen / alles was vorgangen / ſonderlich aber die renunciationes , aufheben/ alles in vorigen Stand zu richten / durch die Weg der Reichsconſtitutionen/ gemeinen Religion-vnd Profan Frieden/ allergnädigſt befehlen vnd anordnen möchten. Ad argumenta, pro negativa adducta reſpondet Syringus *d. loc.* ad ea quæ modo pro affirmativa adducta fuerunt, alii, apud Cranium *d. loc.* ut ambiguus hærere facile poſſis, cui palma debeatur, veritatis præmium. Diſtinguere conantur alii, inter cauſas ex ipſis conſtitutionis religioſæ verbis jam deciſas, & inter alias, non tam ex verbis, quam obſcuro ſenſu , latenteque altius conſequentia deductas, vel etiam noviter, ex occaſione novi caſus ſupervenientis, decidendas. In priori caſu cum nullum interpellati adfectus timendum ſit præiudicium, cum in iis non tam jus dicatur, quam quod omnium Ordinum conſenſu præſcriptum eſt, caſui incidenti claro atque perſpicue deciſo adplicetur, ad aulicum Imperatoris Senatum poſſe eaſdem deferri cauſas. In cæteris vero, ambiguis ſcil. & nondum ipſa conſtitutione clare deciſis, aulæ Imperatoriæ deciſionem non competere, ſed vel Cameræ, vel Imperii receſſibus (hoc eſt, Imperatori & Statibus ſive Ordinibus Imperii, tanquam Receſſuum autoribus.) In his quippe ceſſare ſuſpicionem adfectuum, & regulam eſſe, ut qui jura condidit, ea interpretetur & ſuppleat. Sed iſthæc diſtinctio non ſatisfacit Cranio, ſed aliam ipſe, qua ſalva ſit & Imperatoria maieſtas, & illæſum Cameræ judicium, efformat *p. 347.* Aut quæritur, inquit, ſine ulla concurrentiæ vel præventionis adnexione, an cauſæ religionis, Imperatoris fundent jurisdictionem? & reſpondet, quod ſic: Quia primo certum eſt, quod per Cæſaris deputa-

140.
141.

tos

tos sit, per ipsum Cæsarem factum videri: §. *de hoc igitur à nobis, proœm. ff.* Et deinde Cameram, Imperatoris Consistorium esse, eumque repræsentare in causis justitiæ & jurisdictionis: Mynsing. *cent. 4. obs. 5.* Gail. *1. obs. 1. n. 7. & obs. 42. n. 3.* *Ordin. part. 1. tit. 3. Memorial. visitat. anno* 1570. §. Dann ob wol. quæ non jure proprio, sed vice sacra, vice Imperatoris, cuius hoc est tribunal, & sub cuius nomine sigillo omnia mandata & processus emanant, judicet: *Ordin. part. 1. tit. 27.* Aut quæritur, an Imperator extra Cameram in aula de causis religionis cognoscere possit, ut cum Camera eius cognitio concurrat, & ex præventionis jure sit constituta: & dicit, quod non: tum, quia nusquam quicquam de eiusmodi jurisdictione Imperiali concurrente, extra causas fractæ pacis publicæ, proditum est in Recessibus Imperii, ex quibus hodiernorum Imperatorum potestatem & jurisdictionem metimur: tum per alias rationes multas, quas *p. 348. & seqq.* videre licet, & ex parte à nobis in hac speciali, & supra in generali quæstione, jamdudum adductæ sunt. Sane cum Imperator in capitulatione sua & illud juret, den Religionfrieden stät/ fest zu halten/ zu handhaben/ vnd darwider niemand zu beschweren/ oder durch andere beschweren zu lassen: si ullum ipsi jus est per aulicum senatum de religionis cognoscere causis, unice in id incumbere debet, ut adsessoribus frænum paretur, ne ambiguo religionis Catholicæ zelo incitati, constitutionis religiosæ atque Imperii recessuum cancellos perrumpant, sed juris, nec affectuum sint diribitores: quod tunc obtinere poterit, si quod in Camera Imperiali saluberrimum antecessores sui agnoverunt remedium, idem in aulici senatus constitutione sequatur: scilicet ut illic, ita & hic, utriusque religionis sint Adsessores, & lites sine suspicione procedant: *l. 16. C. judic.*

142. *Secundo*, in prima instantia ad Cameram pertinent causæ fractæ pacis publicæ-profanæ: *part. 2. Ordin. Cam. tit. 9.* de qua re copiose agit Gailius *libris duobus*, quos *de pace* conscripsit *publica*.

143. *Tertio*, constitutio Imperii de pignorationibus fundat jurisdictionem Cameræ in prima instantia: *d. part. 2. tit. 22.* Summa eius constitutionis est, ne quis Imperio immediate subiectus, vel per se, vel per suos, alium itidem immediate Imperio subiectum, vel illius subiectos pignoret, vel capiat, ulla de causa, exceptis causis criminum, Malefitzsachen: Contra si egerit, Camera Imperialis pignorato, aut capto, aut illi cuius is jurisdictioni subiectus, officium judicis imploranti, mandatum sine clausula decernit, quo continetur: Daß er ohne Verzug/ auch einige Einrede die Pfandung wiedergebe/ vnd die gefangene auf alte gewöhnliche Vrphed/ doch anders nicht/ dann auf wiederstellen/ im Fall solches mit Recht erkant würde/ ledig zu lassen/ mit angehenckter Ladung/ in einer bestimten Zeit am Cam̃ergericht zu erscheinen/ erstlichen/ daß er solchem Mandat gehorsamlich gelebt/ anzuzeigen/ vnd dann weiter seine Gerechtigkeit der Pfandung/ oder Fahens halben/ in Rechten/ wie sichs gebühret/ fürzubringen vnd darzuthun/ oder aber zu sehen/ vnd zu hören/ sich in die Peen des ausgegangenen Mandats/

ſeiner Vngehorſamb halben mit Vrtheil vnd Recht zu erkennen vnd zu erklären. Vide elegantem *de pignoribus* libellum Andreæ Gailii.

144. *Quarto* in cauſis arreſtorum, etiam per viam ſimplicis querelæ, Camera adiri poteſt. Summa iſtius conſtitutionis eſt, ut ſi quis immediate Imperio ſubiectus, vel per ſe, vel per ſuos, alterum immediate Imperio ſubiectum, vel illius bona, vel eius ſubditos, eorumque bona arreſtaverit, & ad cautionem oblatam de judicio ſiſti & judicatum ſolvi, arreſtum non relaxaverit, Camera mandatum ſine clauſula decernit: *Receſſ. Imperii anno* 1570. §. Wann auch die *arreſta*, *& anno* 1594. §. Bey den Arreſten ſind. Cæterum ex conſtitutione arreſtorum, jurisdictio Cameræ fundata eſt tantum quoad relaxationem rei, vel perſonæ arreſtatæ qua facta, cauſa, ſive lis principalis, in qua, juſtumne an iniuſtum arreſtum ſit, exploratur, ad ordinarium judicem remittenda eſt: *Conſtit. arreſt. verſ.* Da dann demſelben Mandat: Gail, *de arreſt. c.* 2. *n.* 4. Vt autem actio ex conſtitutione arreſtorum de relaxando & reſtituendo in Camera locum habeat, requiritur *primo*, utramq; partem, arreſtantem & arreſtatam, immediate Imperio ſeu Cameræ eſſe ſubiectam: *d. conſtit. anno* 1570 §. Wann auch die *arreſta*. *Deinde*, poſſeſſionis vel perſonæ impedimentum adeſſe. *Tertio*, quod reus arreſtans ipſe aliusve ipſius mandato, vel aſſenſu, ſuper bonis alterius immediati, vel ſubditorum eius, arreſtum fecerit: *d. conſtit. anno* 1570. *Quarto*, cauſam ob quam arreſtum ſit factum, mere eſſe civilem: eo quod Cameræ jurisdictio in criminalibus non niſi ratione nullitatis fundata ſit: *Ordin. part.* 2. *t.* 21. §. Item nach dem *verſ.* Doch ob ſich iemand. *Denique*, cautionem de judicio ſiſti, & judicatum ſolvi, oblatam eſſe: *d. conſt. verb.* Auf angebottene gebührliche Caution de judicio ſiſti & judicatum ſolvi: ita Matth. Stephani *de iurisd. lib.* 2. *part.* 1. *cap.* 3. *num.* 138. *& ſeqq. pag.* 93.

145. *Quinto*, Conſtitutio ſuper poſſeſſione litigioſa fundat jurisdictionem Cameræ: *d. part.* 2. *Ordin. Cam. tit.* 21, Vid. Matth. Stephani *d. loc. pag.* 94. & Cludium *cap.* [illegible] *rer. quotid.*

146. *Sexto*, fundatur jurisdictio Cameræ per petitionem abſolutionis à juramento, ad effectum agendi: *d. part.* 2. *tit.* 24. Gail. 1. *obſ.* 25.

147. *Septimo*, fundatur jurisdictio Cameræ generaliter, quotiescunque caſus eiusmodi incidit, ob quem mandata ſine clauſula in Camera impetrari poſſunt. Talia autem ut impetrari poſſint, requiritur, ut reus immediate Imperio ſubiectus ſit, & qualitas cauſæ per ſe ad Cameram principaliter ſpectet: *part* 2. *Ordin. Cam. tit.* 23. Gail. *d. obſerv.* 1. *n.* 5. *& obſ.* 13. *n.* 6.

148. *Octavo*, in cauſis privilegiorum Cæſaris fundatur jurisdictio Cameræ; puta ſi quis ratione violati privilegii Imperialis ad pœnas eidem privilegio inſertas agere velit: Gail. 1. *obſerv.* 1. *n.* 7.

149. *Nono*, fundatur Cameræ jurisdictio conſtitutione legis *diffamari*, quando dicta-

diffamatus Imperio immediate subiectus est, & alia concurrunt requisita, de quibus *in Ordin. Cam. part. 2. tit. 27.* Gail. 1. *obs. 9. 10. obs. & seqq.*

150. *Decimo*, petuntur & decernuntur à Camera commissiones pro recipiendis testibus ad perpetuam rei memoriam; dummodo illud petatur à partibus immediate Imperio subiectis. Sufficit tamen reum, contra quem testes produci debent, immediate Imperio subiectum esse, etsi actor immediate subiectus non sit: Gail. 1. *obs. 9. n. 16. & obs. 91. n. 2.*

151. *Undecimo*, quando inferior Iudex alicui denegat justitiam, potest adiri Camera: *d. part. 2. Ordin. Cam. tit. 26.* Gail. *obs. 28. n. 2. & 3.*

152. *Duodecimo*, continentia causæ, quæ dividi, & coram diversis judicibus agitari non debet, Cameræ jurisdictionem fundat: Gail. 1. *observat. 32.*

153. *Decimotertio*, Tutorum & Curatorum datio, vel confirmatio, quoad personas immediate Imperio subiectas, ad Cameram spectat: Gail. 1. *obs. 1. n. 47.*

154. In secunda instantia ad Cameram quando devenire liceat, *Ordinationis Cameræ tit. 28. part. 2.* innuit ibi: Es soll nicht allein von den Urtheilen / durch die ordentliche Unter Gericht / dem Kaiserlichen Cammergericht ohne Mittel unterworfen / ausgesprochen / sondern auch in den Rechtfertigungen / so gegen Churfürsten / Fürsten / Fürstmässigen / Prælaten / Grafen / Herren und Ritterschafften / durch andere / oder unter ihnen selbst fürgenommen und geübt / einem jeden Theil / der sich mit gesprochenen Urtheilen beschwehrt befindt / an das Kaiserliche Cammergericht zu appelliren zugelassen seyn / in massen hieoben von den Rechtlichen Austrägen in erster Instanz weiter geordnet und versehen ist / doch einem jeden seine Privilegien und Freiheiten derhalben vorbehalten.

Cæterum superioris regulæ, *ex dicto tit. 27. part. 2. Ordin. Cam.* variæ quoque exceptiones sunt, tam quoad primam, quam quoad secundam instantiam.

155. I. Exceptio est *dict. part. 2. tit. 7. ibi*: Ob auch Sachen fürfielen / Fürstenthumb / Hertzogthumb / Graffschafften etc. belangend / so vom Reich zu Lehen rühren / so einem Theil gäntzlich und endlich abgesprochen werden sollen / derselben Erkanntnüß wollen wir der Kaiserlichen Majestät oder ihrer Liebde und Kaiserlichen Majestät Abwesens / uns als Römischen König hierinn / doch sonst in andern Sachen dieser Ordnung unabbrüchig / vorbehalten haben. Vide, quæ dixi supra *lib. 2. c. 9. n. 31. & seqq.*

156. Sed quid quoad feuda Imperii minora? Cameram cum Cæsare in illis concurrere, atque ita præventioni locum dari putat Gailius *lib. 1. observat. 29. ubi n. 8.* memorat, inter personas immediate Imperio subiectas, processus in Camera decretos fuisse, in causa Brederod contra Michael Gilles / 4. *Sept. anno 51.* item in causa Schönberg contra Wolf Haller / 15. *Nov. anno 66.*

157. Contra Gailium disputat Leipoldus *d. disp. de concurrentia jurisd. quæst. 6.* & sive feudum sit regale, sive non regale, dummodo Imperio immediate subiectum sit, controversiam de eodem ortam, ad solum Imperatorem, exclusa Camera, pertinere asserit. Infert autem ex Gailio contra Gailium hoc modo: Si causæ feudales, feu-

dorum Imperii minorum, neque ad Austregas spectant, neque per viam simplicis querelæ ad Cameram devolvi possunt, utique nec per appellationem eo devolvi poterunt, cum ab Imperatore ad Cameram non detur jus resortus, neque aliqua alia mediata instantia eiusmodi litium: Ergo neutro modo Camera in caussis feudorum Imperii minorum immediatorum adiri poterit. Ad austregas vero caussas eiusmodi feudales non pertinere, ait Gailius *d. obs. 29. in f.* & *obs. 1. lib. 1 in pr.* fatetur, regulariter omnes caussas Imperii in prima instantia ad Cameram non pertinere, sed demum per viam appellationis ad eam devolvi, nec ubi ad exceptiones ventum est, ista regula caussas feudales prædictas ullibi memorat exceptas.

158. Præterea jurisdictionem Imperator Cameræ concessit limitatam, & alias quoque in generali concessione ad dispositionem non veniunt ea, quæ competunt jure speciali, ac rationem singularem habent, nec quæ quis verisimiliter in specie non fuisset concessurus. At jurisdictio, quoad feuda Imperii, non vi universalis jurisdictionis ordinariæ, nec ex decretis atque Recessibus Imperii originaliter atque essentialiter Imperatorem sequitur, sed ei ex *Ord. Cam. part. 2. tit. 7.* & legibus feudorum specialibus competit. Nec Ordines per generalem in judicium Cameræ consensum, & etiam quoad lites de feudis Imperii se subiecisse, atq; forum speciale remittere voluisse, vel etiam potuisse, propter juramentum fidelitatis Imperatori datum, putantur.

159. Imo verba, *& cætera*, quæ tam rubro quam nigro *d. tit. 7. part. 2.* adiecta sunt, alias etiam caussas de feudis Imperii, quam quæ inibi exprimuntur, solius Imperatoris cognitioni vindicari arguunt.

160. Paurmeisterus *lib. 1. de jurisd. cap. 5. num. 96.* ad rationem Gailii respondet, quod effectus non possit latior, ac efficacior esse sua caussa, nec plus possit, quam illi ab hac infundatur. Nec valere consequentiam: Camera repræsentat Imperatorem in justitiæ administratione, & cum eo in jurisdictione concurrit, ergo etiam in caussis feudorum Imperii: alias enim concludendum ad omnes caussas simplicis querelæ, & alias multas à Cameræ jurisdictione alienas, quod nec ipse Gailius *d. observ.* 1. admittit.

161. Nihil quoque moratur ipse, quod Schvvanmann. 1. *observ. 25. num. 35.* caussas de feudis Imperii minoribus refert ad illas, quibus Cameræ jurisdictio statim in prima instantia, adversus Status Imperii, vel alios immediatos, sit fundata; cum Schvvanmann. unice nitatur autoritate Gailii.

162. Denique ad præiudicia à Gailio adducta respondet, iis non probari, quasi in illis de feudi natura, eius constitutione, vel privatione actum fuerit, sed potius verisimile esse, in illis ex aliqua constitutione Imperii, ad mandata, cum vel sine clausula, vel ex aliquo interdicto adipiscendæ, retinendæ, petitione hereditatis, vel alia actione ex caussæ continentia inter vasallos Imperii litigatum fuisse: cum discusso puncto mandati, punctus citationis ad ordinarium soleat remitti, vel ad judices feudales: Reichwein *in formular. c. 16. p. 610.*

163. II. Excipiunt alii caussas Italicas, quas non ad Cameram Spirensem, quæ Regni Germanici

manici eſt, ſed judicium aulicum deferri ſtatuunt: Autor *marginal. ad Iacobi Auguſti Thuan. lib. hiſtor. 32. pag. 606.* Paurmeiſter *lib. 2. de jurisd. Imperatoris Rom. c. 5. n. 60.* Arumæus *diſcurſ. 3. ad A. B. th. 32. pag. 155.* III. Excipiuntur cauſæ quantitatis minoris. Olim conſtitutum fuit, ne in Camera reciperentur, aut diiudicarentur cauſæ, quarum valor infra quinquaginta florenos conſiſteret: *Ordin. Cam. part. 2. tit. 28.* §. Vnd ſonderlich ſetzen / ordnen vnd wollen wir / daß die Appellationſachen / ſo vnter fünfftzig Gülden Hauptguts wären / am Kaiſerlichen Cammergericht nicht angenommen / auch von den Richtern voriger Inſtantzen nicht zugelaſſen / ſondern die Vrtheil / auf Anſuchen der Parteien / von ihnen exequiret vnd vollnzogen werden. Poſteaquam vero appellationes nimium frequentarentur, malitioſo provocantium auſu, in Comitiis Spirenſibus conſtitutum fuit, ne in poſterum infra centum & quinquaginta florenos litigia conſtituta, in Camera agitarentur: R. A. zu Speier *de anno* 1570. § Als wir dann aus; *ibi:* ſetzen / wollen vnd ordnen darauf / daß hinfüro an vnſerm Kaiſerlichen Cammergericht keine Appellationſachen / da die Klag vnter hundert vnd fünfftzig Gülden Hauptguts wäre / angenommen werden ſollen. Sed nec iſta conſtitutione frivolis appellationibus obex legitimus poſtquam videretur poſitus, tandem in Comitiis Spirenſibus ſumma ad trecentos extenſa florenos: R. A. des Deputationtags zu Speier *anno* 1600. §. Wiewol nun auch; *ibi:* ſetzen vnd ordnen wir / daß berührte Summa der 150. Gülden auf noch 150. Gülden / ſo in Summa 300. Reichsgülden ſeyn ſollen / zu erhöhen vnd zu ſetzen ſeyn ſollen. quæ verba adeo clara ſunt, ut Hilligerus *ad Donell. lib. 17. cap. 9. lit. K.* nullam habuiſſe cognoſcatur cauſam dubitandi, an recte Matthias Stephani *de jurisd. lib. 1. cap. 31. num. 55.* ſcripſerit, in Camera appellationes regulariter non recipi, ſi ſumma, quæ petitur, ſit infra 300. florenos. Cæterum exceptio hæc (i) intelligitur de devolutione cauſarum ad Cameram per provocationem, quando ſcilicet partes litigantes in prima inſtantia Cameræ jurisdictioni ſubiectæ non ſunt. Quod ſi enim in prima inſtantia jurisdictioni Cameræ ſubiectæ ſint, ſummæ quantitas non attenditur: Privatus enim immediatum pro exigua ſumma poteſt in Camera convenire. Talis fuit cauſa Bender / contra Grailsheim / anno 1584. introducta, ubi B. fuit ſutor, civis Vlmenſis, & convenit dictum Nobilem in Camera pro 24. florenis Schuſterlohn / & obtinuit. Autor *deciſ. & præiudic. Cameræ, verb. cauſæ, quæ in Camera Imperiali receptæ.* Idem eſt, ſi immediatus immediatum, cum eſt in prima inſtantia in Camera comparere, pro exigua conveniat ſumma. (k) Non attenditur ſumma prædicta quandoque ob aliam cauſæ qualitatem, etiam in ſecunda inſtantia: Gail. 1. *obſerv. 123. num. 4.* Ita enim conſtitutum legimus *in d.* R. A. zu Speier *anno* 1570. §. Was aber vnablösliche Gült / Zinß oder Nutzung anlangt / ſetzen vnd wollen Wir / daß ſechs Gulden jährlichs / vnd was darüber / ſumma appellabilis ſeyn ſoll; aber was darunter / davon ſoll nichtig appelliret werden: ausgenommen / da die Gült / Zinß oder Nutzung der

164.

165.

166.

Oberkeit anhängig / oder aber / da derwegen auf das verfallen Eigenthumb / vel quaſi, ſo obgehörter Summen gemäß / oder darüber wert / geklagt würde / dann in denen / wie auch in andern Fällen / ſoll es bey der Ordnung bleiben (ſcil. quæ eſt *in Ordin. Cam. d. part. 2. tit.* 28. §. Und ſonderlich ſetzen.) Et in *d.* R. A. des Deputationtags zu Speier *anno* 1600. §. Wiewol nun / *circa finem* dicitur: Was in obgedachtem Speieriſchen Reichsabſchied nächſt hernach in dem §. Was aber ꝛc. von unablöſigen (ita enim legendum, non, ut typographi mendoſa excudit manus, ablöſigen) Gülten / Zinſen / oder Nutzungen diſponirt iſt / das ſoll in ſeinem Verſtand / wie geſetzt / proportionabiliter nach dieſer Erhöhung (puta 300. Gülden)

167. verſtanden und regulirt werden. IV. Exceptio eſt, niſi ſumma ſit infra quantitatem eam, infra quam ab hoc, vel illo Statu, ex privilegii tenore ad Cameram provocare non licet: *d. tit.* 28. §. Und ſonderlich / *in fine.* Proinde monet Gailius 1. *obſerv.* 123. *n.* 1. ut appellans in ſupplicatione ſemper diſertis verbis hanc qualitatem narret, videlicet, ſummam litigioſam ordinationi vel privilegio conformem

168. eſſe. V. Excipiuntur cauſæ criminales, peinliche Sachen / die Leibsſtraffen auf ihnen tragen: *d. tit.* 28. §. Item nach dem auch. R. A. zu Augſpurg *anno* 1530. §. Item / als ietzt etliche Zeit. Qui textus cum de appellatione, atque ita de ſecunda inſtantia loquantur, inter Doctores controverſia orta eſt, *quid dicendum ſit de immediatis? an in cauſis criminalibus etiam in prima inſtantia (quando ſcilicet jus*

169. *auſtregarum ceſſat) in Cameræ Imperiali poſſint conveniri, an minus?* Petrus Friderus Mindanus *lib.* 1. *de proceſſ. extrah. cap.* 9. *n.* 1. *& ſeqq.* pro affirmativa pugnat, ſequentes ob rationes. *Primo*, de non exceptis judicatur juxta regulam: *l. patre furioſo, & ibi* Dd. *ff. de his qui ſui vel alien.* At vero nusquam reperitur prohibitum, immediatos, quando auſtregæ ceſſant, in criminalibus coram Camera non conveniendos: ſtabitur itaque regulæ communi, quæ in cauſis civilibus

170. alias ſolet obſervari. *Secundo, in Ordin. Cam. d. tit.* 28. *part.* 2. ſola appellatio à

171. cauſis criminalibus excipitur, nec devolutio in prima inſtantia. *Tertio*, ſi Comites, Barones, Nobiles immediati, in cauſa criminali ab inferioris ordinis hominibus conveniri non poſſent in Camera, delicta manerent impunita, contra

172. *l. ita vulneratus* 51. *ff. ad L. Aquil.* Contra, Rutger. Rulandus *de commiſſar. part.* 1. *lib.* 2. *c.* 3. & Melander *ad Meureri proceſſ. part.* 1. *num.* 4. *lit. e. p.* 8. nec quoque paſſu criminales cauſas in Camera tractari poſſe contendit. *Primo*, abſque mero imperio, inquit, de criminalibus non licet cognoſcere, & exercitionem criminalium cauſarum habere: At Cameræ merum Imperium datum non eſt: hoc enim demum lege datur: *l.* 1. §. 1. *ff. de offic. eius, &c.* quæ hic nulla apparet. Iurisdictionem quidem Status Cameræ dederunt, at conceſſa illa non protinus

173. tranſit imperium: *d. l.* 1. §. 1. *& l. fin. d. tit.* *Secundo*, ſtylus judicii pro lege eſt: *cap. ex literis de conſtit. ubi* Dd. & inde validum argumentum: Everhard. *in top. loco, à ſtylo.* Stylus autem judicii Cameralis eſt, cauſas criminales ſuum in forum

174. non recipere. *Tertio*, quod in ſpecie datur, in genere videtur prohibitum: *arg.*

d. l. 1.

d.l.1.de officio eius, &c. Iam vero Cameræ jurisdictioni, sive cognitioni, crimen specialiter in eo casu, quo Camerales personæ delinquunt, subiicitur *part.1. Ordin. Cam. tit.50. §. fin.* 175. *Quarto*, si causæ criminales, vel austregarum, Cameræ Imperialis forum, & tribunal, in prima instantia sortirentur, utique Status Imperii de iis, quæ ad criminalem processum pertinent, aliquid sancivissent in sua Cameræ ordinatione. 176. *Quinto*, si causæ criminales non possunt devolvi ad Cameram per appellationem, cum tamen ea sit præsidium innocentiæ, & theriaca contra venenum judicis: Bald. *in l.unic. in f.ibiq.* Cæsar. Contard. *in ultim. ratione decidendi, C. si de momentanea poss. appellat.* multo minus in prima instantia, utpote minus privilegiata. 177. *Sexto*, ubi lis, ultra ætatem hominum plerumque protrahitur, ibi, si criminalium causarum cognitio susciperetur, delictis aperiretur fenestra, dum manerent impunita. Atqui in Camera hæc litium protractio est frequentissima. Ne autem delicta maneant impunita, Imperatori cognitionem & executionem adscribunt. 178. Neque adversari sibi pro certo habent, quod solam cognitionem feudorum Regalium, ab Imperio dependentium, sibi reservasse Imperatorem, urget Friderus. Distinguunt enim inter *sibi solam reservare causam aliquam*, & inter *sibi soli causam aliquam reservare.* Aut dicendum monent, solam sibi eam reservasse Cæsarem, scil. in jurisdictione simplici, & imperio mixto, non autem in imperio mero, quod lege aliqua in Cameram ab eo cum Ordinibus Imperii translatum fuisse nuspiam reperitur: Rulandus *d.loc.* 179. Porro exceptio hæc, de causis criminalibus in Camera non diiudicandis, extenditur etiam ad taxationes expensarum in criminum causis, ut nec ab illis ad Cameram liceat appellare, cum accessorium sequatur naturam sui principalis: Autor *præjud.Cam. t. an à taxat. expens. appell.* Besold. *de appellat. c.7. n.4. p.214.* 180. Limitationes quoq; admittit nostra hæc exceptio varias. (1) In crimine fractæ pacis Camera judicat: *Ord.Cam. part.2. tit.9.* Gail. *1. observ.1 n.2.* Mynsing. *cent.3. observ. 40.* 181. (2) De crimine personæ Cameralis judicat Camera: *part.1. ord. tit.50.* & merum exercet imperium in cognitione, processu & condemnatione; Civitas autem Spirensis nudum ministerium executionis præstat: Petr. Denais. *integra dissertatione ea de re conscript.* & Thom. Michaël *de jurisd. concl.75.* Quod si vero delictum tale sit, quod capitalem non meretur pœnam, Camera delinquentem punit, neque ad Senatum civitatis remittit puniendum nocentem. Ita observatum in scriba quodam Christophoro Khun dicto: Mynsing. *5. observ.52.* Autor *decis. & præiud. Cam. verb. Camera & personæ Camerales.* 182. In casu nullitatis processus, de quo *d.t.28* §. item nach dem auch. *part.2. Ord. Cam.* ita cautum. Doch da sich jemand an dem Cammergericht beklagen würde/ daß in peinlichen/ auch Leibstraf belangend/ sein vnerfordert vnd vnerhört/ vnd also nichtiglich/ oder sonst wider die natürliche Vernunft vnd Billigkeit/ wider ihn procedirt/ gehandelt/ vnd geurtheilet/ vnd derhalben principaliter auf die Nullität vmb Proceß ansuchen würde/

würde/ ſo ferrn dann der Richter/ des Handlung ſich die Partey obberührter maſſen beklagt/ dem Cammergericht ohn Mittel unterworfen/ alsdann ſoll der anſuchenden Partey ſolcher Nichtigkeit halben Ladung erkant/ und darauf rechtliche Hülf mitgetheilet/ und ſo ſich in Ausführung der Sachen befünde/ daß obberührter Maſſen nichtiglich gehandelt und geurtheilet/ alsdann die Hauptſach wieder an die ordentliche Obrigkeit/ formlich und rechtmäſſiglich darinn zu handlen/ zu pro-
183. cediren und zu urtheilen/ remittirt werden. (4) In quæſtione competentiæ adiri Camera poteſt, cum non de crimine puniendo, ſed de jurisdictione in iſta cauſa
184. criminali quæritur: Friderus *lib.1.de proceſſ.extrab.c.9.n.10.* (5) Si ordinarius negligat juſtitiam in criminalibus, tunc mandata ſine clauſula decernuntur contra Magiſtratum, ſub pœna aliquot marcarum auri: Ruland.*de commiſſar.part.*
185. 1.*lib.2.c.3.* (6) In criminalibus, ubi non ad ſanguinis pœnam, ſed mulctam atq; pecuniariam pœnam agitur, appellare ad Cameram licet: Frider. *d.l.n.9.* Mynſing.*cent.4.obſerv.*41.Moller.4.*ſemeſtr.c.33.n.10.*Beſold.*de appellat.c.7.n.4.p.217.* Videri de hac materia poſſunt etiam illi, quorum catalogum poſuit Berlichius
186. *part.1.pract.concl.35.n.34.* VI. Excipiunt cauſas matrimoniales, quas nec in prima inſtantia, nec in ſecunda, ad Cameram devolvi poſſe, inde adſtruunt, cum cauſæ ſpirituales, & ſacramentales (quales & illæ ſunt: *c. gaudemus, de divort. c. fin. de condit, appoſ.can.omne,* 27.*q.*2.) coram judice laico tractari non poſſint: *c. 1.de conſanguin. & affinit. c.cauſam matrimonii, de offic.delegat.* Ruland.*d.c.3.n.2.* Gail.1.*obſ.*112 *in fin.* Oſtendere præterea hoc ipſum aiunt §.*ult.Cæſarei memorialis in Comitiis Spirenſib.anno* 70.*Cameræ traditi*, ubi expreſſe ordinatum, cauſas matrimoniales in Camera acceptari non debere: Ciſnerus *ad Ord.Cam.part.1.tit.9. p.*37. Autor *deciſ.ſeu præiud. Camer.verb.matrimonium & cauſæ matrimoniales.*
187. Meichſner.*deciſ.*20.*n.*81.& 82.*tom.*3. Sed Camerales malo ſeductos principio, quia matrimonium res ſit ſpiritualis, autumat Riemer.*quæſt.jurid.illuſtr.decad.* 2.*q.*3.ut hodie nobis conceſſa pace religionis, noſtri Proteſtantium Principes tuto Cameræ reformationem ex hoc petere habeant; à quo alienus non eſt Fride-
188. rus *d.lib.1.c.10.n.2.& ſeqq.* Quicquid fuerit, etiam huius exceptionis perpetua & generalis autoritas non eſt. Nam licet, ſi de jure & viribus matrimonii quæratur, Camera non cognoſcat, tamen ſi quæſtio incidat matrimonialis, quæ in mero facto conſiſtit; puta ſi Caius neget Semproniam ſuam uxorem eſſe, ubi quæritur, quatenus matrimonium contractum, vel verba aut actus tales intervenerint, ex quibus matrimonium contractum fuiſſe arguendum ſit, necne, Camera quæſtionem determinat: M.Steph.*de jurisd.d.lib.2.part.1.c.3.n.* 58.Roſenthal *de feud.part.2.c.12.concl.2.n.54.ſub lit.n.* ubi ſubnectit, etiam articulos ſuper contractu matrimonii, & ſic probanda legitimitate incidẽter, reſpectu petitionis hereditatis, vel interdicti quorum bonorum ad perpetuã rei memoriam, ad probandum in Camera Imperiali admiſſos, & deſuper commiſſiones extra judicialiter decretas,

cretas se observasse, uti in causa Schönberg contra Flach & consortes, & in causa Menburg contra Menburg. Deinde ex capite nullitatis in causis matri- [189.] monialibus processus decretos, ut puta citationem, compulsoriales, & inhibitiones, constat ex dicto Autore *decis. & præiudic. Cam. verb. matrimonium.* Si- [190.] militer per implorationem brachii secularis ad Cameram devenitur, & mandata executorialia sine clausula aliquando decreta in causa matrimoniali, lata sententia à judice & officiali Monasteriensi, 17. August. anni 1571. dict. Autor *decis. verb. brachium seculare.* Denique si inter personas judicii Cameralis causæ ma- [191.] trimoniales agitandæ sint, Camera de iisdem cognoscere debet: *arg. d. tit.* 49. *part.* 1. *Ordin. Cam.* quod & præiudicio firmat d. Autor *decis. in verb. matrimonium.* VII. Excipiunt generaliter causas spirituales, & ecclesiasticas, etiam- [192.] si incidentes sint: ita Mynsing. 1. *observ.* 100. quam observationem vide ut examinet Gœdd. *in tract. de sequestr. c.* 1 *n.* 38. *& seqq.* Limitant tamen (1) ut etiam [193.] causæ spirituales & ecclesiasticæ in Camera ventilari possint, si versentur in mero possessorio, tam recuperandæ, quam retinendæ: Mynsing. 2. *observ.* 67. *n.* 2. non etiam adipiscendæ. Illud enim possessorium cum temporale sit, ad judicem pertinere laicum: Gail. 1. *observ.* 38. *n.* 3. hoc vero vere ad Ecclesiasticos pertinere; Guido Papæ *decis.* 1. Menoch. *remed. recup.* 15. *n.* 225. In quo tamen contrarium tenuit Thessaurus *decis.* 82. *n.* 2. ob id reprehensus à Farinacio *in praxi criminal. lib.* 1. *tit.* 1. *quæst.* 8. *n.* 23. Hinc quoad possessorium decidit Camera de decimis: Gail. *d. observ.* 28. *n.* 4. non autem quoad petitorium, si Gailium sequimur, *d. l. n.* 1. secus si Rosenthalium *de feud. c.* 12. *conclus.* 3. *n.* 34. idem enim quod in possessorio, in petitorio quoque de decimis dicendum arbitratur. (2) quoad relaxa- [194.] tionem juramenti ad effectum agendi: *Ord. Cam. part.* 2. *tit.* 24. qua de re Gail. *d. lib.* 1. *observ.* 25. *per tot. &* Reinking. *de regim. Ecclesiast. lib.* 3. *class.* 1. *c.* 10. *n.* 43. *& seqq.* (3) Usurariæ causæ ventilari in Camera possunt: Meichsn. *lib.* 1. *decis. Cam.* [195.] 12. *n.* 78. *& seqq.* allegans *constit. Imperii de annis* 1500. 1530. 1548. *tit.* von wucherlichen Contracten. Sed an hæc, & aliæ, pro limitatione exceptionis nostræ recte adduci possint, excutiendum ante omnia est, quæ causæ spirituales dicendæ, & quo eæ tales sint respectu? Nam usurarium quod attinet crimen (ut & alia) ne ipsos quidem inter Pontificios Doctores harmonia opinionum viget, an fori tantum id sit ecclesiastici, an vero mixti: Id voluerunt Gloss. & Dd. *in c. cum sit generale, de foro compet. & in c.* 1. *de offic. ordinar. & in Clement. dispendiosam, de judic.* Alexand. *consil.* 29. *num.* 6. *lib.* 4. Dec. *consil.* 70. Hoc contra tutati non infimi subsellii Doctores alii: vide Covarruv. *lib.* 3. *variar. resolut. c.* 3. *num.* 1. Marta *de jurisd. part.* 2. *c.* 7. *num.* 8. *& seqq.* Farinac. *pract. crimin. lib.* 1. *tit.* 1. *q.* 8. *num.* 143. VIII. Camera non potest recipere appellationes ab interlocuto- [196.] riis judicum inferiorum, wo die Beschwerung in der Appellation bestimt / durch die Appellation von dem Endurtheil der Hauptsach möcht erstattet / vnd herwieder gebracht werden / wie das in Kaiserlichen Rechten geordnet vnd begriffen ist:

d.part.2.tit.28.§.fin. vide Dd. *in l.2.ff. de appell. recip. l.pen.* C. *quor. appellat. non recip.* Donell.*lib.28. comment.6. ubi* Hilliger.*lit.LL.* Besoldus *de appellat. c.7.n.7. pag.214.*

197. Illud denique silentio prætereundum non est, partim ut Cameræ judicium firmius consisteret, partim ut litigantes, qui sententia ab eodem se gravatos affirmarent, haberent remedium, quo damna effugerent, constitutos fuisse visitatores Cameræ, atque revisores actorum judicialium. Ita enim *part.1. Ordin. Cam. tit.50.* cautum legimus: Fürter vnd zu mehrer Beständigkeit dieses Cammergerichts / ordnen / setzen / vnd wollen wir / daß hinfürter jährlichs das Camergericht durch der Kaiserlichen Maiestät / oder Jhrer Liebden / vnd Kaiserlichen Maiestät Abwesens / vnsere / als Römischen Königs / auch Churfürsten / Fürsten vnd Stände / verordnete Commissarien vnd Rähte / alle Jahr den ersten

198. Maii / an dem Ort / da es gehalten / visitiret werden soll. Duravit hæc Cameræ visitatio, summo Reipublicæ & litigantium bono, aliquot per annorum intervalla, sed posteaquam anno 1588. ventum erat in ordine Principum ecclesiasticorum, ad Germaniæ Primatem, Archiepiscopum Magdeburgensem, qui tunc temporis erat Ioachimus Ernestus, Marchio Brandeburgensis, reformatæ religioni addictus, Catholici Status, ut votum & sessionem in comitiis, ita revisoris quoque munus eidem denegarunt, unde factum, ut revisiones Cameræ in hodiernum usque diem, omnium afflictorum dolendis suspiriis, immobiles

199. hæreant: Nolden *de nobilit.c.9.n.227.* Visitatorum munus est, Cæsaris nomine omnes, à summo ad imum, Camerales personas, corruptelasque atque defectus judicii cæteros cognoscere, corrigere, atque ita ordinationem Cameræ declarare, emendareque: *d.t.50.& part.2. tit.ult.* non quidem simpliciter & ad lubitum, sed si necessitas hoc exigat, & justa aliqua causa subsit: Benderus *de revis. concl.12.n.21.* Qua in re eosdem plus posse, quam ipsum Imperatorem,

200. putat Matth. Stephani *d.tr.lib.2.part.1.c.3. memb.1.n.57.* Speciale vero visitatorum munus est, ad partis instantiam, quæ se læsam sententia Cameræ conqueritur, acta litis revidere (unde & nomen revisorum suscipiunt) & prout inde

201. ipsis constiterit, latam sententiam vel reformare, vel approbare. *Quale autem hoc remedium revisionis sit?* concertant Doctores. Alii illud ordinarium dicunt: vid. Heig. *part.1.q.10.n.69.* cum autoritate Imperatoris, atque Imperii Statuum noscatur esse introductum, omnibus in Camera læsis, nullo, vel personarum, vel

202. causarum, habito respectu, concedatur. Extraordinarium contra existimat Reyger. *in process. judic. disp.13.th.1.* Benderus *d tr. de revis. concl.1.n.20.* Reinking. *de regim. secular lib.2.cl.2.c.15.n.4.* Rumelin. *diss.2. part.2. ad A.B.th.20.* eo quod non solum in subsidium remedii ordinarii, appellationis scil. detur, sicut supplicatio; sed & in defectum ipsius supplicationis introducta sit, & omnino adversetur juris ordinarii regulis, supremi judicis sententiæ acquiescendum esse

203. dictantibus. Non multum interesse puto, sive hanc, sive alteram sequaris opinio-

nio-

nionem: utraque enim diverſo reſpectu vera dici poterit. Illud in aperto eſt, optimo fine reviſionis hoc remedium introductum, tum reſpectu judicum, tum etiam reſpectu litigantium. Iudices enim dum metuunt, acta poſt latam ſententiam revideri, accuratius omnia & diligentia maiori timantur: *part. 3. Ordin. Camer. tit. 53. in pr.* Knichen *de Saxon. non provoc. jure, verſ. 19. cap. 12. n. 38.* ubi allegat Roland. à Valle *conſil. 16 num. 6. vol. 1.* Litigantes vero, etiamſi aliquid humani vel adfectuum paſſi fuerunt judices in ferenda ſententia, habent tamen nihilo minus remedium, quo iniquum ad æquum reduci valeat. Verum ut in plerisque aliis, ita in his quoque, abuſus hominum nequitia ſurrexit maximus, ut reviſio refractariorum opportunum ſit remedium: Beſold. *de appellat. c. 9. num. ult circa finem*; ſed haud raro id cum ipſorum coniunctum nece: Multis enim petentibus reviſionem idem evenire ſolet, quod ægrotantibus, qui ad ſanitatem contendentes, licet morbum videant incurabilem, remedia quærunt talia, quæ morbis quidem curabilibus conſtituta ſunt, quibus ſæpe ad interitum utuntur: Rutger. Ruland. *de commiſſ. part. 1. lib. 2. c. 12. n. 11. circa fin.* Præcipua reviſionis notabilia, ex perſona petentis, materia reviſionis, eiusdem tractandi forma, & reviſorum dependent conſideratione. Qui reviſionem petere vult, tempus petendi, & perſonam, à qua petenda, conſiderare debet. Tempus quod attinet, petitio fieri debet eodem, quo lata eſt ſententia, anno, tribus menſibus ante primum Maii: R.A. zu Speier (non autem zu Regenſpurg, ut typographi vitio decepti Reinkingius & Rumelinus habent) anno 1557. §. Wiewol ferner Inhalt (olim fuerunt duo menſes: *d. part. 3. tit. 53 in pr.*) modo tantum temporis ſuperſit à lata ſententia: quod ſi enim tantum eius anni non ſuperſit temporis, ad ſequentem annum, priori tamen obſervatione menſium, reiicitur: *d. t. 53.* Trimeſtre illud communiter numerandum cenſent, à die denunciatæ reviſionis, non autem à die latæ ſententiæ: *arg. d. t. 53. §. 1. & fin. & d. R. A. de anno* 1557. §. Wiewol ferner. Bender. *d. tr. concluſ. 3. num. 1.* Harprecht. *de proceſſ. judic. decad. 21. concluſ. 6.* Bocer. *claſſ. 6. diſput. 35. theſ. 26.* Arnold. Reyger. *in proceſſ. jud. diſput. 13. theſ. tit. 6.* Reinking. *d. l. n. 7.* quibus tamen Rumelinus, *d. diſſert. th. 21.* non parum obſtare cenſet *d. t. 53. part. 3. Ord. Cam.* verba illa, Wo aber von der Zeit geſprochener Urtheil. Perſona, à qua peti reviſio debet, eſt Elector Moguntinus, Imperii per Germaniam Cancellarius: *d. t. 53. & d. R. A. de anno* 1557. §. Wiewol ferner: niſi ipſe Moguntinus reviſionem petat, aut alius à ſententia pro Moguntino lata petat. Eo enim caſu reviſio peti debet ab Electore Treverenſi: R. A. zu Regenſpurg *de anno* 1594. §. Als vns auch den wehrenden. Petita hoc modo reviſione, is qui eandem impetravit, parte adverſa petente, tenetur jurare de calumnia, aut in perſona ipſemet, aut per procuratorem: Deputationabſchied zu Speier *de anno* 1600. § Vnd obwoln hiebey. Deinde tenetur aliquam ſummam pecuniæ, quam viſitatores conſiderata perſona, & cauſa, determinant, deponere (aut de eadem fideiuſſores dare) quæ fiſco Imperiali, ſi ſuccumbat, ap-

204.

205.

206.

207.

208.

209.

210.

plicatur: *d. tit. 53. §.* Und damit. Quod si vero paupertate quis ea prematur, ut pecuniam deponere haud valeat, nec fideiussores reperire queat, tunc juratoria sufficiet cautio: *arg. l. 1. §. 2. C. de adsert. tollend. l. cum non facile, ff si cui plus, quam per legem Falcid. Authent. generaliter, C. de SS. Eccles. §. sed hodie, Instit. de satisdat.* Ac si etiam in revisione succumbat, tunc pœna pecuniaria convertitur in corporalem, & provocationis iniuria carcere vindicatur: Gail. 1. *observ. ult. n. 4.* ut sic inopia æris, corporis afflictione luatur, per regulam vulgarem: *qui non habet in ære, luat in corpore:* quam & leges nostræ comprobant: *l. ult. ff. de in ius voc. l. 1, §. fin. ff. de pœn. l. 7. §. 3. ff. de jurisdict. l. 49. ff. de admin. tut. l. 4. § quod si, C. de serv. fugit. l. 6. C. de sepulchro violat. 2. F. 53. §. 1.* cuius sensum versiculis expresserunt sequentibus:

——————cuius fortuna laborans
Non potis est auro pœnales solvere noxas,
Arctatur vinclis, gravioraq; verbera passus
Sedibus a patriis removetur.

211. *An non tantum sententiæ definitivæ, verum etiam interlocutoriæ, quæ vim definitivæ obtinere possit, vel gravamen irreparabile contineat, revisio peti possit?* quæstionis est. Eius mihi affirmativa placet, cum Bendero *d. tract. conclus. 10. num. 8.* Reinkingio *d. l. n. 3.* Rumelino *d. l. thes. 26.* tum quia appellatio permissa est ab interlocutoria irreparabile damnum inferente: *l. ante sententiæ, C. quor. appell. non recip.* ubi Dd. Permissa autem appellatione, permittitur & revisio: Rutger. Ruland. *part. 1. de commissar. lib. 2. c. 21. num. 5.* tum quia *d. t. 53. part. 3. Ordin. Cam.* indistincte contra sententias à Iudice & Adsessoribus Cameræ latas, beneficium revisionis læsis atque gravatis indulget; tantum læsionis atque gravaminis respectum ingerit, inter sententiam interlocutoriam atque definitivam nullum ponit discrimen.

212. Postquam autem non causas audiendas, sed ad revidendum acta tantum, Revisores constituti sunt: *d. t. 53* jurisdictionis suæ terminos modumque excedere non debent, nec possunt: *arg. l. fin. ff. de jurisd.* inde interlocutoria sententia revisa atque retractata, causæ principalis tractatio ad Cameram nihilo minus spectat. Licet enim, quando à sententia interlocutoria appellatur, & judex appellationis pronunciat, bene appellatum, male judicatum, tunc tota causa ad judicem appellationis devolvatur, nec locum habeat remissio, sed ipsemet porro de causa principali cognoscere debeat: *c. ut debitus, in f. de appell. gloss. notabilis ibidem in verb. alioqui.* Brun. *in l. eos 1. num.* 10. C. *de appellat.* Menoch. *consil. 363. num.* 10. cum ad eum, qui semel gravavit, causa remitti non debeat, cum præsumatur imposterum etiam gravare velle: Gail *lib. 1. observ. 131. num. 1. & 2.* Attamen in supremis hisce judicibus sinistra gravandi præsumptio cessat: *arg. l. un. vers. his cunabulis, ff. de offic. præf. prætor. auth. quæ supplicatio, C. de precib. Imper. offerendis.* Et fortassis Gailii regula, non inepte tantum eo referri poterat, si sententia interlocutoria dolose fuerit contra provocantem à

judi-

judice lata, non si errore, aut culpa alia. Errans enim in interlocutoria, non statim errare præsumendus est in definitiva, cum connexitas erroris hic nulla sit; At dolose agens in interlocutoria, dolum ad definitivam usque continuare facile præsumitur: *arg. c. semel, de R. I. in 6.* Quod si vero constiterit de dolo judicum Cameralium, nec eo quoque casu revisoribus: Benderus *d. tr. conclus.* 14. causæ principalis diiudicationem committit, sed remedium ex *Ordin. Cam. part. 1. tit.* 50 §. Vnd wo etliche *junct. tit. 13.* §. Weiter ordnen *d. part. 1.* ponit, ut remoto eo, qui officio suo non probe functus est, alii assessori, aliique consilio causa referenda committatur. Quod nec displicere video Rulando, *d. tract. de commiss. part. 1. l. 2. cap. 21. num. 19.* *Num revisionis revisio admitti debeat?* quæstio est dubitationum fluctibus concussa. Negativa fundamentum habet *in d. t.* 53. §. Darauff sollen: *in fin. ibi*: vnd mit der Execution solcher reformirten Vrtheil an dem Cammergericht vollfahren werden, & *in aliis*, quæ videre licet apud Heig *part. 1. quæst. 10. n. 82.* Ventur. de Valent. *in Parthen. litig. l. 2. c. 14. n. 16.* Humanior tamen multis videtur distinctio, revisionem revisionis ab eo obtineri non posse, qui se gravatum sententia Cameralium dixit, atq; revisionem impetravit, in qua postea sententia Cameralium confirmata fuit: *l. 5. C. de precib. Imperat. offer. & textus expressus d. t. 53.* §. Im Fall aber da die Vrtheil durch die Verordneten bekräfftiget/ soll es darbey vnwiderrüfflich/ ohn weiter appelliren/ suppliciren/ vnd revidiren bleiben/ vnd mit Execution solcher erst außgesprochener Vrtheil an dem Kayserlichen Cammergericht fortgefahren werden. Ab eo autem, pro quo prima sententia lata, & contra quem in revisione reformata fuit, revisionem impetrari posse: tum quia in casu reformatæ sententiæ ulterior revisio duntaxat prohibeatur: *d. t. 53.* verbis, quæ modo allegavimus, videri itaque in casu reformatæ sententiæ revisionem permissam: *arg. l. cum prætor 12. ff. de jud.* tum quia nemo aspernari possit, idem sibi jus dici, quod ipse aliis dixit, vel dici effecit: *l. 1. ff. quod quisq; juris.* Bender. *d. tr. conclus. 57. n. 31.* Harprecht. *d. tr. de process. jud. dec. 21. conclus. ult. n. 9. & 10.* Atque hoc ipsum extendit Rumelinus *d. dissert. th. 26.* etiam ad interlocutoriam sententiam à revisoribus prolatam, quæ damnum irreparabile continet. Porro revisione legitime ab eo, qui se gravatum sententia asserit, petita, Archiepiscopus Moguntinus refert negotium bona fide ad Imperatorem, aut, eo absente ad Regem Romanorum, simulque ad Electores, Principes, reliquosque Imperii Status, qui ad annuam visitationem judicii Cameralis deputati sunt; ab illis contendit, ut suos mittant prudentes, & doctos Consiliarios, qui una cum Cæsaris Commissario causas & acta diligenter recognoscant, atque revideant. Forma tractandæ revisionis *d. t. 53.* §. Erstlich/ *& seq.* continetur, & à Gailio partim describitur *1. obs. 54. n. 4.* unde eam, qui cognoscere avet, petere poterit; ego de revisionibus interim videbo. Vbi *primo* expediendum erit, *qualem illi jurisdictionem obtineant?* Revisores Cameræ judices esse ordinarios, nullam habere dubitationem, scribit Gailius *d. obs. 54. n. 1.*

213. 214. 215. 216.

cum à lege Imperii, Cæsaris & communi Statuum placito, jurisdictionem ordinariam accipiant. Eiusdem opinionis est Reinking. *d.l.n.*17. & Bocerus *class.6. disp.35. th.32. in f.* qui Consiliarios Statuum, qui ad revidendum acta mittuntur, 217. ab ipsa Imperii lege jurisdictionem expedire considerat, ex *d. t.* 53. §. 1. Benderus *d.tr. conclus.*4. *n.* 31. hoc tunc concedit, si ipsos Imperii Status, quibus ex ordinatione Imperii visitatio seu revisio competit, respicimus; secus, quando quæstio est de Principum Consiliariis, ad revisionem missis, quos non æque, ut Status, jurisdictionem à lege accipere monet, cum singulis annis à suis Princi- 218. pibus pro liberrimo arbitrio constituantur. Aliter distinguit Vulteius *ad l.* 1. *n.* 96. *C. de jurisd. omn. jud.* (quem refert & sequitur Greven. *in pract. conclus. ad obs. Gailii conclus.* 154. *n.* 4.) ubi *num. sequenti* & hoc docet, horum jurisdictionem prorogari non posse, non tam ideo, quod Revisorum judicium extraordinarium sit, quam quod ipsis tantum, quoad causas in Camera decisas jurisdictio 219. concessa videatur: *d. part. 1. Ordin. Cam. tit.* 50. *& d.p.3.t* 53. *Alterum*, circa Revisores datos, notabile est, quod legitimas ob causas permissum sit Cameræ eosdem recusare: R. A. zu Augspurg *anno* 1559. §. Und nach dem sich. *& §. seq.* id quod à partibus quoque fieri posse, Reinkingius docuit *d.l. n.*18. ubi monet, nomina Revisorum ad instantiam partis in Camera communicanda, ut possit contra eos excipere. Atque ita observatum fuisse in causa Viermund contra Vier- 220. mund/ testari Autorem *decis. Cameral. verb. revisio, vers. nomina. Tertio*, si duo vel tres Revisores emanserint, nec ad terminum constitutum comparuerint in Camera, nihilo minus cæteri, qui præsentes sunt, revisionem recipere possunt. Licet enim *in* R. A. *de anno* 1559. §. Solte aber der beschrieben Stand / contrarium constitutum appareat, illud tamen *in* R. A. *de anno* 1566. §. Diewell aber inmittelst/ abolitum & constitutum, auff die Fäll einer/ zween/ oder drey der Visitatoren zu den Visitationen/ zu denen sie beschrieben/erfordert/ oder die auff sie proroairet/ ausbleiben/ oder nicht erscheinen würden/daß nichts desto weniger die andere erscheinende/mit unsern Commissarien/in den Visitationen fürschreiten/ und dieselbige zu End bringen: Da aber mehr dann drey nicht erscheinen / oder die ihren nicht schicken würden/ alsdann sollen die Visitationen eingestellt / und bis ins nächstfolgende Jahr prorogiret und erstrecket werden. Idemq; repetitum *in* R. A. 221. zu Regenspurg *anno* 1598. §. Dann aber auch/ *& §. seq. Quarto*, visitatores qui comparent, solemne præstent juramentum: *d.t.*53. §. Und sollen der Kaiserlichen Maiestät: nec prius quam illud præstiterint pro judicibus habentur; Autor *decis. d. loc. vers. revisores.* Iuramenti vero potissima hæc sunt capita: Quod in ea causa, quę revidenda venit, non fuerint consultores; quod priores judices bonos viros existiment; quod omnia acta judicii, & partium scripta, omni diligentia velint recognoscere atque perpendere; quod causam, quæ ad sententiam judices movit, audituri sint: quod denique ex his omnibus conscientia ex jure communi, non autem ex propriis affectibus instructa, judicare, nec ullis muneribus,

odio,

odio, vel gratia, aut ullo commodo adversus prædicta moveri velint, omni dolo, quem humanus sensus excogitare possit, excluso: ex Oldendorpio Matth. Stephani *d.tr.lib.2.part.1.c.3.membr.1.n.49.* Revisione, ut decet, suscepta, olim executio sententiæ interea, quod erat temporis, non suspendebatur, sondern es wurde nichts desto weniger mit Execution der gesprochenen vnd erkanten Vrtheil am Cammergericht vollfahren vnd procedirет. Quod à jure communi non abludere inde videbatur, quia de hoc certum est, supplicationis via, quæ revisionis instar est, executionem non tardari, sed præstita sufficienti cautione, de judicato faciendo, sententiam effectui suo tradi: *authent. quæ supplicatio*, C. *de precib. Imp. offer.* Verum non tantum postea *in d.t.53. ordinat. Cam. part.3.* §. Darauff/ §. Im Fall aber. *&* §. Ob auch die Revision: Gail.1.*observ.154.n.3.& de arrest.Imp. c.12.n.4.* R. A. *de anno* 1600. §. Als auch Streit fürgefallen/ *&* §. belangend aber/ cautum fuit, daß pendente revisione mit der Execution nicht zu verfahren/ sondern damit eingehalten werden soll. Es solle aber in puncto liquidationis, wann in causa petitionis hereditatis, restitutionis in integrum, vnd dergleichen/ revisio gesucht worden/ parti victrici freystehen/ vngehindert der angekündigten Revision am Cammergericht darinn der Gebühr zu verfahren. Belangend aber causas mandatorum de relaxando captivo, & decretorum alimentorum, solle die Revision keinem verweigert seyn/ aber gleichwol pendente revisione die aufferlegte Parition de relaxando captivo auff Anerbietung vnd Leistung gebührlicher gnugsamer Caution erfolgen/ vnd der Gefangene erledigt/ wie auch in Sachen decretorum alimentorum effectus sententiæ nicht suspendiret/ sondern mit der Execution vnverhindert verfahren werden.

CAPVT III.

De Iudicio Rotvvilensi.

SVMMARIA.

1. *De autore huius judicii.*
2. *RotVvila ad hoc cur electa.*
3. *Numerus Adsessorum.*
4. *Comes SulZensis est huius judicii Præses.*
5. *Ordinationes variæ.*
6. *Differentia prima inter Imperialem Cameram, & judicium RotVvilense.*
7. *Differentia secunda.*
8. *Differentia tertia.*
9. *Privilegium judicio RotVvilensi ab Imperatore Maximiliano datum.*
10. *Caroli IV. cassatio omnium privilegiorum contra RotVvilense judicium.*

1\. Est & aliud in Imperio prætorium Cæsaris, Rotvvilæ, quod tamen autoritate, & jurisdictione, multum est differens ab Imperialis Cameræ dicasterio. Autor huius judicii fuit, Conradus Suevus Imp. cui illud instituere placuit anno 1147. (alii habent 1146.) Rotvvilæ 2. (quem locum præ cæteris propterea elegit, quod Rotvvilenses tempore bellorum, tam contra Lotharium quæ gesserat, quam contra alios, bo- 3. nam sibi navassent operam) in quo essent duodecim equestris ordinis Adsessores; aut si haberi non possent, totidem cives: Reusner. *de urb. Imperial. pag.* 175. 4. Illis præses datus fuit, seu Prætor judicii constitutus, Comes Sulzensis, quod officium ipse, & hactenus eius familiæ successores, feudi nomine recognoverunt 5. ab Imperatore: *Reform. Maximil. Imp. part. 2. tit.* 1. Ordinationes & reformationes eiusdem judicii exhibet Goldastus *tom.* 1. der Reichssatzungen/ *p.* 6. *& seqq. & p.* 206. *ac tom.* 2. *p.* 296. unde varia, quæ ad cognitionem huius judicii pertinent, petere licet. Mihi illud tantum cordi erit demonstrare, quam maximam in- 6. ter hoc, & Camerale Iudicium, esse differentiam. *Primo*, jurisdictio Cameræ in omnes Imperii se extendit subiectos, ut supra monui: Iurisdictio vero judicii Rotvvilensis, se ultra quatuor Imperii circulos, Francicum (cuius tamen non meminit Schœnbornerus *lib. 5. politic. c.* 21.) Austriacum, Suevicum & Rhenanum (quos tamen non universos, sed partes quorundam tantum complectitur: Paurmeister *de jurisd. lib. 2. c. 6. n.* 12.) se non extendit. Cum omnibus tamen ordinariis intra illos quatuor circulos concurrit (si Casparo Leipoldo credimus *de concurr. jurisd. quæst.* 8. & ab eodem allegatis *notat. Ordin. Rothvvil. p. 2. tit.* 1. Gylm. *tom. 2. symphor. p. 1. vot. 9. n. 4. fol. 63. & n. 13. f. 94. & p. 3. symphor. supplicat. 5. f. 283.*) adeo ut Nobiles etiam mediati in Ehehaften vnd Schuldsachen ibi conveniri possint: Gylmann. *tom. 3. symphor. f.* 75. Quousque autem olim eius jurisdictio sese extenderit, indicat ordinatio Conradi apud Goldastum *d. tom. 1. p. 6. part. 1. t. 6. ibi*: Des Heil Reichs Hofgericht zu Rohtweil hat von Alters her gerichtet von Rohtweil aus an die Först vnd an die Gebirg/ innerhalb ober Elsas/ vnd hier dishalb dem Gebirg/ den Rhein ab vnd ab/ bis in Cölln vnd nicht fürter/ vnd hier dishalb dem Rhein wider herauf gen Franckfurt/ vnd als weit das Franckenland gehet/ bis an den Thüringer Wald/ vnd in Francken vnd Schweinfelden bis an das Baierland/ vnd hier dishalb Baiern inher bis gen Augspurg an den Lech/ vnd nicht über den Lech. Vnd von dem Gebirge einher/ was vor denselben gen Schwaben zu/ bis gen Chur/ vnd was in demselben Strich vnd Creis liat bis gen Appenzell/ gen Schweitz/ gen Lucern/ vnd Bern/ gen Freyburg in Üchtland vnd denselben Creis vmbher bis gen Wällischen Neuenburg/ vnd da dannen einher bis gen Bruntraut/ gen Mümpelgart/ vnd nicht fürter/ vnd daselbst wider herein bis an die Förste vnd an das Gebirge/ innerhalb ober Elsaß/ vnd an alle End/ so zwischen den vorgeschriebenen Creisen von einem an dem andern ge- 7. gend/ weit/ lang vnd breit. *Secundo*, à Camera non patur appellare, ut diximus.

mus. Ab hoc judicio Rotvvilensi ad ipsam Cameram Imperialem datur provocatio: *Ordin. Rotwilens. part. 2. tit.* 17. R. A. zu Speyer *de anno* 1570. §. Vnd nach dem vns fürkommen. quæ & alias quoq; dicitur esse in possessione inhibendi contra Rotvvilenses, ut in causa Nassau contra Kriechingen observatum 20. Sept. A.C.1572. Gail.1. *obs.* 40. *n.*2. *& seqq.* *Tertio*; solus Imperator de ordine & forma Iudicii Rotvvilensis constituit: *Reform. Maximil. II part.*1.*tit.*1.§. Vnd nach dem. *part.* 3. *tit. ult.* § *fin.* atque excessus personarum judicii solus visitat, & corrigit: *d. Reformat. p.*3 *tit.* 20. Matth. Steph. *d. tr. l.*2. *part.*1.*c.*3.*n.*23. In Camera vero in utroque concurrunt Status. Illud *denique* sciendum, judicium Rotvvilense ab Imperatoribus ita privilegiatum esse, ut in causis der Ehehafften (de quibus Wehner. *in obs. pract. verb.* Ehehafften) hoc est, privilegiatis & inavocabilibus, &c. (prout vocantur) non obstantibus quibuscunque privilegiis in contrarium concessis, adversus quascunque personas in des Hofgerichts Bezirck gesessen / hoc est, in districtu Curiæ habitantes, jurisdictionem suam exercere possit. Id quod Ordinatio Rotvvilensis *part.* 2. *tit.* 5. *in pr.* clare indicat, & ex sequentibus privilegiis patebit.

8.

9.

WIr Maximilian / von Gottes Gnaden Römischer König / etc. Bekennen offentlich mit diesem Brief / vnd thun kund allermänniglich / daß vns vnser vnd des Reichs lieben / Getrewen / Burgermeister / Raht / vnd Burger gemeintglich / vnser vnd des Heil. Reichs Statt Rohtweil / durch ihre erbare Bottschafft haben lassen fürbringen; Wiewol vnsere Vorfahren am Reich / Römische Kaiser vnd Könige / löblicher Gedächtnuß / vnser vnd des Heiligen Reichs Hofgericht bey ihnen zu Rohtweil zu halten fürgenommen / vnd sie zu demselben Hofgericht mit mancherley Gnaden / Freyheiten / vnd löblichen Ordnungen / vnd Satzungen / auch einem Circkel / wohin / vnd wie weit / dasselbe Hofgericht zu richten haben soll / begabet / vnd versehen: nemlich von Rohtweil biß an die Fürst vnd an das Gebirg innerhalb Ober Elsaß / vnd hie dißhalben dem Gebirg am Rhein ab vnd ab biß gen Cöln / vnd nicht fürab / vnd hie dissent halb dem Rhein / wider herauf gen Franckfurt / vnd als weit Franckenland gehet / biß an den Thüringer Wald / vnd in Francken vnd Schweinfelden / biß an das Bayerland / vnd hie dißhalb Bayern / enther biß gen Augspurg / an den Lech / vnd nicht über den Lech / vnd vor dem Gebirg enther / was vor dem Gebirg ligt in Schwaben zu biß gen Chur / vnd was in demselben Strich vnd Krais vmbher ligt / biß gen Appenzell / gen Schweitzen / gen Lucern / vnd gen Bern / vnd gen Freyburg in Ochtland / vnd denselben Kraiß vmbher biß gen Welschen-Newenburg / vnd dannen einher biß gen Bruntrut gen Mümpelgart / vnd nicht füro / vnd daselbst wider herein biß an den Fürst / vnd an das Gebirg innerhalben Ober Elsaß / vnd an alle End / so zwischen den vorgeschriebenen Kraisen / von einem an den andern ligend / weit / lang / breit / als sie dann solchen Circkel dermassen neben andern alten Geschichten / in des gemeldten Hofgerichts zu Rohtweil /

16. Civitatibus enim Imperialibus regulariter non competunt Austregæ, sed quibus competunt, non ex ordinationis Maximiliani beneficio competunt, sed aut præscriptione, aut speciali aliquo Cæsaris privilegio easdem sibi competentes habent: Gail. 1. *observat. 1. n. 20.* nec hanc quidem obtinent, sed alteram illam, der gewillkürten vnd sonderlichen Austräge. Ita Straßburg Iudices primæ instantiæ habet, Basel/ Worms vnd Vlm. 2. Dinckelspül Consul & Senatus in prima instantia judicem habent, ihrer Statt Amman/ qui sibi quatuor adiungit juratos Senatores in judices ex civitatibus, Nördlingen/ Rotenburg an der Tauber/ Schwäbischen Hall/ vnd Schwäbischen Wert. 3. Eßlingen/ judices habet Consules & Senatum civitatum, Vlm/ Reutlingen/ vnd Hailbrun: ita ut sit in actoris arbitrio locum commodiorem ex his tribus civitatibus eligere, ubi judicium habeatur. 4. Nürnberg habet, Windsheim vnd Weissenburg am Nortgau. 5. Regenspurg in causis civitatum, judices agnoscit, Augspurg/ Nürnberg vnd Vlm. Actor etiam suo arbitrio quinque vel septem ex senatu Ratisponensi judices eligere potest. 6. Reutlingen habet judices Vlm/ Eßlingen/ Schwäbisch Gemünde. 7. Schweinfurt/ Consul & Senatus, primam instantiam habent coram suo Reichsvogt/ qui sibi aliquot Senatores, sive Scabinos Noribergenses & Rotenburgenses adsciscit: ex Petr. Fridero, *circa fin. lib. 1. process. Camer.* & Schvanmanno *eod. process. lib. 1. cap. 7.* Rudinger *cent. 1. observ. 50. num. 9.* Senatus quoque Fridbergensis conveniri debet coram Burggravio eiusdem loci & regimine Castri: Autor des gründlichen Berichts des Heiligen Reichs Statt Friedberg Regalien betreffend/ *art. 4. n. 88. fol. 73.*

17. Putavit Fichardus *cons. 129. num. 9.* Principes civitatem Imperialem juxta Austregas *part. 2. Ord. Cam. tit. 2.* secundum quas Electores, Principes, & principali dignitate illustres, Prælatos, Comites, Barones, Dominos, Nobiles immediate Imperio subiectos, conveniunt, convenire posse; ne scilicet Principes duriorem causam habere videantur respectu civitatum Imperialium, quam Prælatorum, Comitum, Baronum, & Nobilium. Verum ratio non sufficit, ubi expressa juris decisio requiritur, sine qua loqui erubescimus: *Novell. 18. cap. 5.* Nec allata illa hæc Fichardi ratio, in se considerata, cuiusdam momenti est: cum Principes hac ratione, respectu civitatum Imperialium, non duriorem causam habeant, sed faciliorem: statim enim causa in Camera disputanda firmitur, atque ita cum maiori temporis & sumptuum compendio ad finem deducitur, quam si primum coram judicibus Austregarum disputetur, atque ita demum ab his per viam appellationis causa ad Cameram devolvatur: Melander *ad part. 1. process. Meureri tit. 6. lit. C. p. 29.* Hancque sententiam Camera Imperialis judicando adprobavit, teste Fridero *de process. lib. 1. c. 19. n. 10.* in causa Sachsen Lauenburg con-

tra subsect. Cæteros Imperii immediatos quod attinet, quos inter etiam Rex 18. Bohemiæ refertur, cui proinde jus Austregarum adscribit Goldastus, *de Regn. Bohem.lib.4. c.13.n.13. p.531.* distinctiones aliquot, *ex parte 2.Ordin.Cam. tit.2. & seqq.* annotandæ veniunt. Aut enim illi, qui conveniuntur, primi ordinis sunt, hoc est, Electores, Principes, & principali dignitate præditi, clerici & laici, aut sunt ordinis ulterioris. Primi qui sunt ordinis, vel conveniuntur ab immediate Imperii subiectis, aut à mediate subiectis. Immediati illi, à quibus conveniuntur, aut sunt æqualis ordinis, aut inferioris. Mediati aut sunt subditi eorum, quos conveniunt, aut sunt subditi aliorum. Isto casu, quo primi ordinis viri Principes ab æqualibus, atque eiusdem ordinis conveniuntur, hæc juris publici dispositio est. Princeps acturus, illi Principi, quem vult convenire, transmittit libellum, quo eidem denunciat, qua actione contra ipsum experiri secum constituerit, simulque eum admonet, ut judicio se submittat. Ad hoc Princeps, cui lis denunciata fuit, intra quatuor hebdomadas, à tempore denunciationis computandas, quatuor Electores, vel Principes, principalique dignitate præpollentes, atque ipso actu ad gubernacula rerum sedentes (regierende Churfürsten oder Fürsten) partim Clericos, partim Laicos, ex diversa familia oriundos, nominare tenetur, quos si nominare supersederit, ab actore coram Camera Imperiali poterit pulsari. Ex prænominatis autem actor unum eligit sibi judicem, eumque reo, intra quatuor septimanas, à denunciatione, scriptis significat, uterque vero, tam actor, quam reus, intra quatuordecim dies pro suscipienda causa electum requirunt judicem. Hic judicis officium suscipere cogitur, terminare negotium, tanquam Commissarius Cæsaris. Præterea citra moram tempore commodo diem litigaturis assignare, in civitate aliqua territorii sui, ubi una cum Consiliariis suis causæ cognitionem suscipere, atque sententiam dicere debet, à qua tamen ad Cameram Imperialem appellatio non denegabitur, modo eiusmodi sit, quæ in Camera recipi salva *Ordinatione Camer., part. 2. tit. 28.* possit. Quod si vero contingat, Commissarium istum Cæsareum ante causæ decisionem mori, actori ex tribus reliquis nominatis Principibus integrum est, alium eligere in locum demortui, coram quo processus continuetur. Hodie coram successore Principis demortui, ut plurimum, consensu partium, continuari processus consuevit: Vulteius *ad l.1.C.ubi senat.vel clariss. n.33.* Altero casu, 19. quando videlicet primi ordinis viri Principes conveniuntur ab mediatis aliis, qui tamen dignitate & ordine ipsi pares non sunt, ut si Prælatus, Comes, Baro, Dynasta, Nobilis immediatus, aut Civitas Imperialis dicam velit scribere Electori, Principi, aut principali dignitate coruscanti, octo viæ, *d.part.2.Ordin.Cam. tit.4.* acturo præscriptæ sunt, ex quibus unam pro lubitu possit eligere. *Prima* via est, ut acturus petat ab illo Principe, quem convenire intendit, sibi jus reddi per Consiliarios novem, non suspectos, quorum quinque sint Equestris, cæteri Iurisconsultorum ordinis, solvendi juramento, quo reo obstricti. Locus terminan-

minandi negotii, hoc casu, aula erit Principis conventi. *Secunda* via est, qua, si actor nolit coram tot Consiliariis litigare, eidem conceditur septem aut quinque ex prænominatis eligere, causam qui terminent. Vtram autem harum elegerit actor, sive primam, sive secundam viam, Princeps reus Consiliariorum istud Consistorium suis sustinebit sumptibus, salvumque actori, & illis, qui eius vices gerunt, eundi atque recedendi præscribet conductum. *Tertia* via est, ut Princeps reus tres principali dignitate pollentes, minime suspectos designet, ex quibus actori unum eligere potestas est. *Quarta* via est, ut acturus à Cæsare, aut, eius in absentia, à Rege Romanorum (talis si detur) petat, non suspectum constitui Commissarium, qui ad minimum ex Prælatorum superiorum, aut Comitum sit numero, cui potestas detur terminandi negotium. *Quinta* est, ut actor reo novem integræ famæ viros exponat (ex his reus duos eligere potest) vicissim reus novem ex Consiliariis suis aut aliis, designet, ex quibus actori integrum est tres eligere, quo facto quinque isti causæ cognitionem, atque diiudicationem suscipient. Locus judicii, si rationem spectes, assignandus in territorio Principis conventi, cum ille quidem definitus non sit: Matth. Stephani *dict. tract. libr.* 2. *part.* 1. *cap.* 3. *membro* 3. *num.* 21. *Sexta* via est, ut actor duos honestate & fama præstantes viros constituat, reus itidem duos, aut suis ex Consiliariis, aut aliis ad negotium aptis, à quibus in prima instantia secundum juris præscripti ordinem procedatur. Quod si quatuor illi in dicenda sententia in diversas abeant partes, nec scitu & consensu partium in arbitrio constituendo conveniant, tunc Cæsar, aut, si ille absens sit, Rex Romanorum, ad utriusque, vel unius partis instantiam, arbitrum constituet. Huius muneris erit, sententiam unam vel alteram adprobare, aut utramque reprobare, si ad hoc conscientia ducatur. Cæterum hoc casu suos quisque quos elegit propriis sumptibus exhibet, arbitrum vero exhibere commune onus est. *Septima* via est, ut actor ex consiliariis rei quinque eligere valeat, qui ad juris præscriptum coram novem Consiliariis negotium determinent: ita tamen, ut reus, antequam actor quinque ex Consiliariis eligat, sibi præcipuos possit reservare ex Consiliariis suis unum aut duos, quorum opera in lite utatur. Quod si vero reus tot Consiliarios in aula sua non nutriat, actor ex rei officiariis, præfectis, vasillisve nobilibus numerum deficientem poterit supplere. Hanc septimam, quam diximus, viam, cum secunda ferme coincidere, scribit Matth. Stephani *dict. loc. num.* 22. nisi quod in secunda Princeps Consiliarios ipse nominet novem, ex iisdem vero actor eligat quinque aut septem; in hac autem ipse actor nominet, & eligat quinque de Principis consiliariis. *Octava* & ultima via est, ut liceat reo novem ex Consiliariis suis, ex quibus ad minimum quinque sint Equestris dignitatis viri, nominare, coram quibus in prima instantia negotium pertractetur, hoc modo, ut utraque pars quatuor, & si
testes

testes sunt examinati, post rotuli publicationem duo insuper, nec amplius, producta, septimanis quaternis, von vier Wochen zu vier Wochen / à die exhibiti prioris scripti proximis, duplicata exhibeat & concludat, & si quid novi in ultimo scripto à reo in præiudicium actoris obiiciatur, non attendatur. Sed videtur hæc non nova esse aliqua via, sed potius primæ conveniens, si modum tractandi exceperis. 20. Tertio casu, quando scilicet primi ordinis Principes à mediatis conveniuntur, sive illi Principum eorundem sint subditi, sive non, eadem definitio de octo prædictis mediis reiteranda est. Ita enim *d. part. 2. Ord. Camer. tit. 4. § fin.* legimus: Vnd sollen solche Austräge der Prælaten / Grafen / Herren / Ritterschafft vnd Stätte / in aller Massen / wie die gesetzt / auch mit den Burgern / Bauren / vnd andern Vnterthanen / gegen den Fürsten / vnd Fürstmässigen statt haben. 21. Qui primi ordinis non sunt, sed ulterioris (quales sunt Prælati, Comites, Barones, Dynastæ, atque Nobiles immediati) illi vel à sui ordinis viris conveniuntur, vel à primi ordinis, vel denique à Civitatibus Imperio tam immediate, quam mediate subiectis, & aliis hominibus sibi subditis, vel non subditis. 22. Primo casu duplex via *d. part. 2. tit. 5.* præsertim dignoscitur. Vna, ut reus ad denunciationem actoris tres Electores, Principes, aut principali dignitate præditos, non suspectos, nec ab actore ultra duodecim milliaria dissitos, nominet; ex quibus actor unum eligat, quem volet, coram quo, loco commodo, negotium ad præscriptam à jure publico regulam terminetur. 23. Altera, ut actor ab Imperatore petat Commissarium, coram quo, secundum tenorem ordinationis, causa ventiletur ac decidatur. 24. Secundo casu, quando non à sui ordinis, sed superioris ordinis viris Principibus conveniuntur, tunc iterum duplex via præstituta legitur, *d. part. 2. Ordin. Camer. tit. 5.* Vna est, ut reus ad denunciationem actoris tres Electores, vel Principes, & principalis dignitatis viros non suspectos, nec ab actore ultra duodecim milliaria dissitos, nominet, ex quibus actor unum, quem velit, eligat. Hodie si quis hoc modo electus fuerit, in Iudicio suo constituto, am Hofgericht / oder Cantzley / causam cognoscit & determinat: Matth. Stephani *d. loc. num.* 34. Altera, ut actor ab Imperatore impetret Commissarium, qui ex Principum sit ordine, non suspectus nec à reo ultra duodecim milliaria dissitus. 25. Tertius casus nullam habet peculiarem definitionem, ideoque dispositioni juris communis relinquitur, ut ita, qui ordinis non primi sunt, ab aliis, quam Principibus, aut sui ordinis hominibus, si conveniantur, in prima statim instantia in Camera conveniri queant: Matth. Stephani *d. loc. num. 36.* Austregæ enim juris sunt strictissimi: Frider. Mindan. *de content. causs. c. 4. num. 7.* proindeque merito non extenduntur ad casum in ordinatione non expressum: Frider. Mindan. *lib. 1. process. c. 18. num. 5. arg. l. 99. ff. de V. O.* 26. Cæterum ex præfatis modis primarum instantiarum duo ut plurimum frequentantur; quorum unus est ille, quo tres à reo denominantur Prin-

Principes, ex quibus ab actore eligitur, alter vero impetratio Cæſarii Commiſſarii: Matth. Stephani *d. l. n.* 3. Ad hunc poſteriorem modum annotanda eſt cautela Schvvanmanni *lib.* 1. *proceſſ. Camer. c.* 3. *n.* 8. ut plures una Commiſſarios nominet actor, petatque illis coniunctim ac ſeparatim poteſtas cognoſcendi atque diiudicandi detur; hoc enim impetrato, unus ſi poſtea moriatur, lite nondum ſopita, alter nihilo minus procedere poterit. Contra ſi hoc non petierit, nec impetraverit, mortuo Commiſſario, de novo alium nominare, novamque Commiſſionem non ſine impenſis, & temporis quoque jactura, petere habebit neceſſe. Ex hactenus adductis illud apparet, immediatos quidem tantum Auſtregarum juris capaces eſſe, non tamen inter eoſdem omnes, ut Civitatum Imperialium exemplo firmavimus. *Quid autem de Capitulo immediato, ſede vacante, hoc eſt, Epiſcopo aut Prælato mortuo, habendum ſit?* diſcordans noſtrorum opinio. Gailius 1. *obſ.* 30. *n.* 3. id ad Auſtregas non admittit, cum non ſit Status Imperii. Contrarium, & rectius meo judicio, ſentiunt Frid. Mindan. 1. *de proceſſ. c.* 19. *n.* 7. Melander *part.* 1. *ad proceſſ. Meureri tit.* 6. *p.* 47. Vmmius *diſp.* 4. *ad proceſſ. judic. theſ.* 8. *n.* 40. Arumæus *diſcurſ.* 1. *ad A. B. th.* 24. Vocatur enim hoc Capitulum ad Imperii comitia, atque per defenſorem ibi comparet, ut dixi ſupra *de comitiis.* Sunt præterea Canonici univerſi, qui Capitulum conſtituunt, inſtar tutorum ſedis Eccleſiæ, & prælaturæ vacantis, quæ fruitur jure pupilli & minoris: *c. auditis, ubi* gloſſ. & Panormitan. *ext. de in integr. reſtit.* Quemadmodum autem tutor ſequitur forum pupilli, ita etiam Capitulum hoc caſu ſequetur forum, & jus ſedis Eccleſiæ vel principatus: *c. cum deputati, ext. de judic. c. literas, ext. de reſtit. ſpoliat.* Nec obſtat Gailii ratio: Quia non ſequitur: Non eſt Status Imperii: ergo Auſtregas non habet. Nam & Nobiles immediate Imperio ſubiecti Status Imperii non ſunt, ut ſuperius ſuo loco monſtravi, & nihilo tamen minus auſtregarum utuntur jure. Quod ſi itaque Capitulum, vel maxime non ut Status Imperii Auſtregis uti poſſet, poſſet tamen uti, ut immediate Imperio ſubiectum. Sed ita revera eſt, ut Capitulum quidem per ſe Status Imperii non ſit, ſed Statum Imperii, hoc eſt, Epiſcopum, Prælatum, &c. vacante ſede repræſentet, ut eo nomine non ſolum ad comitia vocetur, verum etiam auſtregarum fruatur jure. Illa maioris momenti quæſtio eſt; *num privilegia Auſtregarum non ſolum Cameræ, ſed & aulæ Cæſareæ reſtringant juriſdictionem?* hoc eſt, an illi, quibus jus Auſtregarum datum eſt, non alibi in prima inſtantia, quam coram Auſtregis conveniri queant? Tobias Paurmeiſter, *de jurisd. lib.* 2. *c.* 4. *n.* 133. *& ſeqq.* putat, daß der Reichshofraht die Außträge fürbeygehen/ vnd gleich in prima inſtantia agnoſciren könne. Hancque ſententiam ex locis juris, & conſtitutionum, quæ allegat, veriorem pronunciat, ſed poſtea obſervantiæ, omnium legum & privilegiorum interpretatrici dirimendam committit. Mihi illud videtur veritati conſentaneum, cauſas, quæ ad Auſtregas pertinent, invito reo,

27.

28.

29.

30.

31.

32.

& aus-

& auſtregarum conſtitutionibus nil contra molienti, nec ad Cameram nec ad
Aulicum Imperatoris poſſe trahi ſenatum. Cum enim hic ſubſiſtat auſtregarum
ratio, ne videlicet quoad inſtantias immediati deterioris conditionis ſint, quam
mediati, utique & Auſtregæ ſubſiſtunt. Et ſi accurate rem ponderamus, de- 33.
prehendimus manifeſto maiorem hic ſubeſſe cauſam, removendi Senatum au-
licum, quam Cameram; cum ille non æque ut hæc reviſioni & ſyndicatui ſit
ſubiectus, ut ipſe Paurmeiſter. *d.lib.* 2. *c.5.n.*57. docet. Vid. Reinking. *de regim. ſe-
cul. lib.* 2. *c.*16. *n.*9. Privilegiorum quoque ea alias natura eſt, ut quam largiſſi- 34.
mam, reſpectu ipſius concedentis, admittant interpretationem: *l.* 3. *ff. de conſt.
princip. ubi* Dd. comm. & Tapia *ad rubr. de conſtit. princip. c.* 7. *per tot.* Eandem 35.
in opinionem conſiderat Roſenthalius *de feud. c.*12. *concluſ.*1. *n.*35. quod judices
Auſtregarum ab Imperatore atque Statibus per viam contractus conſtituti ſint:
Ordin. Cam. part. 3. *tit. ult. verſ.* Solches alles vnd jedes. Rumelin. *d. diſſert.* 1. *part.*
2. *ad A.B. inter Coroll. th.* 2. ut inde Imperator contractui contravenire nequeat:
arg. l. 5. C. *de oblig. & act.* Quod ſi vero harum rationum non ſatis validum ro- 36.
bur eſt, ut aliis videtur, & mihi ex parte illud fateri convenit, conſiderari tamen
velim Rudolphi atque Matthiæ Imperatorum mentem, quæ ſi non in totum,
quam proxime tamen ad noſtram facit opinionem. Imp. Rudolphus Præſidi
Conſilii Aulici inter alia inſinuari fecit anno 1596. 1. Iulii (ut ſcribit Caſpar. Lei-
pold. *de concurrent. jurisd. q.*15. *in pr. &c.* & Schubhard. *de auſtreg. th.* 2.) Die Kay-
ſerliche Maieſtät könte neben andern nicht ſehen / warumb vnd zu was Ende es
fürträglich vnd gut were / das ohne ſondere Noht vnd Vrſachen die in Reichsab-
ſchieden vnd Ordnungen begriffene Inſtantien überſchritten / vnd dem Cammer-
gericht labefactiret würden / hingegen ihrer Maieſtät Kaiſerl. Regierung ſchwere
Behelligungen aufwachſen möchten. Quod ſi vero tantum reſpectu Cameræ 37.
dictum quiſpiam aſſeveraverit, is rationis identitatem velim trutinet, & audiat
Matthiam Imperatorem in der Ordnung des newen Reichshofrahts / welchen ihre
Maieſtät begreiffen laſſen / vnd nachmals durch Chur Maintz den Correſpondi-
renden communicirt worden / anno 1614. menſe Auguſto *tit.* 2. §. Wir befehlen
auch hiermit vnſerem Reichshofrahtspræſidenten / vnd Rähten ernſtlich / vnd
wollen / daß ſie in Erkennung der Citationen / Reſcripten / Mandaten vnd andern
Proceß nicht bloß allein vnſere Kaiſerliche Hoheit / ſondern auch vnſerer vnd des
Reichs Churfürſten / Fürſten / Grafen / Herren / Stände / Gefreite Ritterſchaft /
vnd anderer mittel- vnd vnmittelbarer Vnterthanen / privilegia, ſonderlich aber
der erſten Inſtantz / vnd der Summa / vnter welcher man nicht appelliren / noch die
Sachen an die höhere inſtantias bringē ſoll / aller Gebühr nach ſorgſamlich in Acht
nemen / niemands darwider beſchweren / ſondern in Erkantnüſſen der Proceß /
auch Annemung der Appellation / ſich den gemeinen Rechten / Reichsabſchieden
vnd wolverordneten Satzungen ohne Verletzung der Stände Privilegien / gemäß
verhalten. Porro de jurisdictione judicum Auſtregarum maxima quoq; con- 38.

tertio est, *qualisnam ea dici mereatur, an ordinaria & propria, an vero delegata?* Pro delegata concludunt Gail.1.*observ*.1.*n*.52. & *d.lib*.1.*obs*.33.*n*.3. Mynsing.*cent*.2.*obs*.52. Vultei.*ad l*.1.C.*de jurisd.n*.85. Frid.Mindan.*lib*.1.*de process.c*.18.*n*.5. Rutg. Ruland. *de commiss. part*.1. *lib*.1. *c*.5. *n*.2. & *lib*.3. *c*.5. *n.fin*. Paurmeist. *d. lib*.2. *c*.4.
39. *n*.126. Matth.Steph.*d.l.n*.44.& *seqq*. Casp.Leipold.*per totam d.quæst*.15. Rationibus potissimum utitur sequentibus. *Primo*, jurisdictionem quam expediunt, non immediate ex ordinatione Imperii, sed demum præmissa ab actore juxta illam requisitionem rei, & ab hoc facta nominatione, electione requirentis, requisitione electi, pro suscipienda causæ cognitione, ac termini præfixione, as-
40. sequuntur: Schvvanmann.*part*.1.*de process.Cam.c*.2.3. & *seqq*. *Deinde* singularitas causarum nota est delegatæ jurisdictionis: Matth.Steph. *d.tr. lib*.2. *part*.2. *c*.3.*membr*.1.*n*.64. Iudices vero Austregarum saltem circa causas particulares, & unicam tantum litem, quæ inter duos Status vertitur, versantur, & vix fieri potest, ut una eademque vice duas pluresve lites, & inter easdem partes ortas, judex vigore ordinationis electus, intra semestre, vel ad plurimum anni spatium definire possit, cum reus omnino ab actore in qualibet lite, illi de novo mota, pro nominandis, & eligendis judicibus, ex præscriptis in ordinatione Cameræ octo modis requirendus sit, qui sane vix inter alios etiam eundem, jam lite inter se & actorem secunda, in alia causa requirentem, pendente occupatum, nominabit, ne hic duabus causis implicatus, neutrum intra definitum ordinationis tempus absolvat, causaque indefinita termino elapso ad Cameram, ibi de novo agenda trahatur, atque sic reus prima instantia defraudetur: Mindan. 1. *de process. c*.19. *n*,6. Post semestre siquidem spatium, vel ex justa causa intra annum, jurisdictio judicum austregarum expirat, *in verbis ordinationis*; Es begeben sich dann durch Rechtsschub und Erkantnuß fernere Längerung so soll es doch im Jahr und Tag zu Ende reichen: quod tamen non ita stricte observatur: Mindan.*d.n*.6. Ex quo non minus delegata jurisdictio emicat, cum ordinaria regu-
41. lariter perpetua, nec ad incertum, vel certum tempus limitata sit. *Tertio*, Principes, vel Status Imperii, in judices austregarum electi, ac requisiti, plerumque non ipsi cognoscunt, causamque definiunt, sed suis Consiliariis, seu Curiis, Cantzleyen und Hofgerichten cognitionem subdelegant, à quibus non ad ipsos Status subdelegantes, sed ad Cameram appellatur: *Ord.Cam. part*.2.*tit*.2. §.2. Mynsing.*cent*.4.*obs*.68. cum tamen si ordinarii essent, non alius, quam ipsi committentes, provocari possent, ipsique sententiam, sive à se ipsis, sive suis Consiliariis vel Curiis dictam exequerentur, quod posterius etiam soli Cameræ competit, in quo mandata executorialia extrahi debent: Gail.1.*obs*.1.*num*.53. Mynsing. 4. *obs*. 93. ut sic jurisdictio judicum austregarum debilior, ac strictior videatur jurisdictione delegati Principis, cui illi ferme assimilantur: Schvvanmann. *obs. Cam*. 25. *n*. 49. & *obs*.114.*n*.5. Hic enim à suo subdelegato

pro-

provocatur, ſuamque ſententiam ipſe exequitur. Nec *quarto* eorum juriſdictio prorogari poteſt: *d.t.* 4. *Ordin.Cam.* §.zum Vierten. cum ſit ſtricti juris, &c, quia per eam juriſdictio Cæſaris, & Cameræ, quodammodo limitatur, odioſa: Mindan.*d.lib.*2.*c.*7.*n.*9. & *lib.*3.*c.*7.*n.*7. ordinaria vero favorabilis & ampla, ideo etiam prorogabilis. Imo eorum morte plane expirat, licet in arbitrio partium ſit, coram illorum ſucceſſoribus cauſam ad finem perducere, ne novas expenſas & operas in aliis nominandis ac requirendis erogare, vel etiam beneficium primæ inſtantiæ propter fatale imminens, omittere, ac Cameram ſtatim adire cogantur: Wurmſer.*obſ.de judic. obſ.*15. Mindan. *d. lib.* 1. *cap.* 16. *n.* 6. *Quinto*; poſſunt judices Auſtregarum recuſari: Mynſing.2. *obſ.*52. quod ſane in ordinariis Doctores ægre admittunt. Contra pro ordinaria juriſdictione concludunt: Schrader.*de feud.part.*10.*ſect.*6.*n.*6. Bocer.*de juriſd.c.*7.*n.*26. Vmmius *ad proceſſ. judic. diſp.*4. *th.*8. *n.*41. Schubhard. *d.diſp. de Auſtreg. concluſ* 6. Rumelinus *d.diſſert. in corell.th.*6. Horum fundamenta ſunt: I. Quæ à lege defertur juriſdictio, ea propria, & ordinaria eſt, non delegata: Dd.*ad l.*6 *ff.de juriſd.* Gail. 1.*obſ.*154. *n.* 1. & *obſ.* 155. *n.* 6. At hæc, quæ Auſtregarum judicibus competit, à lege iiſdem defertur, hoc eſt, ex conſtitutione Imperii illa, quæ nomine ordinationis Cameræ claret: *d.part.*2. *tit.*2.3. & 4. II. Principes judices electi plerumque cauſam ſuis mandant Conſiliariis, quod fieri non poſſet, niſi ordinaria illis competeret juriſdictio: *l.* 5. *ff. de juriſd. l.* 1. §. 1. *l. ult.* §. 5. *ff.de officio eius cui mandat. eſt juriſd. l. un. C. pro ſua juriſd.* Et hanc mandatam in Conſiliariis, arguit & evincit provocatio, quæ non ad Dominos mandantes, ſed ad Cameram dirigitur: *d. part.* 2. *t.*6. *arg. l.* 1. *ff. quis à quo appellet.* Scribit Matth. Stephani *d. l. n.* 46. ita inter Imperatorem & Status Imperii conveniſſe, ut ad Cameram appelletur: quod non diffiteor, nam & ex conventione inter Imperatorem & Status Imperii, Auſtregæ firmatæ ſunt, & eligendis judicibus ordinaria juriſdictio conceſſa. III. Ratio, cum prima coincidens; hæc eſt: Vbi mandata juriſdictio eſt, ibi Magiſtratus eſſe debet, qui eam deferat, delatamque lex confirmet: *l.* 6. *ff. de juriſd.* Aſt hic nullus eſt Magiſtratus, qui deferat; nec lex, quæ delatam confirmet: ſed ipſa lex per ſe defert. IV. & inde quoque pro ordinaria juriſdictione argumentum ſurgit, cum morte Imperatoris iſthæc, de qua nobis concertatio eſt, non expiret, ut notorium. Ergo. *d. l.* 6 *ff. de juriſd.* Putat quidem Mindanus *c.*16. *n.*9. ac Matth. Stephani *d.l.n.*50. id non vi ordinariæ, vel propriæ juriſdictionis fieri, ſed inde, quia non ſolum Imperatoris, ſed omnium Statuum conſenſu, communique Imperii lege deputati ſint. Licet itaque moriatur Imperator, non tamen mori Imperium, cum ſit univerſitas, quæ ſemper durare intelligitur, quoad una perſona ſupereſt. Etenim ſi delegati, Imperatoris & Imperii Statuum ſunt, utique Imperatore mortuo eorum finiretur juriſdictio. Duo enim ſi uni negotium mandent, unus vero mandantium moriatur, mandatum totum nullum ſit. Quod cum hic non fiat, pro ordina-

42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49.

dinaria concludendum erit. Nunc ad refutationem eorum, quæ pro delegata adducta sunt ex Leipoldo, properandum est, qua in re bonam insumpsisse operam deprehendo Schubhardum, *d. disput. de Austreg. th.6.* *Primo* non colligitur iuridice: Iurisdictio Austregarum non immediate ex constitutione Imperii, & plene dependet, quia adhuc requiritur nominatio, electio, requisitio, termini præfixio: ergo propria non est. Nam & tunc demum Pares Curiæ agnoscunt de causa inter Dominum feudi & convasallum litigiosa, quando ab ipsis electi, & requisiti fuerunt: 2. *F.16.* & nihilo minus tamen ipsi quoque, qui in quæstione præsenti nobis contrarii sunt, Gail.1. *obs.1. n.55.* ac Vultei. *F.2. n.2.* Paribus Curiæ ordinariam adscribunt jurisdictionem. Scilicet Austregarum judicibus datur jurisdictio à lege, sed sub modo & certa forma, quæ tamen exinde propria esse non desinit, nec in delegatam reformatur. Electio & requisitio jurisdictionem non tribuunt, sed à lege attributam excitant, aut, si mavis, electio & requisitio legem permovent, ut jurisdictionem electis & requisitis attribuat. *Secundo*, quod ex Matthia Stephani adducitur, singularitatem causarum esse notam jurisdictionis delegatæ, id parum nos afficit. Nam eodem modo, quo ipse Stephani Revisori Cameræ defert causarum universitatem, promiscue scilicet omnium, quæ in Camera decisæ sunt, cum tamen eæ antea ad revisores non pertineant, nisi pars, quæ se gravatam sententia asserit, revisionem petat: ita & omnes immediatorum lites regulariter ad Austregarum deferuntur judices. Nec movet, quod exceptæ sint causæ aliquot, de quibus paulo post. Nam & non omnes causæ ad Cameram Imperialem pertinent, ut supra monstratum dedi; & adversarii tamen ordinariam illi jurisdictionem assignant. Leipoldus aut intelligit singulares, & certas causas in genere, vel in specie. Si illud; plerique magistratus propria destituti erunt jurisdictione. Si hoc; sequetur, Pares Curiæ, quia ad unam tantum causam eliguntur, non habere propriam jurisdictionem. Quorum utrumque citra falsi notam enunciari nequit. Fatetur hoc ipse Stephani *d. l. n.65.* quando ait: Iurisdictio judicum feudalium licet certis causis feudalibus definiatur, est tamen ordinaria, tanquam ad universitatem omnium causarum feudalium pertinens. Quod vero intra semestre spatium jurisdictio judicum Austregarum expirat, non magis jurisdictioni propriæ & ordinariæ impedimento est, quam triennium illud, quod de jure civili præscriptum est, *in l.13. §. 1. C. de judic.* Perpetua judicum Austregarum, etiam præter negotia, quæ actu ipso terminant, potentia & jurisdictio, ut quotiescunque à litigatoribus electi fuerint, eam exercere occipiant, in quiete est, & quasi dormit hæc jurisdictio legis publicæ in gremio: quæ si electione suscitatur, tunc is à lege incipit habere jurisdictionem actu, qui antea potentia tantum. *Tertia* Leipoldi ratio partim ex secunda nostra refellitur, partim inde, quod reprobata sit collectio, ab executione sententiæ ad jurisdictionis naturam. Nam & delegati, summi Principis sententiam suam exequi possunt: *c. quærenti,*

50.

51.

52.

53.

54.

55.

quærenti, ubi Canonistæ, *de offic. judic. delegat.* & Dd. *in l. a judice*, C. *de judic.* Gail. 1. *obs.* 1. *n.* 53. Myning. 4. *obs.* 93. qui tamen, ut nomen ipsum innuit, ordinaria & propria jurisdictione destituuntur. Imo vero cum in uno tantum casu executio judicibus austregarum adempta noscatur: *d. part.* 2. *Ordinat. Cam. tit.* 7. §. Und so das Urtheil: ob summum illius casus favorem, non dubitat Schubhardus *d. disput. th.* 7. *lit.* C. affirmare, exceptionem hanc arguere, regulam esse in contrarium. *Quarto*; adhuc sub judice lis est, nonne jurisdictio judicum Austregarum prorogari possit, præsertim si quis stricte inhærere velit *l.* 1. *ff. de judic.* Vulteius, licet in quæstione principali nobiscum non consentiat, *ad d. l.* 1. C. *de jurisd. n.* 85. prorogationem de tempore ad tempus admittit, & sic usu observari attestatur. Quamvis autem nonnulli hanc non pro vera & genuina prorogatione agnoscant, attamen contra eosdem probabiliter disputari poterat, *ex l.* 2. §. 2. *ff. de judic. c. de causis, de officio delegati.* Mindanus quoque *d. lib.* 1. *c.* 16. *n.* 10. in casu ibi tradito admittit prorogationem, licet an prorogatio, an nova delatio nominanda sit, dubitari possit. Dato quoque, jurisdictionem istam prorogari non posse, ut præter alios sentire video Vinnium *d. disput.* 4. *th.* 17. *n.* 93. non tamen inde intuleris, eam ordinariam non esse. Nam uti non omnis jurisdictio, quæ prorogari potest, ordinaria est, ita nec quælibet ordinaria prorogationem admittit. Prius firmat Donellus *comment. juris civilis lib.* 17. *c.* 10. ubi & mandatam prorogari posse disputat. Posterius Vasquius *lib.* 2. *controvers. usu freq.* 14. *n.* 17. Nec admittit Vulteius prorogationem jurisdictionis revisorum Cameræ, *ad d. l.* 1. *n.* 97. qui tamen eosdem in totum ordinaria jurisdictione non privat, *ibidem n.* 96. Quod præterea morte judicum Austregarum jurisdictionem plane expirare urget Leipoldus, nihil ad rem facit nostram, imo ne verum quidem est, si plenius rem considerare amaverimus. Morte electi judicis Austregarum, cum ipsius persona jurisdictio hæc non extinguitur: *arg. l.* 76. *ff. de judic. l.* 10. *in pr. de offic. procons.* sed cum ipsius persona extincta sit, jurisdictionis exercitium in illius persona cessat, causa tamen salva est. Expirat itaq; jurisdictio ipsius morte, quoad existentiam inhæsivam, non vero quoad substantiam sui. *Denique* quod de recusatione suspecti adduxit Leipoldus, tanti non est, ut nos moveat. Licet enim nonnulli Doctores ægre admittant, ordinarium recusari posse, non tamen dubitandum est, ægros eosdem & mente esse & sententia. Nam & ordinarium recusari posse, sane docuit Donellus *d. lib.* 17. *commentar. c.* 25. & ejusdem enucleator Hilligerus, *lit. q.* cum aliis, quos ibi allegat. Præterea & revisores Cameræ recusari posse certum est: R. A. zu Augspurg *de anno* 1559. § Da aber hinfüro. quos tamen ordinarios agnoscit Gailius 1. *observ.* 154. *in pr.*

56.

57.

58.

59.

De causis ad Austregas pertinentibus, Regula isthæc mihi est: *Immediatum, cujus Austregarum datum est, in omnibus causis conveniendum esse in prima instantia, coram Austregarum judicibus, expresse ni quædam causarum reperiantur*

60.

61. *exceptæ.* Statuunt alii, olim privilegium primæ inſtantiæ, Statibus Imperii indiſtinctè in omnibus cauſis, nullis exceptis, competiiſſe: Ordnung des Cammergerichts zu Worms/ *anno* 1495. *tit.* Wir Churfürſten/ Fürſten/ rc. *in pr. ibi*: Umb Spruch und Forderung/ die ihr einer zum andern hätt oder gewonnen/ quæ indefinita æquipollet univerſali *& tit.* Wir Prælaten/ Grafen/ rc. *in pr. ibi*: Berührt dann die Sache verbriefte und unverbriefte Schulden/ Zuſag/ oder Ver-
62. heiſſen/ Betrangt/ oder Entſetzung. Hodie autem eosdem nonnullis renunciaſſe: *Ord. Cam. part.* 2. *tit.* 9. Quod ſi ita eſt, quod tamen ſuis propugnandum relin-
63. quo autoribus, renunciatio quoque ſtricti juris merito æſtimatur. Ad regulam noſtram revertor, atque exinde concludo, etiam cauſas criminales ad Auſtregas pertinere. In quo mecum conſentire novi Mindanum *d. lib.* 1. *c.* 9. *n.* 1. Matthiam Stephani *d. lib.* 2. *p.* 1. *c.* 3. *n.* 46. Vinnium *d. diſp.* 4. *th.* 10. *n.* 51. Ziglerum
64. *ad pract. Calvalc.* §. *Auſtregæ, concluſ.* 8. Præcipuæ, quæ me movent, rationes ſunt: I. quod cauſæ criminales nuſpiam repeiantur exceptæ ab Auſtregis.
65. II. quod eædem ſub verbis, Spruch und Forderung (quibus correſpondent verba litis & negotii) *d. part.* 2. *Ord. Cam. t.* 2. *& d. Ord. Cam. de anno* 1495 §. Wir Churfürſten/ comprehendantur. Nihil enim verius, quam quod litis & negotii nomine etiam cauſæ criminales veniant: *l. ex judiciorum* 20. *ff. de accuſat. l.* 5.
66. *in pr. C. de jurisd.* III. quod *in d. t.* 2. *part.* 2. *Ord. Cam.* §. Darauf/ appellatio ad Cameram ab Auſtregarum judicio concedatur, ſed in iis tamen cauſis, de quibus alibi ordinatio Cameralis provocationem concedit. Quod certiſſimo argumento eſt, Auſtregas etiam de iis judicare cauſis, quæ non ſunt appellabiles: in-
67. ter illas autem vel præcipua eſt criminalis cauſa. Contrarium qui defendunt, Vulteius *ad d. l.* 1. *C. de jurisd. n.* 48. Fohman. *ad l.* 1. *C. ubi ſenator. quæſt.* 4. Schubhard. *d. diſp. de auſtreg. th.* 5. *lit. a.* Rumelinus *d. l. th* 5. potiſſimum duabus nituntur anchoris: Quarum *una* eſt: quod quæ ſpecialem expoſcunt conceſſionem, ſub generali nunquam veniant: *l.* 1. *& t. t. ff. de offic. eius, cui mandata eſt jurisd.*
68. Cauſæ vero criminales ſpecialem requirunt cõceſſionem *d. l.* 1. *Altera* eſt, quod hic ceſſet ratio Auſtregarum inductiva, cum una inſtantia determinandæ ſint cauſæ criminales, nec appellatio in iis admittatur: R. A. zu Augſpurg *anno* 1530. §. Item als jetzt etliche Zeit hero. Verum neutra harum tam firma eſt, ut nos à
69. priori ſententia valeat dimovere. *Primum* enim axioma licet vulgare ſit, generaliter tamen intellectum falſum eſt, nec allegatis probatur legibus. Genus utique qui concedit, concedit etiam ſpeciem, cum genus ſub ſe contineat ſpecies. At Imperator judicandi neceſſitatem concedens Auſtregarum judicibus, de negotiis & cauſis, genus concedit: ergo etiam ſingulos cauſarum atque ne-
70. gotiorum ſpecies, ni exceptum quid aliunde demonſtretur. Lex *prima de officio eius, cui mandata eſt jurisdictio*, male ad præſentem aptatur quæſtionem. Non enim ibi ſermo eſt de conceſſione Principis, quid quantumve ea, ſi generalis ſit, contineatur, ſed de conceſſione eius, qui jurisdictionem vel merum

impe-

imperium habet à lege, vel à SCto, vel à Principis beneficentia: an nimirum is mandare publici judicii exercitionem poſſit? Ratio dubitandi eſt, quod magiſtratus mandare jurisdictionem alteri poſſit: ſub jurisdictionis autem verbo etiam merum contineatur imperium. Ratio decidendi eſt, quod non quamlibet jurisdictionem magiſtratus alteri mandare poſſit, ſed eam tantum, quę jure magiſtratus ipſi competit, aut quam extra eam leges in ſpecie ipſi permittunt mandare. At quid hoc ad conceſſionem jurisdictionis à Principe factam judicibus auſtregarum? Nihil plane. Ibi de mandata agitur jurisdictione, hic de data. Mandari jurisdictio à judice poteſt, dari non poteſt: mandari publici judicii exercitio à magiſtratu non poteſt, niſi unico caſu illo, de quo lex Iulia de vi, diſpoſuit; dari autem nullo modo poteſt. In Principe ſummo contraria omnia eminent. Is enim non ſolum mandare & dare jurisdictionem, ſed & merum imperium, vel publici judicii exercitionem poteſt: tantum de eius voluntate quæſtio eſt. Voluntas autem verbis ſe exerit & facto. De verbis hic laboramus; hoc eſt, an Princeps alterius cognitioni & judicio deferens cauſas, negotia & lites, indiſtincto atque indefinito ſermone, non excipiens lites criminales, nec exprimens in ſpecie civiles, per cauſas, negotia, & lites, ſpeciem unam, puta civilia negotia tantum, an genus, hoc eſt, & civilia & criminalia negotia, deferre voluerit? Poſterius ut aſſumemus nulla prohibet, ſed omnis ſuadet ratio: tum quia, ut diximus, genus ſub ſe continet ſpecies, tum quod Principis beneficia quam pleniſſime intelligenda ſunt, etiam quoad verba, ut multis docet Tapia, *ad d. l. 1. ff. de conſtit. princip. part. 1. c. 1.* At quid eſt, inquis, quod *d. l. 1.* habet, 71. ſpecialiter lege, SCto, vel conſtitutione Principis, exercitionem publici judicii tribui, ſi generalia ſufficiunt verba? Reſpondeo: *d. l. 1.* tantum opponere inter ſe ea, quæ jure magiſtratus competunt & illa, quæ ſpecialiter à lege, vel à Principe, huic, vel illi magiſtratui tribuuntur, quibus autem attribuenda vel attributa ſint verbis, de eo altum in iſta l. ſilentium. Hoc concedo, jure Principis nulli competiiſſe auſtregarum [illegible] judicium, ſed ſpecialiter id ab Imperatore Principibus attributum, verbis autem non ſpecialibus, reſpectu ſc. cauſarum, litium atq; negotiorum, ſed generalibus, & indefinitis. Indefinita autem locutio à lege, vel Principe prolata æquipollet univerſali *gloſſ. in c. ut circa, in pr. de elect.* Covarruvias *lib. 1. variar. reſolut. c. 13. n. 8.* Vniverſalis autem, ea natura eſt, ut nihil excludat, ſed includat omnia: Bald. *conſ. 226. col. 5. vol. 1.* Quod & noſtro in caſu verificatur, niſi, ut dixi, in ſpecie aliquid monſtretur exceptum. *Secundam* 72. quod attinet rationem, fundata ea eſt in cauſa inductiva Auſtregarum, quam præſupponunt iſtam: Cum mediate Imperio ſubiecti plures inſtantias habeant, quibus jura ſua diverſis vicibus urgere, per incuriam omiſſa, aut per iniuriam, reiecta, iterum recuperare ac deducere poſſunt, res indigna viſa fuit, Status immediate Imperio ſubiectos, deterioris eſſe conditionis, & ſtatim ſupremo Cameræ judicio ſe, cauſaſque ſuas committere. Huic inconvenienti Auſtregis con-

constitutis remedium positum, atque Statibus plures attributæ instantiæ: Vulteius *ad l.1.n.20.C.ubi Senat.vel Clariss.* Thom. Michaël. *de jurisd.concl.*38. Matth. Stephani *d.lib.2.part.1.c.3. memb.3. n.3.* Reinking. *de regim. sec.lib.2.class.2.c.16. n.6.& 7.* Rumelin. *d.l.th.2.* ubi eandem in rem *ex tom.6. Symphor.* Gylm. *c.7.* privilegii Norimberg. Reip. verba illa adducit: Damit sie zum wenigsten zwo Instantz/vnd ihnen die Guthat vnd Hülf der Appellation als wol als den jenigen/so dem Reich nicht ohne Mittel vnterworffen/vorbehalten vnd vnbenommen bleibe.

73. Verum cum in ordinationibus Cameræ, ubi Austregarum mentio ingeritur, nullibi, quod meminerim, hæc, quæ vulgo consignata circumfertur ratio, vel unico emineat verbo, nec fortassis sola fuerit, non habeo, quod in ea tantum acquiescam. Si enim etiam aliæ ad Austregas causæ pertinent, quam quæ per appellationem, ad Cameram devolvi possunt, utique hæc sola Austregarum ratio non fuit, quam communiter afferunt. At ab Austregis ad Cameram indistincte appellari non posse, sed qualitatem causæ appellationem quandoque admittere, quandoque repudiare, patet *d. part. 2. Ord. Cam. tit. 2.* §. Darauf/ *juncto d.part.2. tit. 28.* Fortassis inter alia & hæc Austregæ causa fuit, ut eo citius terminarentur negotia, ut Camera tot non oneraretur causis, ut Principes sive Status pares sibi haberent judices, & si quæ aliæ sunt, quas nunc mens non

74. mihi suggerit omnes. De causis matrimonialibus non minor Doctorum dissertatio est, eædem ad Austregas an pertineant? Sed de iisdem superius egi *lib. 4.*

75. *c.8. n.90.* Illud notari velim, reconventioni quoque locum coram Austregis ex parte dari: *d. t. 4. part. 2. Ord. Cam.* §. so dann die Partheyen: ut inepti plane sint, contrarium qui ausint affirmare. videatur Melander *part.1. ad processf. Meureri tit.6. p.43.* & Schubhard. *d. disput. de Austreg. th.7. lit.a.* Schwanmann. *lib.*

76. *1. processf. Cam. c.67. n.7.* Ruding. *cent.1. obs.50.* Porro causas quod attinet ab Austregis exemptas, Friderus *de processf. lib.1. c.20. n.1.* novendecim enumerat, & plures limitando atque declarando proponit Ziglerus *ad pract. Calval. §. austregæ, concl.1. per tot.* Ego ex Gailio *1. obs.1. n.35.* didici, Austregas cessare: *primo*, si reus immediate Imperio subiectus, ad requisitionem actoris non tres (prout *Ord.Cam. d.part.2. tit. 5.* requirit) sed unum, vel duos tantum Principes nominaverit. Hoc enim casu, quia non fuit satisfactum legi, absque ulteriore requisitionis necessitate, decurso mensis spatio, causa recto tramite ad Cameram devolvitur, ita ut supplicanti de legitima requisitione docenti, processus, puta citatio, decernatur, uti factum in causa Virnberg contra Manderscheid. *Secundo*, quando Princeps secularis banno Imperiali percussus fuit, Ecclesiasticus vero suis propter delictum privatus Regalibus. Vterque enim hoc modo perdidit privilegium primæ instantiæ, cum reliquis, & in Camera poterit conveniri: Gail. *d.obs. n.38.* Mynsing. *1. obs. 90.* *Tertio*, si partium conventione huic privilegio primæ instantiæ fuerit renunciatum: Quilibet enim favori pro se introducto renunciare, & jurisdictionem prorogare potest: *l. si quis in conscribendo, C. de*

C.de pact.ubi Bald.*n.2. l.1. & 2. ff.de judic.l. si convenerit, ff.de jurisd. c. significasti, ext.de foro competenti*: Gail.*d.obs.1. n. 29. & lib. 1. obs.* 40. *Quarto*, inter causas, quæ Austregis non subiacent, numeratur feudalis illa contentio, de Principatu, Marchionatu, Ducatuque. Hæc enim coram Imperatore ventilari atque terminari debet: *Ord.Cam. part.2. tit.7. Quinto*, etiam in reliquis feudalibus caussis hoc modo cessant Austregæ, ut vasallus volens Principem, vel Comitem Imperii in causa feudali in jus vocare, Pares Curiæ, non vero judices Austregarum, adire habeat: Gail.*d.lib.1. obs.1.n* 54. Quando vero vasallus Dominum pro tali non vult recognoscere, nec se eius fidelem profiteri, negans, bona controversa ab eodem dependere, Cameræ tribunal recta adeundum, scribit Mynsi. *cent.5. obs.* 75. Schvvanmann. *obs. Cam.* 11. *n.* 14. Friderus autem *de process. extrah. c.*19. *n.*20. & hic quoque fenestram aperit Austregis. *Sexto*, causæ ex constitutione religiosa, aus dem Religionsfrieden, sancita anno 1555. in comitiis Augustæ, dependentes, Austregas effugiunt omnes: Gail. *d.lib.1.obs.*2. *Septimo* causæ descendentes ex constitutione Imperii de pace profana, seu seculari, von dem Landfrieden, Austregis non subiacent: *d part.*2. *Ord. Cam. tit.* 9. Gail.1.*obs.* 3. *Octavo*, in specie ad pacem publicam pertinens constitutio de pignorationibus, Austregas recusat: *Ord.Cam. d.p.*2. *tit.*22. Gail. *d.lib.*1. *obs.* 8. *n.* 1. *Nono*, si de arrestis Imperii quæstio moveatur, cessant Austregæ: Schvvanmann. *in process. Cam. c.* 13. *& obs. Cam.*108. *Decimo*, Gailius 1. *obs.* 6. *n.* 1. monet, Cameræ jurisdictionem immediate, fundari ex constitutione de litigiosa possessione, *Ord. Cam. part.* 2. *tit.* 21. in tribus casibus ibidem expressis, & privilegium primæ instantiæ in illis casibus non habere locum, ideoque exceptiones fori declinatorias non admitti. *Undecimo*, Constitutio Imperii super *l. diffamari, C.de ingen.manumiss.* fundat jurisdictionem Cameræ immediate, remoto privilegio primæ instantiæ: Gail.1.*obs.*9. *n.*1. *Duodecimo*, de stylo Cameræ in petenda commissione ad perpetuam rei memoriam privilegium primæ instantiæ non habet locum: Gail. 1. *obs.* 93. *n.*2. *Decimotertio*, in causis denegatæ, vel protractæ justitiæ Camera judicat, nec Austregæ: *d.p.*2. *Ordin.Cam.tit*, 26. Gail. 1. *obs.*28. *Decimoquarto*, causæ privilegiorum Cæsaris, puta, si quis ratione violati privilegii Imperialis, ad pœnas eidem privilegio insertas agere velit, non pertinent ad Austregas: Gail. 1. *obs.* 1. *n.* 7. *Decimoquinto*, in compromissis, si à laudo reductio petita sit, casu quo ea locum habet, per viam reductionis, omissis judicibus ordinationis der Austräge, Camera immediate adiri potest: Gail.*d. observat.*1. *num.*9.

FINIS.